3. Ad 2dum, quod attinet ad locum desumptum ex Apostolo Rom. 10, dicendum est nomen cordis à scriptura quandoque usurpari pro voluntate, ut cum dixit Matth. 22. v. 37. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. quandoque vero etiam pro intellectu, ut cum Matth. 9. v. 4. dixit Quid cogitatis mala in cordibus vestris: et Psalmista dicit Psal. 52: Dixit insipiens in corde suo: non est Deus: Hinc cum juxta ipsos scriptores divina fides sit virtus intellectualis, nomen cordis pro ipso intellectu loco objecto accipit Apostolus. Sed neque quidquam urget alterum objectum testimonium Apostoli Rom. 4. Ibi enim Apostolus non opponit diffidentiam de divina promissione dictæ fidei, tanquam ipsi directe, et immediate oppositam; sed solum voluit innuere, quod B. Patriarcha Abraham ratione firmissimæ suæ fiduciæ de divina promissione confortatus, et magis confirmatus fuit in sua fide prius concepta, et ideo quod fides fuerit per ipsam spem roborata sicuti per ipsam charitatem, ac reliquas virtutes roboratur. Iterum dicimus, diffidentiam eo in loco sumi non proprie et prout directe opponitur fiduciæ, sed pro incredulitate.

24. Ad S. Augustinum respondet Angelicus Praeceptor 2. 2æ q. 4. a. 2. ad 1um inquiens = Augustinus fidem accipit pro actu fidei, qui dicitur consistere in credentium voluntate in quantum ex imperio voluntatis intellectus credibilibus assentit =. et proinde juxta S. Augustinum non alio modo fides in credentium voluntate consistit, quam quod actus dictæ fidei est actus à voluntate imperatus: minime vero est actus ab ea immediate elicitus.

25. Argumentum tandem à ratione desumptum nihil evincit. Nam in primis verum est, divinam fidem efficere, ut mens nostra adhæreat veritatibus revelatis ipsis assentiendo, et judicando; non autem amando, et prosequendo: 2do etiam fidei esse bonum, honestum, et meritorium, quatenus est actus à voluntate imperatus; item et esse actum provenientem ex voluntate obediendi Deo, quatenus voluntas se submittit divino præcepto fidei, et per hoc recipit intellectum summissime assentiri veritatibus revelatis, non autem quatenus sit munus ipsius actum ipsum fidei elicere; ea sane ratione, qua licet ad amoris actum requiratur ratio ostendens objecti amabilitatem, non inde tamen amor est actus intellectus, sed voluntatis.

26. Nec magis urget, quod addit Hobbius suppositum dictæ fidei ... partim est practicus, et partim speculativus. Speculativus, quatenus inclinat ad assensum mere speculativum, idest rerum pure cognoscibilium,

v.g. nisi asseras: Deus est Unus, et trinus, et verbum divinum est incarnatum. Credimus autem, quatenus movet, et inclinat ad assensum re- rum operativum, v.g. hanc veritatem: Deus est remunerator, Deus est honorandus, Credimus est [illegible] &c. Haec circa primam, pro secunda difficultate, dico sic

Articulus secundus.

Secundae difficultatis solutio.

27 Quoniam varia sunt creaturarum rationalium genera, & quis quaerit, an habitum fidei divinae, et supernaturalis habeant, et an actus eius credendi sint vera, et supernaturalis fides, operae pre- tium est plures statuere propositiones, quibus variae difficultates solvuntur. Dicendum itaque est primo, Angelos, et primum homi- num, cum primum a Deo conditi fuerunt, ab ipso donum fidei accepisse. Ita com- munis sententia communissima recepta a Theologis cum S. Thoma 2.2. q. 5. a. 1. in C. sic concludente = Et ideo necesse est dicere, quod Ange- lus ante confirmationem habuit fidem et similiter homo ante pec- catum = Ratio autem est manifesta: Angeli enim, et Adam, cum primum a Deo conditi fuerunt, erant in tali statu, ut ad Deum auc- torem supernaturalis beatitudinis accedere possent, et ab eo me- reri aeternam supernaturalem beatitudinem, et felicitatem; atqui ut quis ad Deum auctorem supernaturalis beatitudinis acce- dere possit, atque aeternam beatitudinem supernaturalem mereri, in eo necessario fides requiritur juxta illud Apostoli Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, et inquirentibus se remunerator sit. Dicendum est ergo, Angelos, et primum homi- nem a Deo conditos fuisse in tali statu, ut fidem divinam [illegible], et quidem habitualem habuerint, seu ab ipso acceperint. [illegible] rationabile sit Deum providisse Angelis, et homi- ni de habitu intrinseco [illegible] [illegible] permanente, ac [illegible] in actum fidei necessarium ad salutem ipsi. Quid- quid sit de mysteriis necessario credendis, an videlicet praeter Dei auctoris supernaturalis existentiam, unitatem, et trinitatem, etiam incarnationem, et mysteria alia credere explicite debuissent, de quo disputant Doctores.

28 Dicendum est 2do, quod licet Angeli, et Ani- mae Beatae in caelis neque fidem actualem, neque habitualem habeant, Animabus tamen in Purgatorio existentibus inest divina, et super- naturalis fides tum actualis, tum habitualis: Quod et dicendum est de animabus justis in Limbo detentis ante Christi Domini mortem, passionem, atque Resurrectionem. Est communissima, et certa sententia contra nonnullos veteres quoad omnes partes; et quoad primam partem probatur ex eo, quod per lumen fidei veluti [illegible], et in aenigmate, seu obscure, [illegible] lumen vero gloriae [illegible] [illegible], et clare, ac intuitive Deus, ac divina mysteria videntur, seu cognoscuntur juxta illud I. Co- rinth. 13. Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc au- tem facie ad faciem: [illegible] [illegible] lumine gloriae, seu perfecta cognitione visionis intuitivae Dei, qua Angeli, et Animae Beatae gaudent in caelis statim cessat lumen, quo per specu- lum, et in aenigmate, seu obscure Deus, et divina mysteria co- gnoscuntur ut loco mox citato [illegible] [illegible] Apostolus in- [illegible] [illegible] ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus.

cum autem venerit, quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est: ergo &c. Quod et non obscure indicavit idem Apostolus eadem epistola, et capit. sic concludens. Nunc autem manent fides, spes, et charitas, tria haec: major autem horum est charitas: Quae verba explicans S. Jo. Chrysostomus Hom. 34. ait: Cessat fides, et spes, quando venerit [illegible] ut patet meditanti verba ejusdem, [illegible] promisit [illegible] his charitas numquam excidit, sive prophetiae evacuabuntur, sive linguae cessabunt, sive scientia destruetur. Quae omnia locum habent non solum loquendo de fide actuali sed etiam habituali. Habitus siquidem fidei in Angelis ac Beatis in coelis nullum habet officium; habitus autem qui nullum officium habet, [illegible] non debet. ergo &c.

29 Quoad eam vero partem [illegible] quod animae justorum, quae in limbo detinebantur, aut nunc in purgatorio detinentur, adhuc Deum intuitive non viderunt, sed adhuc spe peregrinantur a Domino; atqui juxta testimonia Apostoli supra relata, fides per lumen gloriae, seu visionem intuitivam Dei [illegible] evacuatur, seu cessat, ergo &c. Quod vel suadetur etiam ex eo, quod sanctae animae, de quibus loquimur, ante separationem a corpore veram fidem habebant, atque in statu separationis a corpore nihil occurrit, quo dicta fide priventur: quinimmo occurrit maximum fundamentum dicendi, eas adhuc [illegible] dicta mysteria credere, sperant enim [illegible] aeternam beatitudinem, quae spes tanquam suo fundamento dicta fide innititur, ut patet meditanti definitionem Apostoli a nobis supra num. 19, et sequentibus expositam, ergo &c.

[illegible] Neque veritati nostrae propositionis quoad primam ejus partem officit exemplum petitum a charactere baptismi, confirmationis, et Ordinis in caelesti patria adhuc inhaerentibus animabus Beatorum; aut exemplum Apostoli, qui etsi ad tertium coelum raptus, adhuc fidei habitum habebat de dicta mysteria [illegible]. Nam quod attinet ad characterem baptismi et confirmationis ac Ordinis disparitas est ex eo, quod iste [illegible] indelebilis est ac cum lumine gloriae non repugnat. Fidei autem, ac habitus ejus amissibilis est, et adeo delebilis ab anima, ut patet in haereticis; et praeterea visio, seu obscura cognitio dictorum mysteriorum, ac ipsius Dei cum lumine gloriae componi recte non posse videtur. Ad exemplum autem Apostoli vel patet ex eo, quod tunc Apostolus non fuit donatus habitu permanente beatitudinis; sed solum transeunter beatus fuit; pro quo casu nostra difficultas non procedit.

[illegible] Dicendum est tertio, in daemonibus, ac damnatis [illegible] supernaturalem fidem sive actualem sive habitualem non inveniri. Ita communis Theologorum sententia, quae est ad mentem D. Thomae, qui 2. 2. q. 5. A. 2. etsi daemonibus, et damnatis [illegible] naturalem concedat; negat tamen fidem [illegible] quae sit donum Dei, inquiens ad secundum: Fides, quae est donum gratiae inclinat hominem ad credendum [illegible] etiam si sit informis [illegible] fides, quae est in daemonibus non est donum gratiae, sed magis coguntur ad credendum ex perspicacitate naturalis intellectus. [illegible] autem veritas [illegible] ex eo, quod ipsi daemones et damnati homines [illegible] in malo obfirmatam [illegible] nunquam [illegible]

bonos ac supernaturales, qualas sunt actus fidei christianae, et supernaturales se-
non etiam privantur donis, et gratijs supernaturalibus, tam ad actus bo-
nos, et supernaturales absolute necessarijs, utpote ipsis omnino superstit-
is, ac virtutibus quemadmodum Daemones, et damnati peccant con-
tra christianam fidem per actus infidelitatis. Atqui illi, qui nunquam
actus supernaturales christianae fidei elicuere, ac privantur donis, et gratijs
ad actus bonos, et supernaturales absolute necessarijs, atque contra
christianam fidem per actus infidelitatis peccant, neque fidem christianam super-
naturalem actualem, neque habitualem habent; ergo &c.

32 Deus tamen contra: Scriptura Jacobi 2 necnon
testatur, Daemones habere fidem; verum etiam fidem Daemonum
comparat fidei peccatorum in hac vita degentium: inquit enim
Tu credis, quoniam unus est Deus bene facis et Daemones credunt
et contremiscunt. Atqui fidem et quidem christianam, et supernaturalem
habent peccatores in hac vita degentes; ergo &c. Confirmatur
Plures sunt inter damnatos, qui nullum peccatum christianae fidei di-
recte oppositum commiserunt, ergo sicuti peccatores in hac vita
degentes non spoliantur habitu christianae fidei nisi ob peccatum direc-
te oppositum; sed adhuc in ipsis perseverat, ita et perseverat
in damnatis... Confirmatur insuper Potest contingere casus, quo
Daemon audiat, Prophetam proponentem aliquam veritatem ut a
Deo revelatam, et simul facientem signum aliquod, v.g. mortuum
suscitando in confirmationem talis veritatis nullo modo naturali
lumine ab ipso Daemone cognitae, atqui ex una parte eo in casu
Daemon sit; quirinino cogitur tali veritati assentiri; ex alia vero
parte talis actus assentiendi est actus fidei; est enim assensus
rei secundum se incognitae, et credo praestitus solum ob dicentis
auctoritatem; ergo &c.

33. Respondeo, Daemones credere quidem plura ex
mysterijs a Deo revelatis, ut Deum esse unum, itaque futura, at-
que hujusmodi mysteria; verum eorum fides non est superna-
turalis, sed naturalis, quatenus videlicet naturali evidentia sciunt, ple-
ra miracula patrata esse in confirmationem Religionis christianae,
cujus mysteria praedicari audierunt, vel etiam quatenus adhuc re-
cordantur, talia mysteria sibi revelata fuisse, cum adhuc in via
essent. Hinc ad comparationem factam a S. Jacobo dic, eam non
esse aequatam, sed inaequatam, hoc videlicet sensu, quod sicut
fides naturalis Daemonum ipsis est inutilis, et non prodest ad sa-
lutem, sic neque sola fides hominis christiani sejuncta a bonis
operibus, seu a charitate, quantumvis vera, et supernaturalis sit,
sufficit usque ad justificationem. Quod patet ex eo, quod S. Jacobus
eo in loco insequitur eos, qui ex sola fide se justificari cre-
debant.

3[illegible] Ad primam confirmationem omisso, vel etiam
concesso anteriori, nego consequentiam. Sicuti enim qui ob aliquod grave delictum
capitali poena damnatur, eo ipso et jure possidendi temporalia
bona privatur; ita et damnatus, utpote omnino indignus donis
supernaturalibus, habitu christianae fidei spoliatur, ut supra probatum est.
Neque urget paritas a peccatore petita. Peccator enim utpote in
via adhuc est aeternae beatitudinis capax, et adhuc est in statu
merendi, et proinde habitus christianae fidei in eo non est inutilis
ac superfluus, quod de damnato dici non potest. Neque inde se-
quitur damnatum christianum ab infideli non secerni, secernitur
enim per characterem baptismalem, aut etiam per majorem
aut minorem gravitatem poenarum, sicuti fideles damnati
inter se secernuntur ipsa intensione poenarum

Ad alteram confirmationem omissa, vel etiam concessa majori, item et prima minoris parte, distinguo secundam ejus alteram partem: talis actus assentiendi est actus fidei naturalis, concedo; est actus fidei divinae, et supernaturalis, nego. Nam, ut docet S. Thomas 2.2. q. 5. A. 2 in corp. quis potest assentire veritatibus a Deo revelatis, uno modo ex ordine voluntatis ad bonum, alio modo quatenus intellectus convincitur ad hoc, quod credat iis, quae dicuntur, licet non convincatur per evidentiam rei. Hoc autem secundo modo in casu proposito daemon convinceretur ad assentiendum veritati fidei, cum sua naturali cognitione veritatem revelatam licet in se obscuram falso subesse non posse cognosceret. Ast hujusmodi assensus non esset fides supernaturalis, utpote cum non esset voluntarius, neque ex pia voluntatis affectione procedens; cum ergo in praesenti solum de fide supernaturali disputemus, argumentum non urget.

36. Dicendum est 2do; quod etiamsi fides neque actualis, neque habitualis supernaturalis in infidelibus atque Haereticis inveniatur; omnes tamen per baptismi gratiam justificati, immo et post justificationem peccatores, qui a statu gratiae per peccatum mortale ab infidelitate, ac Haeresi distinctum exciderunt, habitum divinae fidei habeant; et adeo actus credendi ab his eliciti, caeteris advenientibus conditionibus ac requisitis ad actum divinae fidei, sunt vera fides actualis. Ita certa Catholicorum sententia, quae quoad utramque partem probatur tum auctoritate, tum ratione theologica. Et quoad primam partem, quam expresse docet Angelicus Praeceptor 2.2. q. 5. A. 3 in corp. inquiens ibi eandem, quod in Haeretico discredente unum Articulum fidei, non maneat fides neque formata, neque informis. quoad primam partem [illegible] eam tradunt scripturae [illegible], Joannes enim epist. 1. cap. 2. de Haereticis ait: Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: nam si ex nobis essent, permansissent utique nobiscum. Ex quibus verbis colligunt SS. Patres, haereticum hominem in ecclesia non permanere, sicut etiam dicitur in Extravaganti Unam sanctam, de Majorit. et Obed.: Porro non alia ratione dicitur haereticum non esse in ecclesia ac inter membra ejus non connumerari, nisi quia fidem non habet, cum caeteri baptizati etsi peccatores, certo sint in ecclesia; ergo [illegible] Hoc clare testatus est etiam Apostolus 1. ad Timot. 1. de haereticis, qui tantum quamdam veritatis revelatae [illegible], inter quos erant Alexander, et Hymenaeus Articulum Resurrectionis negantes, dicens, quod amittentes bonam conscientiam circa fidem naufragaverunt. [illegible] S. Jo. Chrysostomus Hom. 5. ait: Sicut ille, qui naufragium facit, amissis omnibus, nudus evasit, ita is, qui ex fide [illegible] [illegible] omnibus [illegible]: Haereticus ergo dissentiens voluntarie vel uni ex veritatibus revelatis donum divinae fidei amittit, et perdit. ut [illegible] sit dicere cum eodem Apostolo 1. ad Timot. 6, quod superbus est, nihil sciens, [illegible] et [illegible] sed languens circa quaestiones, et pugnas verborum. item ut habetur ad Titum 3. quod subversus est, qui hujusmodi est (scilicet Haereticus). Quod a fortiori verum est de infideli, ut [illegible], qui nunquam fidem amplexus est: nullus [illegible] veritati [illegible].

3. Hinc meritò Tridentini Patres sess. 6. cap. 15. expresse docuerunt, fidem divinam, ac supernaturalem amitti per infidelitatem dicentes: Asserendum est, non modo infidelitate, per quam et ipsa fides amittitur, sed etiam quocumque alio peccato mortali, quamvis non amittatur fides, acceptam justificationis gratiam amitti. Quæ Tridentini doctrina non infirmatur vel ex eo, quod ea tantum contineatur in Decretis, quæ ad sacros canones præmittuntur, minime verò in ipsis sacris canonibus; quinimò, cum in canone 28. definiatur, fidem non amitti per peccatum mortale, sicut amittitur gratia, nullo modo [illegible] de amissione fidei per infidelitatem; ut proinde talis doctrina nequeat saltem [illegible] certa [illegible] fidem, et [illegible], quod ea vel [illegible], et intra parenthesim ponitur in citato Decreto. Nam in primis falsum est quod doctrina posita in Decretis [illegible] ac veluti præparatoriis ad ipsos canones non sit saltem [illegible], ut vel notat [illegible] verba in [illegible] citata, sess. [illegible] his terminis: Post hanc catholicam de justificatione doctrinam, quam nisi quisque fideliter, firmiterque receperit, justificari non poterit, placuit [illegible]. Præterea nihil officit quod ipsa ista doctrina omittatur in citato can. 28. [illegible] esse potuit, quod neque Hæretici [illegible] negabant. Ceterum omnis doctrina post [illegible] examen præmissa, ac posita in Decretis [illegible] canones, atque ad [illegible] [illegible], et declarata tanquam [illegible], et [illegible] canonum [illegible], si aliquando non certam de fide non [illegible], [illegible] [illegible] certam; quod ad intentum nostrum [illegible] sufficit. [illegible] omnibus et ipsa ratio suffragatur. Nam qui voluntariè [illegible] vel uni ex articulis per [illegible] Ecclesiam revelatis, et ab Ecclesia ad credendum propositis, non [illegible] fidem talis Articuli; item non tenet Ecclesiam tanquam regulam infallibilem in rebus fidei proponendis; adeoque ab Ecclesia [illegible]: atqui ille, qui est extra Ecclesiam, vel non habet fidem unius tantùm Articuli ex revelatis [illegible], [illegible] et ab Ecclesia ad credendum propositis nullius Articuli fidem habet [illegible] [illegible] non est [illegible], [illegible]: ergo &c. Quod vel confirmari potest ex eo, quod [illegible] voluntarius unius Articuli ex revelatis [illegible] repugnat virtuti fidei sive actualis, sive habitualis, ac [illegible] quodlibet peccatum mortale charitati theologicæ, sive actuali, sive habituali; atqui vel per unum peccatum mortale [illegible] ipsa charitas [illegible] actualis [illegible] habitualis: ergo &c.

Nam [illegible] [illegible] propositionis, quæ [illegible] [illegible] ab ipsis Hæreticis in dubium vocatur quoad peccatores post justificationis gratiam acceptam, [illegible] fidem habere justificatos [illegible] meditanti dicta num. 80: Quoad peccatores, inquam, [illegible] ex supraposita doctrina [illegible] sess. 6 [illegible] 15. et clarius [illegible] canone 28, in quo sic definitur: Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia simul et fidem semper amitti aut fidem, quæ remanet, non esse veram [illegible], [illegible], aut eum, qui [illegible] charitate habet, non esse Christianum, anathema sit. Præterea [illegible] dicitur fidem a charitate [illegible] esse quidem mortuam, seu informem, et 1. Corinth. 13. dicitur, nihil prodesse, [illegible] [illegible] autem [illegible] esse extinctam, atque [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible]

at hæresi, ac infidelitate distinctum neque actui, neque habitui
[illegible] sumendum se [illegible], ac per se opponitur; si-
cuti ergo quis potest esse v.g. liberalis quin sit mansuetus,
et humilis, quia videlicet humilitati, vitium liberalitati non
opponitur, ita et in casu nostro dicendum est

40 Opponas contra dictam propositionem nos-
tram. Hæreticus hoc uno, vel altero tantum ex articulis revelatis
discredens, sit reliquis non minus firmiter, quam catholicus assenti-
ri; quinimo quandoque acrius, et fortius tenaciusque, quam catholicus [illegible]
[illegible] atqui catholico ad talem assensum opus est habitu [illegible] fidei,
ergo et hæretico, ergo hæreticus discredens alicui ex revelatis verita-
tibus habitu [illegible] fidei non spoliatur, quemadmodum spoliatus non fuit [illegible]
[illegible] magistrum suum negans, ac [illegible] [illegible] tempore [illegible]
[illegible] scandalum passi, atque [illegible] [illegible], ac [illegible]
tas, quinimo et post Resurrectionem dubitantes, ac [illegible], quos
[illegible] [illegible] ipse [illegible] ... fortius. Hæreticus negans v.g.
Eucharistiæ, aut pœnitentiæ sacramentum, admittens autem myste-
rium Trinitatis, et Incarnationis, sit elicere hunc actum firmissime
credo, et teneo, Deum esse unum in essentia, et trinum in Personis, ac Ver-
bum esse incarnatum, quia Deus prima veritas revelavit: sed talis
actus est actus fidei theologicæ, ergo [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible]
[illegible] valet, prob[atur] autem minor. Actus, quo quis v.g. nomen
Dei honorat, aut ablata restituit aut parentes suos veneratur,
quia Deus id præcepit, est verus obedientiæ actus ergo [illegible],
licet ipse esset fornicator, aut homicida: ergo et hic actus,
firmissime credo, et teneo, Deum esse unum [illegible], [illegible]
[illegible] aut Trinitatem, [illegible] esset actus fidei theologicæ;
[illegible] constat, prob[atur] [illegible]: Sicuti [illegible] [illegible] [illegible] est aucto-
ritas Dei revelantis, ita [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est au-
ctoritas Dei jubentis; ergo [illegible] ...... [illegible] [illegible] sicut sub
[illegible] fide continentur plures veritates revelatæ; ita sub vera
scientia v.g. metaphysica, plures continentur propositiones; [illegible]
[illegible] [illegible] sit habere scientiam metaphysicam, licet [illegible]
quasdam conclusiones; ergo et quis poterit habere fidem, [illegible]
[illegible] circa quasdam veritates revelatas [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] sit retinere habitum [illegible] virtutis [illegible]
[illegible], [illegible] uni, vel alteri [illegible] actum ex [illegible]; qui-
nimo habitus fidei [illegible] non amittitur per hoc, quod in aliquo
non credat homini loquenti; ergo et quis retinebit habitum
fidei [illegible], licet alicui veritati a Deo revelatæ, discredat [illegible]
vel etiam constat ex eo, quod de hæretico homine [illegible]
dicitur, quod non habeat fidem integram, non autem
quod nullo modo habeat fidem. Unde [illegible], [illegible] [illegible] unico
[illegible] contra [illegible] [illegible] [illegible] docet, Judæum recte hortari ad retinen-
dam fidem resurrectionis mortuorum, sicut antea tenebat
inquiens: Dicitur Judæo, tene fidem resurrectionis mortuo-
rum, sicut tenebas, sed crede jam Christum resurrexisse a mortuis,
quod non credebas: porro si antea veram fidem non habuis-
set, nequaquam id dicere potuisset S. Doctor; ergo [illegible]

41. Respondeo in primis, regulariter falsam
esse majorem propositionem. Hæreticis enim [illegible] est,

abjecta forma. Quia non Catholici Thomatis ante et ante [illegible] jam quasi ad mori, ac certo ... negare, nesciantes quo sane que credebant, quae habebant, quid tenerent, quidve dimitterent. Quod si in aliquo particulari casu non acciderit, sed revera verum sit quod ea [illegible] veritatem firmissime assentiantur, hinc tamen asseremus non oriri ex inhaesione motivo formali divinae fidei, seu primae veritati revelanti, sed ex voluntate et [illegible] [illegible], atque ex animo obfirmato et [illegible], ac [illegible] assueto. Quod vere constat ex eo, quod quandoque continget videre haereticos ita firmiter suis erroribus adhaerere, ut pro iis libenter moriantur; sicut ergo hoc non provenit ex divinae fidei motivo, ita neque illud provenit, sed ex [illegible] motivo [illegible]. Hinc falsum est, quod nonnulli dicunt, haereticum hominem eodem modo assentiri veritatibus revelatis post lapsum, quo eas tenebat ante haeresim assentiebatur. Ante haeresim quidem assentiebatur ex motivo divini testimonii infallibilis existimati, et crediti; post haeresim vero provenit talis assensus ex [illegible] consuetudine, aut alia de causa; Haereticus enim non tenet divinum testimonium tanquam divinum infallibile cum existimet illud fallere posse casu quo veritatem revelatam, [illegible]. 46

Ad id quod additur de [illegible] Petro, ac alii quis Apostolus negaverunt, ac corde, et animo assensisse veritatibus a Deo revelatis. Corde enim et animo tenebant, et firmiter credebant veritates, quas a Deo revelatas [illegible], et solum peccaverunt magistrum suum [illegible] quando [illegible] justo timentes, aut etiam si placet, peccaverunt contra praeceptum confessionis ipsius divinae fidei, ac quam palam confitendo tum temporis obligati fore credebant, idcirco non habuerunt fidem, quae per dilectionem operatur: quod praesertim verum fuit de Petro Christum ipsis etiam verbis negante; dum tamen intus in corde suo eum credebat, et fatebatur. Itaque contrarium evincit increpatio ab ipso Christo suis Apostolis facta post resurrectionem, [illegible] enim unica probat ipsos fuisse tardos ad credendum non autem fuisse infideles, dissensisse nimirum veritati, quas tanquam a Deo revelatas cognoverant. 47

Ad primam confirmationem omissa majori nego minorem intellectam de actu [illegible] theologicae supernaturalis. Cum enim haereticus non teneat primam veritatem tanquam divine infallibilem in dicendo, formale motivum eum inducens ad talem actum eliciendum non est prima veritas revelans divina, [illegible]. Ad minoris autem probationem nego antecedens intellectum [illegible] vero, et perfecto actu obedientiae erga Deum eliciendo ex motivo [illegible], quod sit divina auctoritas praecipiens. Nam ut docet [illegible] Bec[illegible] 2.2. Q. 5. A. 3. ad [illegible], unum praeceptum bene potest quidem servari sine alio, si diversa illa praecepta versantur ad diversa motiva proxima, V.G. diversorum [illegible] [illegible] si referantur ad unum motivum divinum [illegible] [illegible] offendit Deo a quo exsurgit quodcumque unum [illegible], [illegible] illud [illegible] qui offendit in uno factus est omnium reus. Atque hinc paritas nostra [illegible] [illegible]; 48

Ad 2dam confirmationem disparitatem [illegible] [illegible] [illegible] citato loco ad 2 [illegible] [illegible] [illegible], quod in diversis conclusionibus unius scientiae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], quoniam unum [illegible] [illegible], et [illegible] hoc fit sine quadam conclusione unius su-

entia, ignoratis aliis: sed omnibus articulis illis integre fides praeter unum inaccessum, sufficeat pro ea veritatem primam propositam nobis in scripturis secundum doctrinam ecclesiae intelligentis sane: at vero qui ab hoc medio excidit, totaliter fide caret — Hoc ultimum pro dispositione ad argumentum

46. Ad 3iam confirmationem, quae retortionem notabiliter in habitu charitatis theologicae, omisso toti nego consequentiam et quoad suum responsum est, quia per unum actum contrarium, ut intemperantia, non totaliter ratio totius objecti habitus acquisiti, et proinde talis ratio totius adhuc fit movere potentiam ad actus virtutis; contra vero per actum contrarium virtutis fidei supernaturalis tollitur ratio totius objecti habitus infusi, fidei, cum vel uni veritati revelatae discredens non majorem teneat eius testimonio ut divino credibile: ablato autem motivo, seu objecto totali habitus divinae fidei tollitur et ipse habitus; ergo Dei . . . . In 2do vero dispositio est, quia habitus quilibet fidei acquisitae, aut etiam humanae, innititur, si quae datur, nititur huic auctoritati, quae in omnibus non est certa, et infallibilis, sed in pluribus fallibilis; et proinde homini aliquid testanti quis fit in uno errare, quin in alio errat, servato semper motivo totali fidei humanae: contra fides divina, et supernaturalis nititur unice divino testimonio, seu auctoritati omnino infallibili, et certae, quae cum amplius non reputatur talis ab eo, qui vel uni veritati revelatae discredit, tunc non fit ei amplius objectum totale fidei divinae, et supernaturalis.

47. Ad id, quod additur, fateor de Haeretico dici, non habere integram fidem: verum per hoc non denotatur, quod habitum divinae fidei retineat quoad aliquas fidei veritates; sed denotatur solum, quod tanquam ... judicet aliquas veritates, quasdam vero retineat tanquam veras: quod judicium est mere naturale quod nihil probat; sicuti neque aliquid probat doctrina objecta ex Suarez. Nonnunquam mens huius Suarez, Judaeum ad fidem conversum, aut haereticum ad ecclesiam reversum tum non modo tunc credere, ac antea credebat, quia saepe et Judaeus divina fide, et supernaturali credidisset mysteria, quae ante conversionem tanquam vera tenebat; quod et per se ... est omnino falsum: at proinde Suarez solum intendit, et voluit docere, quod recte hortatur ..., ut remissione ... veritatis quas ante admittebat, quamvis cum correctione certiori modo jam innixus, quam antea teneret ... solutis

48. Rationes 2do contra 2dam propositionis partem ... vera, et supernaturalis fides theologica cum quocumque peccato communi fit, ergo qui post acceptam justificationis gratiam mortaliter peccat, neque habitualem, neque actualem fidem habet. Pro pluribus et scriptura, et Patrum testimonia omnis probat, et praesertim ex illo primae ad Timot. 1. Amittentes bonam conscientiam circa fidem naufragaverunt: et clarius ex ... 5 ejusdem epist. ubi legitur: Si quis suorum, et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior: quibus consonat illud 1. Joan. 2. Qui dicit se nosse eum, et mandata ejus non custodit, mendax est, et

in hoc veritas non est: Unde merito S. Jacobus cap. 2. fidem a bonis operibus sejunctam mortuam esse in semetipsa docet; ac proinde sicuti homo mortuus verus homo non est, ita neque fides peccatorum vera fides est. Fere siquidem verum idem S. Jacobus loco citato comparat fidei daemonum inquiens: tu credis, quoniam unus est Deus: bene facis: et daemones credunt, et contremiscunt. Porro fides daemonum, ut supra ostensum est, non est fides divina, et supernaturalis; ergo &c. Quod et docent SS. Patres, inter quos S. Gregorius Hom. 26 in Evangelia ait: vera fides est, quae in hoc, quod verbis dicit, moribus non contradicit. Peccatores autem moribus contradicunt, seu non praestant, quod fides insinuat, ac praecipit; ergo &c.... [illegible], seu totum hoc argumentum ipso [illegible]. Quoties sit peccatum mortale, [illegible] offensa Dei, et malitia, infinita, meretur privationem omnium bonorum Dei; ergo etiam habitus omnis fidei [illegible] praesertim dicendum est cum quibusdam peccatis ipsa haeresi et infidelitate gravioribus... [illegible]. Omnia dona Dei sunt perfecta, atqui fides informis, idest a charitate sejuncta, est imperfecta, ergo &c.

49. Respondeo negando antecedens, ad hujus probationem ad textum ex primo ad Timoth. 1. dico Apostolum de amittentibus bonam conscientiam, id est de peccatoribus legem aliquam sub gravi obligante transgredientibus non alia ratione dicere circa fidem naufragasse seu fidem perdere, nisi quatenus peccatum aufert affectum erga Deum, ac impedit influxum divinae gratiae; unde fit, quod ipsa fides debilitetur, et ita quidem, ut si peccata multiplicentur, facile sit ut in haeresim cadat, quinimo et [illegible] et praeterea id citum non est de quibuscumque peccatoribus, sed de [illegible], qui veluti aquam bibunt iniquitatem.

50. Ad alterum ex eadem Epist. cap. 5. petitum dicendum est, Apostolum ibi non loqui de abnegatione fidei, quae consistat in dissensu praestito veritatibus revelatis, sed de abnegatione consistente in facto non correspondenti lumini, ac informationi, ac praecepto ipsius divinae fidei; atque hinc de catholico per fidem illuminato ac praestandum subsidium tam spirituale, quam temporale suis, et maxime domesticis, [illegible] facto praestare. Dicit, illum esse pejorem infideli, [illegible] qui [illegible] instructus et nocte lumine [illegible] officia [illegible] suis domesticis praestat. Porro sicuti de catholico firmiter intelligente [illegible] veritates revelatas dici non potest haereticum esse, atque habitum fidei perdere, atque contingeret, ut metu mortis [illegible] sacrificaret, quia nempe ad [illegible] [illegible] eorum [illegible] veritatis [illegible]; [illegible] de catholico [illegible] animo suo credente; facto sibi contrariam [illegible] est non de [illegible], ac [illegible] habitum divinae fidei non perdere.

51. [illegible] Joannis 2. patet [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] corde suo [illegible] [illegible] testimonium [illegible] [illegible] [illegible] actionibus.

Neque etiam quidquam urgent testimonia ex epist. S. Jacobi desumpta, ut vel notum est ex supradictis. Fidem enim vocat mortuam, non quia vera virtus non sit, sed quia actuosa, et operativa non est, seu conjuncta non est cum bonis operibus, quorum radix, basis, et fundamentum est. Unde non dicitur mortua simpliciter, sed in semetipsa, idest in se ipsa sistens, et loras non prodiens, ac in bono opere influens. Et proinde verum non est, quod nonnulli asserunt, fidem scilicet pendere a gratia sanctificante tanquam a sua forma propria, et necessaria. Neque etiam fides hominis peccatoris in omnibus par est fidei daemonum. A S. Jacobo enim non instituitur paritas adaequata, ut supra dictum est ex quibus et patet ad Patres, sicut et S. Gregorium loco citato locutum esse de fide inerva, et charitate despoliata.

53. Ad confirmationem fatendum est quodlibet mortale peccatum, quantum est de se, mereri quidem etiam privationem habitus ipsius fidei, et adeo Deum etiam tali quoque peccato illum posse privare, etiamsi sicuti et alias plures sunt poenas praesertim temporales, quas Deus juste infligere posset propter mortalem culpam, et tamen non infligit, utpote cum saepius puniat infra meritum creaturae; ita et de facto Deus non vult privare peccatorem habitu fidei propter peccatum ab infidelitate distinctum, ut jam probatum est. Quare non urget quod subjungitur de peccatis gravioribus ipsa infidelitate.

54. Ad alterum confirmationem respondeo cum S. Thoma 2.2. q. 4 a. 5. ad 1. quod licet fides informis, etsi non sit perfecta simpliciter perfectione virtutis, est tamen perfecta quadam perfectione, quae sufficit ad fidei rationem; quatenus nimirum adhuc est verus habitus inclinans ad firmiter assentiendum veritatibus a Deo revelatis propter divinum infallibile testimonium. Secus enim argumentum quid probaret, evinceret, nullam virtutem esse posse in peccatore, quod est omnino falsum.

Caput quartum.

De objecto materiali ipsius Fidei.

Nomine objecti materialis alicujus facultatis, habitus, aut virtutis intelligitur id, circa quod tanquam materiam ipsa facultas, habitus, aut virtus ipsa procedendo in actum exercetur, hinc nomine objecti materialis ipsius, et supernaturalis fidei veniunt veritates per actum ipsius fidei credendae, veritates scilicet a Deo revelatae, aut etiam revelabiles, ita tamen ut veritates a Deo defacto revelatae, atque ad credendum propositae sint objectum materiale fidei theologicae actualis, veritates autem revelabiles a Deo sint objectum materiale fidei theologicae possibilis; cum hoc quidem discrimine, quod veritates a Deo suae ecclesiae revelatae, ut ab ipsa omnibus proponantur, ut fide sive explicita, sive implicita credi possint, et debeant, sint objectum fidei theologicae catholicae; veritates autem a Deo manifestatae, fiduciales, seu privatae personae tantum, et alio nullo modo ab ecclesia ad credendum omnibus proposita, sint objectum fidei theologicae privatae. Atque hinc definiuntur seculares, quae ulterius potest in assignandis iis veritatibus, quas tanquam

a Deo revelatas, atque propositas ad credendum propter divinum testimonium tenere debeamus quod hic praestabimus. Sit itaque

Articulus primus.

De objecto materiali primario fidei in scripturis sanctis contento.

55 Propositio. Omnes, et singulae veritates in scriptura sacra contentae, sunt veritates vere a Deo revelatae, ac proinde ad objectum materiale primarium, et supernaturalis fidei pertinent. Est certa catholicorum sententia. Scriptores enim sacri, seu Canonici non ex propria voluntate, nutu, et cogitatione, sed spiritu sancto dictante, ac inspirante res omnes, et sententias in libris sanctis contentas conscripserunt, ut vel patet meditanti haec verba: Dicit Dominus exercituum. Haec dicit Dominus: Factum est verbum Domini. Os Domini locutum est &c, quae legenti scripturas praesertim veteris testamenti occurrunt. Unde B. Petrus epist. 2. cap. 1. Spiritu sancto afflatus inquit: Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines: et Christus ipse Matth. 10 adhortans discipulos suos ad non timendos persecutores minos ait: Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis: quibus et dicto consonat illud Jeremiae 1. ecce dedi verba mea in ore tuo: et, omissis pluribus, illud 2. Regum 23: Spiritus Domini locutus est per me, et sermo ejus per linguam meam: ex quibus neidum res omnes, et sententias in scripturis sacris contentas, sed etiam singula verba, eorumque dispositionem usque ad ultimum apicem Canonicis scriptoribus Spiritu sanctum inspirasse, ac dictasse, receptissima theologorum sententia tenet cum SS. Patribus, et praesertim cum S. Hieronymo in cap. 6. Matth., et in cap. 3. ad Hebraeos, cum S. Jo: Chrisostomo Hom. 18. in cap. 4. Genesis, cum S. Augo epist. 19; et omissis aliis cum S. Gregorio in Praefat. librorum Moralis expositionis in Job.

56 Quamvis autem haec tanquam firmissima tenenda sint circa Originalia, seu libros primo conscriptos ab ipsismet Scriptoribus canonicis, nimirum a Deo specialiter electis ad voluntatem suam hominibus manifestandam, cum tamen nunc de ipsis Originalibus textibus, ac codicibus non constat, pluresque codices, et versiones compertae, ac in lucem editae inveniantur atque nunc ex hiberantur, modo pro doctrinae complemento videre restat, qui, et quot sint Sacrae Scripturae libri, qui tanquam Canonici, et authentici sunt scilicet Originalibus dicto conformes nunc habendi, ac tenendi sint.

57 Circa vero difficultatem quoad utrumque solvit Trid. Sess. 4. in decreto de Canonicis Scripturis, omnes, et singulos Christi fideles sic admonens, et decernens = Orthodoxorum Patrum exempla secuta, (Sacrosancta Synodus) omnes libros tam veteris, quam novi testamenti, cum utriusque unus Deus sit auctor, nec non traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel oretenus a Christo, vel a Spiritu Sancto dictatas, et continua successione in Ecclesia catholica conservatas, pari pietatis affectu, ac reverentia suscipit, et veneratur.

verò librorum indicem huic decreto adscribendum censuit, ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa synodo suscipiuntur. Sunt verò infrascripti. Testamenti veteris, quinque Moysis, idest Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judicum, Ruth, quatuor Regum: duo Paralipomenon: Esdræ primus, et secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Judith, Hester, Job, Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isajas, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ Minores, idest Osea, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum, primus, et secundus. Testamenti novi, quatuor evangelia, secundum Matthæum, Marcum, Lucam, et Joannem: Actus Apostolorum à Luca evangelista conscripti, quatuordecim Epistolæ Pauli Apostoli, scilicet ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. Petri Apostoli duæ, Joannis Apostoli tres, Jacobi Apostoli una, Judæ Apostoli una, et Apocalypsis Joannis Apostoli. Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in ecclesia catholica legi consueverunt, et in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris, et canonicis non susceperit, et traditiones prædictas sciens, et prudens contempserit, anathema sit = Hæc Trid.um in citato decreto, quibus in sequenti, et proximo decreto de editione, et usu sacrorum librorum subjungit = Insuper eadem sacrosancta synodus considerans non parum utilitatis accedere posse ecclesiæ Dei si ex omnibus latinis editionibus, quæ circumferuntur, sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda sit, innotescat, statuit, et declarat, ut hæc ipsa vetus, et vulgata editio, quæ longo tot sæculorum usu in ipsa ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, et expositionibus pro authentica habeatur; et ut nemo illam rejicere quovis prætextu audeat, vel præsumat = Hæc universalis ecclesia in Trid.o Concilio legitime in Spiritu Sancto congregata, cujus proinde doctrina omnino infallibilis est, utpote cum juxta Apostolum prima ad Timot. 3: sit columna, et firmamentum veritatis. atque portæ inferi non prævalebunt adversus eam, ut Matth. 16. ipse Xtus testatur.

58. Hanc porò doctrinam tanquam novam in ecclesia non tradidit Tridentinum; ipsam siquidem majorit Eugenius IV. Summus Pontifex approbante Concilio Œcumenico Florentino in decreto pro instructione Armenorum: Eugenius autem eam accepit à Gelasio in Concilio Romano 70 episcoporum anno 494 celebrato, cui præluxit Concilium Carthaginense [illegible] III. anno 397. celebratum Can. 47., et S. Aug. lib. 2. de doctrina Xtiana Cap. 8 Qui est omnino conforme exemplo S. Innocentii I. in epist. ad Exuperium Tolosanum episcopum statuentis, ac recensentis inter canonicos libros eosdem vulgatæ latinæ editionis à nobis cum Trid.o superius enumeratos; ut proinde falsum sit, do-

ctrinam de authentia librorum sacrorum veteris vulgatae latinae editio-
nis noviter inductam ac à Trid.o Libri ergo omnes, et singuli in
Trid.o Decreto enumerati à quibusdam ex fidelibus accipiendi, ac tenen-
di sunt tanquam authentici, quidquid proinde [illegible] sit, an et alij
libri, ut Liber tertius, et quartus Esdrae, et Liber tertius Machabaeo-
rum, et alij sint reipsa authentici, de quo dissensio est inter
Catholicos ipsos Doctores. Neque obest, si dicas primo, quod de qui-
59. busdam libris, qui modo inter Canonicos enumerantur, ut de
Libro Tobiae, et Judith, et quibusdam alijs olim fuerit inter Docto-
res controversia, eosque tanquam canonicos non receperint
nonnulli etiam ex SS. Patribus: 2do, quod nonnulla menda, et er-
rores in veteri vulgata latina editione irrepserint, ac etiam
nunc inveniantur, ut patet ex discrepantia cum vetustissimis
exemplaribus, et codicibus: 3tio, quod plura obscura, et ambigua
etiam modo legantur in libris sacris pro authenticis à Trid.o
declaratis; et ideo regula fidei esse nequeant, cum de ratione
regulae sit, quod sit clara, et manifesta.
Non obest, inquam, si haec dicas. Nam
60 quod ad primum spectat, quidquid sit, an ante Trid.ae definitionem
talis fuerit controversia, de quo non placet disputare; id tamen
verum est, quod ubi accessit Trid.ae definitio, nullus ex Patri-
bus, aut Theologis vere catholicis rejecerit aliquem ex libris
in praefundato Cathalogo repositis à Trid.o Immo si ante de-
finitionem controversia fuerit de authentia alicuius libri sa-
cri nunc tanquam canonici recogniti, id factum fuit, sicuti
accidit in alijs rebus primo inter Doctores controversis, et de-
inde ab Ecclesia definitis; et ideo sicuti harum veritati ni-
hil officit controversia prius habita; ita et in casu nostro
dicendum est.
Ad 2dum vero, quod attinet, quidquid
61. sit de nonnullorum catholicorum nimia sententia excludentium
à libris sacris tanquam authenticis à Trid.o declaratis quem-
cumque errorem non solum quoad fidei dogmata, et bonos
mores; verum etiam quoad vocabula, verba, phrases, et cir-
cumstantias vel levissimas, sive quas dum fides quoad
substantiam intacta adhuc permanserat: quod tamen plures alij
catholici doctique Theologi, inter quos venerabilis Bellar-
minus negant: Illud tamen tanquam omnino certum tenendum est, ve-
terem vulgatam latinam editionem à Trid.o approbatam
ita conformem esse scripturae originali divinitus inspiratae
ac dictatae, ut nihil contineat fidei dogmatibus, aut bonis
moribus adversum, vel praeter veritatem additum, vel con-
tra veritatem mutatum, vel in veritatis praejudicium o-
missum, vel adeo depravatum, ut occasionem perniciosi er-
roris afferre, vel haeresis, aut novis dogmatis initium,
et fomenta praestiterit, vel ita obscure, et ambigue verita-
tes mysteria nostrae fidei occultaverit, aut non ad suffi-
cientiam, et quantum satis est ad salutem, explicaverit. Ini-
quissimum enim est, vel cogitare, ecclesiam, quae est colum-
na, et firmamentum veritatis, cui Christus promisit suam spe-
cialem assistentiam usque ad consummationem saeculi, et
portae inferi contra eam unquam praevalebunt, errare in
re dogmatis, ac morum regulis, ac negligentem [illegible]

in custodiendo pretiosissimo deposito sibi concredito, quod in multis saeculis in textu vulgata latina editione fideliter conservat.

12. Tandem ad 3tium ultro concedo, scripturam sacram obscuram esse, et cantu, et intellectu perdifficilem, hocque contra sectarios contendentes, scripturam sanctam esse claram, ac facilem intellectu, ut deinde plebem decipiant, suosque disseminent errores tanquam in sacris literis contentos. Quod caeteroquin est contra scripturas ipsas, attestante Psalmista Psal. 118. multum meditationis in scrutando scripturas opus esse, ac dicente: Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Et Apostolorum Principe epist. 2. cap. ultimo de Apostoli epistolis dicente: In quibus sunt multa difficilia intellectu. Haec autem obscuritas repetenda est tum ex altitudine materiae, et mysteriorum, quae in ea tractantur, et rerum futurarum, quae praedicuntur; tum ex modo dicendi brevi, ac multa mysteria paucis verbis complectente; tum etiam ex varia significatione verborum nunc propria, nunc metaphorica; tum etiam ex propriis idiotismis linguarum, quibus conscripta est, et nunc a nobis ignorantur. Quibus addi potest cum SS. Patribus, id speciali Dei providentia factum esse, ut scilicet vel altiora mysteria occulta traderentur, ne ab idolatris illuderentur, vel etiam, ut fidelium ingenia et fides exercerentur, vel demum, ut pro scripturae intelligentia lumen a Deo postularetur juxta illud Psal. citati: Revela oculos meos; et considerabo mirabilia de lege tua: non abscondas a me mandata tua: et infra: Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam.

Articulus secundus.

De objecto materiali divino fidei contento in verbo Dei tradito.

13. Pro dicendorum intelligentia animadvertendum est, nomine Traditionis hic intelligi doctrinam ad Religionem, seu ad fidem, et bonos mores spectantem, quae in Scripturis sanctis neque explicite, neque implicite continetur, sed a suo Auctore non scripto, sed viva voce communicata est nobis, sive deinde ab ipsa ecclesia, vel sanctis Patribus, aut aliis piis, doctisque viris scriptis fuerit, vel non fuerit consignata: et hujusmodi traditio triplex est, Divina nimirum, Apostolica, et ecclesiastica. Traditio Divina dicta etiam Verbum Dei non scriptum, est doctrina ad fidem, vel ad bonos mores spectans, quam ipse Deus tanquam immediatus auctor hominibus communicavit, neque in libris sanctis, seu scripturae sacrae continetur, et ideo Majores nostris eam viva voce tradiderunt. Loquendo vero de evangelicis, seu novi testamenti, eae sunt, quas Apostoli ex ipso Christi ore acceperunt, quaeque ab ipsis Apostolis deinde sunt promulgatae, et continua successione in ecclesia catholica sunt conservatae, et quasi de manu in manum ad nostra usque tempora pervenerunt, atque in scripturis sanctis non continentur. Atque hujusmodi sunt plura, quae spectant ad materiam, et formam sacramentorum. Pauca enim de his habemus in libris canonicis: et tamen certum est, sacramentorum aliquorum, et aliorum novi [illegible] formam esse a Christo Domino constitutam

Traditio Apostolica, quae nonnunquam cum divina confunditur, ea quia haec ab Apostolis ipsis fuit promulgata, et magna sumpta ea est, quae ab ipsis Apostolis licet non extremo verbo, aut signo ab ipso Christo instructis, interno tamen Spiritus Sancti lumine illustratis primo, et universae ecclesiae fuit, et viva voce promulgata, ac per Pastores, et Ministros ad nos usque transmissa, nec tamen in libris canonicis exarata, neque contenta: atque hoc in genere est Quadragesimale jejunium, observatio diei Dominicae loco Sabbati, et hujusmodi alia.

Traditio tandem ecclesiastica, ut a duabus praecedentibus contradistincta, ea est, quae ortum habuit post Christi ad coelos ascensionem, atque Apostolorum ex hac vita discessum, atque ab ipso Summo Pontifice, vel a Conciliis, vel ab ecclesiae Praelatis, aut aliis piis viris, vel a fideli populo viva voce, vel exemplo in christiana Republica vigere coepit, usque per subsequentes aetates ad nos usque permansit. Atque hujusmodi sunt consuetudines ecclesiasticae, jam universales, in tota scilicet ecclesia catholica observatae, jam particulares, in particulari ecclesia nempe tantum vigentes.

Porro ad dignoscendum an traditio aliqua sit divina, an mere Apostolica, an ecclesiastica tantum, prima regula est recurrere ad ipsius ecclesiae judicium: ea scilicet traditio tanquam divina tenenda est, quam tanquam divinam suscepit, ac declaravit ecclesia catholica in Concilio oecumenico legitime congregato, aut proponit Summus Pontifex ex cathedra, scilicet tanquam Doctor, et magister universalis ecclesiae, loquens. Criterium enim generale, sicuti et Summus Pontifex ex cathedra loquens infallibilitatis praerogativa donatur, et ecclesiae fuit rei, et veritatis maximum firmumque, quinimo certum argumentum est unanimis Patrum, ac Doctorum, et aliorum omnium consensus, cum in re tam necessaria hos omnes, utpote a Deo suae ecclesiae tanquam magistros constitutos, fallere, sit saltem moraliter impossibile.

Quae argumenta si desint, animadvertendum est, an traditio, de qua dubium ingruit, in tota ecclesia catholica recepta sit, an in particulari, aut particularibus tantum ecclesiis vigeat? Item an a tempore Apostolorum an post eorum mortem tantum ortum habuerit? Si enim in tota ecclesia catholica non vigeat, sed in aliquibus tantum locis, item et post Apostolorum mortem coeperit observari, tunc traditio illa non divina, aut Apostolica, sed tantum ecclesiastica erit, ut etiam, et notionem esse, ex ipso sensu traditionis innotitam patet. Si vero traditio et universalis est, et usque ad Apostolorum tempora observari coeperit, tunc attente investigandum est, an ea sit mere speculativa, seu doctrinalis, talis scilicet, quae veritatem habeat speculativam, utpote quae, non est ad mores, sed tantum fidei dogma continet? An vero sit practica, seu etiam moralis quae nempe ad mores spectat, et aliquod praeceptum praescribit? Si traditio sit prioris generis, cujusmodi v. g. est traditio de perpetua B. Mariae Virginitate, ea tanquam divina habenda, et tenenda erit. Cum enim nemo nonnisi a Deo revelationem divinam hujus veritati possit et debeat, ut ipsa ostendimus, talis veritas non nisi a Deo patefacta.

55 Si vero traditio erit posterioris generis, cujusmodi est v. g. quod parvuli ante usum rationis possint, et debeant baptizari, festum Paschae die Dominico celebrari debeat &c, tunc eximius P. Suarez hic Disp. 5. Sect. 4. num. 6. docet, eam traditionem practicam, seu moralem esse divinam quae continet praeceptum pertinens ad substantiam sacramentorum, vel sacrificii missae, vel ad necessitatem fidei expressae necessariae ad salutem. Lex siquidem nova, seu evangelica divina est, et adeo ejusmodi praecepta, qualia sunt recensita, ab ipso esse data fuisse, dicendum est. Caetera vero praecepta per traditionem ad nos usque derivata, quae respiciunt alias caerimonias, et observantias accidentales ad sacramenta, vel sacrificium spectantes ad traditionem Apostolicam pertinere, dicendum est, quia nempe lex nova, ut divina est, particulares determinationes praedictarum tamen non continet, ut recte tradit Angelicus Praeceptor 1. 2. Q. 108. A. 1. et 2. Has enim determinationes ex Apostolis, et Ecclesiae reliquit. Atque simili modo etiam discurrendum est de operibus de consiliis in lege nova per traditionem insinuatis quibus prolixis sit

56 Propositio. Omnes, et singulae veritates tum doctrinales, tum morales, prout includunt aliquod credendum, v. g. opus, quod praescribunt esse bonum, pium, et honestum, vel etiam ad salutem necessarium, in verbo Dei tradito, seu in divinis traditionibus praesentatae, ad objectum materiale divinae, et supernaturalis fidei pertinent, et adeo divina fide sunt credendae. Est assertio Catholica contra Novatores, quae hoc validissimo medio probatur. Illae omnes, et singulae veritates ad objectum materiale divinae, ac supernaturalis fidei pertinent, ac divina fide sunt credendae, quae ab ipso Deo sunt revelatae, et pro quibus Deus ipse suum interponit testimonium, propositio haec patet ex idea objecti materialis divinae fidei: Atqui omnes, et singulae veritates tum doctrinales, tum morales in sensu propositionis intellectae, in verbo Dei tradito, seu in divinis traditionibus praesentatae sunt veritates ab ipso Deo revelatae, pro quibus ipse Deus suum interponit testimonium, ut patet tum ex idea, et notione dictae traditionis supra expositae, tum ex decreto Tridentini de canonicis scripturis supra num. 57. relato in quo Patres omnium expressis verbis testantur, veritatem, ac puritatem Evangelii contineri in libris scriptis, et sine scripto in traditionibus, quae ab ipsius Christi ore ab Apostolis acceptae, aut ab ipsis Apostolis Spiritu Sancto dictante quasi per manus traditae ad nos usque pervenerunt: ergo &c.

57 Neque obest, si pro Novatoribus contendas dico argumenti hoc contra veritatem sumi non tam traditiones, quae divinae sunt in sensu a nobis supra exposito. Hoc enim argumentum ab ipso Tridentino instigatum est. Hunc locum citato Patres in eo congregati divino Spiritu afflati meditantur, et non modo libros scriptos ac sacramenta, sed ipsa omnes libros tum veteris, tum novi testamenti, seu totam Scripturam sacram, necnon traditiones ipsas tum ad fidem, tum ad mores spectantes tanquam vel oretenus a Christo vel a Spiritu Sancto dictatas, et continua successione in Ecclesia

catholica conservatas, et ita quidem ut anathema dicant in omnes eos qui spernentes, et mutantes tales traditiones contempserint. Ne dicamus ergo, tantos Patres errasse, talemque ita commendando supposuisse, divinas traditiones a nobis acceptas esse, pro certo tenendum est. Quod nedum Patres omnium saeculorum, sed etiam scripturae ipsae, clare testantur. Inter quas satis clare loquitur illud Deuter. 32 Interroga Patrem tuum, et annunciabit tibi Majores tuos, et dicent tibi. et illud Psal. 43. Deus, auribus nostris audivimus, et Patres nostri annunciaverunt opus, quod operatus es in diebus eorum, et in diebus antiquis. et quoad novum testamentum illud Apostoli 2. Thessal. 2: Itaque fratres state, et tenete traditiones, quas didicistis sive per sermonem, sive per epistolam nostram. quem locum exponens S. Jo: Chrisostomus ita concludit: Hinc patet, quod non omnia per epistolam tradiderit, sed multa etiam sine literis: eadem vero fide digna sunt tam illa, quam ista: ergo &c.

71: Nova contra hanc doctrinam cum Hetorodoxis opponas primo, quod in scripturis sanctis, ut Deuter. 4. prohibeatur addere aliquid tanquam verbum Dei ipsis scripturis sanctis, aut etiam, ut ad Galatas primo, praeter scripturas sanctas: 2do quod per verbum Dei scriptum, juxta Apostolum 2. ad Timot. 3. homo Christianus sit satis instructus ad omne opus bonum, ut etiam sit perfectus: Quod verum non esset, si divinae traditiones essent admittendae, utpote cum hae praecontinerent doctrinam et utilem, et necessariam ad salutem: 3tio, quia ab Apostolo ad Colos. 2. ipsae traditiones reprobantur. tandem quia doctrina traditionum, propter varios mores, et hominum opiniones facile sit mutationi obnoxia, quinimo et corruptioni propter multorum malitiam. Quod permittere alienum est a divina providentia circa verbum suum, et proinde ad occurrendum huic incommodo Deus voluit doctrinam suam scriptis consignari, atque adeo sola scriptura tanquam verbum Dei admittenda est.

72: Respondeo ad primum, in scripturis sanctis, et in locis objectis, prohiberi solum ipsis addere aliquid contrarium, et contra doctrinam in illis contentam, vel etiam quidquam ex suis componere, sed spiritu proprio, et hinc, quod tanquam Divinum verbum venditatur, non autem spiritu, et instructione Divina et quod sit illis omnino conforme, et reipsa Divinum verbum, cujusmodi sunt Divinae traditiones, per quas tantum abest, quod ipsa scripturarum doctrina alteretur, aut corrumpatur, quod quinimo explicatur, defenditur, firmatur, et integra salvatur, quaeque reipsa sunt doctrina Divinitus consignata.

73: Ad 2dum autem dico, id nobis nullomodo contrarium. Nam cum ipsa scriptura tum veteris, tum novi testamenti nobis commendaverit ipsas Divinas traditiones, tanquam verbum ipsius Dei, atque exprimere ac praecipiat ipse [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut in omnibus homo sit perfectus, et ad omne opus instructus: adeoque Apostolus, ne sibi contradicat, locutus non est in sensu exclusivo, seu positivo, et majorem quam sensum [illegible] esse [illegible] [illegible] scripturam [illegible] ad alia scriptura per se solam sufficere ad [illegible] hominem [illegible], et ad omne opus [illegible] instruendum ut natus [illegible] [illegible] [illegible] est,

superfluere nedum ipsas traditiones, sed et quascumque leges humanas sive ecclesiasticas, sive civiles, utpote non contentas in ipsis scripturis. Quod est contra Apostolum praecipientem omnem animam subjici potestatibus sublimioribus. Quare solum inde fit, hominem Dei perfectum, et ad omne opus Dei instructum per ipsum verbum Dei scriptum, si ipsum accipiatur secundum id, quod ex necessario praecipitur, et implicite includit, indicat, et alio connotat.

74 Tertium fatendum est ab Apostolo improbari traditiones, sed non quascumque. Si enim sermo est de traditionibus hominum vanis, superfluis, curiosis, et perversis, et adeo nedum ipsis scripturis, sed etiam recta rationi contrariis, hujusmodi in lege Judaei erant plures Pharisaicae traditiones, ut quod manus necessario lavandae essent ante cibum, quod cum peccatoribus manducandum non esset, quod sabbato aegrotos curare non liceret, et hujusmodi alia jam vana, jam perversa.

75 Ad ultimum respondendum est, ea quae urgere, si liceret, ut ecclesia speciali Spiritus Sancti assistentia vel ad aliquod tempus destitueretur. Hinc sicuti quamvis longo temporis decursu vel ipsi libri amitti soleant, diminui et corrumpi, ubi maxime in linguas varias traducuntur; attamen providit, ut libri sancti integri, et ab omni errore expurgati conservarentur, ita eadem providentia factum est, ut inviolatae divinae traditiones conservarentur. Stat ergo firmum, veritatem in omnibus traditionibus, ut talibus ab ecclesia recognitis, contentas ad omnia fidei pertinere, ejusque materiale objectum esse.

Articulus Tertius.

De objecto materiali omnis fidei in ecclesiae definitionibus contento.

76 Quidquid sit de sententia in scholis catholicis recentissima cum S. Thoma 2 2 Q. 1. A. 7. in C docente, objectum materiale fidei catholicae post Apostolorum tempora quoad substantiam, et quoad se non crevisse, sed crevisse solum quoad nos, et quoad certiorem explicationem ac notitiam aliquorum mysteriorum, adeo ut verum sit, veritates omnes, ut catholica credendas implicite saltem contineri in verbo Dei aut scripto, aut tradito; quod unice hic nos inquirimus, est, an veritates, quae ab ecclesia catholica Romana tamquam divina fide credendae, proponuntur, sint revera fidei articuli, et veritates a Deo revelatae, quae ad objectum materiale omnis, et supernaturalis fidei pertineant. De qua difficultate enucleanda, nonnulla praemittere oportet.

77 Notandum itaque primo est, nomine ecclesiae hic non intelligi ecclesiam materialem, seu locum, in quo fideles conveniunt ad Deum suis religionis actibus colendum; sed intelligitur coetus, seu hominum ad veram Dei cognitionem, et cultum, veramque Religionis sanctitatem divinitus vocatus, atque generalissime sumpta eam nomine complectitur etiam Synagogam Judaeorum, sicuti est coetus fidelium eadem Religione Deum colentium. Prout vero in ea sensu communi venit vera ecclesia, sumitur militans triumphans, et purgans, ut fuit coetus fidelium sub uno capite Christo Domino eadem religione Deum colentium: prout vero praesenti ecclesiae militanti convenit rectissime a venerabili Bellarmino describitur coetus hominum ejusdem christianae fidei professione, et eorumdem sacramentorum communione colligatus sub regi-

[illegible] Romani [illegible] atque unius xti in terris Vicarij Ro-
mani [illegible] Atque de ecclesia hic agere in praesenti animo est.

Notandum est 2do [illegible] tanquam certum omnino te-
nere [illegible] ecclesiam Catholicam Romanam esse veram xti
Domini ecclesiam militantem. Ea siquidem, et sola habenda, ac tenen-
da est tanquam vera xti in terris ecclesia, cui uni, et soli simul con-
veniunt notae omnes verae ecclesiae, a xto Domino in terris fundatae: patet hoc
in hac propositione [illegible] uni et soli [illegible] Catholicae Romanae simul
convenire notas omnes verae ecclesiae a xto Dno in terris fundatae, ergo [illegible]
Minor probatur. Notae et signa verae xti in terris Ecclesiae sunt primo
quod sit una, 2do quod sit sancta, 3tio quod sit catholica, 4to quod
sit Apostolica: juxta illud, quod in Simbolo Constantinopolitano anno
381 celebrato, atque ab Haereticis etiam nostri temporis tanquam oecume-
nico, ac legitimo recognito legimus his verbis expressum: Credimus
unam sanctam Catholicam, et Apostolicam ecclesiam: Quibus notis
et aliae plures inhaerendo ipsis scripturis sanctis, et praesertim hae addi
possunt quod debeat esse visibilis perpetua, et a veritate indeclina-
bilis, seu indefectibilis, et unica in via aeternae salutis. Et primo quod
visibilis, ut hinc verum sit illud xti Math. 18. Quod si non audierit
eos, dic ecclesiae; si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethi-
nicus et publicanus: et illud Ephes. 4. Et ipse dedit quosdam quidem
Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero evangelistas, alios
autem Pastores, et Doctores ad consummationem sanctorum in
opus ministerii, in aedificationem corporis xti, donec occurramus
omnes in unitatem fidei et illud Actorum 20. Attendite vobis,
et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit regere eccle-
siam Dei. Quae certe vera non essent, nisi ecclesia xti in terris esset
visibilis. Nam quomodo delinquentes, et contumaces ecclesiae invi-
sibilis [illegible] possunt? Quomodo Pastores, et Doctores instruere
[illegible] possunt [illegible] invisibiles, ac adeo ignotos? quomodo tandem
[illegible] attendere gregi invisibili, et invisibilem mo-
[illegible] congregationem? Ecclesia ergo xti visibilis esse debet. 2do
[illegible] et a veritate indeclinabilis, seu indefectibilis,
juxta illud Math. 16. Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo
ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam
[illegible] Math. 28 Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad con-
summationem saeculi [illegible] et illud Joan. 16 Spiritus veritatis doce-
bit vos omnem veritatem: et tandem illud 1 Timoth. 3 ecclesia Dei
vivi, columna, et firmamentum veritatis: Tandem et unica in
via aeternae salutis, [illegible] statutum est in Concilio Generali sub Latera-
nensi [illegible] Innocentio III, et refertur in Canit Firmiter, de Sum-
ma Trinitate, ubi dicitur Una vero est fidelium universalis eccle-
siae, extra quam nullus omnino salvatur: et propterea 1 Petri 3 ec-
clesia xti rectissime comparatur Arcae Noe. Sicut ergo, ut argumen-
tatur S. Hieronymus in Epistola ad Damasum Papam, et refertur
in Canit. Quoniam vetus [illegible] 24 [illegible], sicut [illegible] si quis in
Arca Noe non fuerit, periit regnante diluvio, ita quicumque
extra ecclesiam agnum comederit, seu manet, profanus est,
[illegible] Quibus jam positis, et pro certo firmatis, ita
[illegible]

1 Atqui omnes hæ notæ et signa simul uni et soli Ecclesiæ catholicæ Romanæ conveniunt, quod singulos percurrendo probatur. Et quidem unitatem vel notat ex eo, quod Ecclesia illa unita, juxta illud Ephes. 4. Unus Dominus, una fides, unum baptisma, in eo praecipue stat primo, quod omnes intra Ecclesiam existentes agnoscant unum caput tum invisibile, id est Christum Jesum, tum visibile, qui nempe in terris Vicarium, summum Romanum Pontificem. Deinde quod omnes conveniant, et simul concordent in doctrina fidei aut morum, adeo ut nullus dissentiat, aut neget fidei articulos definitos, et praecepta morum juxta illud Heb. 13. Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci: Tertio tandem quod omnes iisdem participent sacramentis, idem offerant sacrificium, eundemque cultum Deum servent: Hoc autem ultro verificatur de omnibus fidelibus intra Romanam Catholicam Ecclesiam existentes. Quamvis enim in rebus ab Ecclesia nondum definitis liber cuique aliquando sit sentire, quam quisque sibi prudenter persuadet, ubi tamen quis vel unicam ex veritatibus definitis temere, et contumaciter negat, statim a fidelium coetu segregatus manet. Quod tamen Haereticorum sectas percurrenti nunquam constabit, sed vel eundem Haeresiarcham sibi contraria, et opposita docere cognoscet, ut adnotare suevit, et docti viri de Modernis Haereticis, et antiquis vero Tertullianus de Praescriptionibus cap. 42.

80. Quoad sanctitatem patet ex eo, quod Ecclesia Catholica Romana nedum habet suum caput sanctum Christum Jesum, qui est sanctus sanctorum, et ipsius sanctitatis auctor, sed etiam propagatores, et renovatores ejus, qui plures hucusque et sunt et erunt sanctitate vitae, et morum eminuere, et florent, et florebunt. Item habet, et veneratur dogmata sancta, et legem sanctam, nihilque contra rectam rationem, et bonos mores praescribentem molitur unica de ea cum psalmista Psal. 18. Lex Domini immaculata convertens animas. Sanctam et de sacramentis, quae sunt tot ipsius sanctitatis fontes, pertinet. Quod nullus, qui extra Ecclesiam Catholicam Romanam vivit, jactare possit, etsi aliqui pravae hujus dogmata teneant, et deperdita permixte, aut etiam praescribant moribus, nullum

81. vitae sanctitate, et miraculorum gloria clarum valeat ostendere.

Quod vero Ecclesia Romana sit catholica, scilicet universalis, et toto terrarum orbe historiis cognito diffusa, clarum est, atque manifestum cuique vel mediocriter in historiis omnium hoc signis versato. Non solum enim in Europa, sed etiam in Asia, Africa, atque in ipsa America longe lateque propagata est, ita ut de ea dicere liceat quod legitur Matth. ultimo: Euntes docete omnes gentes: et illud Actor. 1. Eritis mihi testes in Jerusalem et in omni Judaea, et Samaria, et usque ad ultimum terrae: item et illud: In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum. Nihil autem tale de sectis Haereticorum, aliorumque dici potest, qui ultra tamen intra fines suos continenti sunt; et si aliquando ad exteras gentes penetrare datum est, non ob religionis finem, sed mercimonii negotium id fecerunt. Quo facto ipsi Haeretici coguntur hanc notam nostrae Ecclesiae ultro attribuere.

82 Item quod Romana Catholica Ecclesia sit etiam Apostolica, evidenter ostenditur ab ipsis Apostolis tanquam

tionis prospectu Domini propagatorib, ac propugnatorib patet ex continua, et perpetua, ac nunquam intermissa serie, ac successione Romanorum Pontificum, a quib nec totum terrarum orbem alii Episcopi semper creati, ac destinati fuerunt, quique in unitate Ecclesiæ, et eâdem doctrina nexuerunt, adeo ut siquis aliter, ac Romana ecclesia sentirent, a [illegible] communione [illegible] fuerit. Unde et ipsa Romana ecclesia semper, et omnis sæculis Patres habuit acerrimos sui defensores. Quod nusquam nulla alia secta ea se ipsa dicere potest, cum et de ejus principio, et damnatione constet, ut nec inde suum initium ab Apostolis ducere non possit.

23. Visibilitatem autem Romanæ ecclesiæ negare solum sit, qui in meridiana luce velit caecutire. Cuique enim patet, Caput visibile hujus ecclesiæ esse summum Romanum Pontificem et Episcopos, ceterosque Prælatos esse Pastores sub Summo Pontifice subordinatos, innumeraque fideles illos tanquam Patres suos venerari, obedientiamque præstare, [illegible] simul eisdem ceremoniis, [illegible] exteriorique cultu Deum visibiliter venerari: ut hinc merito, ac jure dici possit de ea: *Non potest civitas abscondi supra montem posita.*

24. Neque minus patens est ejusdem Romanæ ecclesiæ perpetuitas et indefectibilitas a veritate. Quamvis enim ejus inimici tentarint ostendere, eam aliquando a vero defecisse, nunquam id [illegible] potuerunt, quinimo ea [illegible] semper ostendit quam maxima coherentia [redacted] in doctrina fidei, et morum, et moribus dici debet, quod ea speciali Spiritus sancti assistentia, qua [illegible] est, ut hæc semper verum [illegible] impostenon etiam sit ut intacta sine ruga, et macula ulla usque ad seculorum consummationem sit duratura, ac perseveratura. Ex quib omnibus et hic ecclesiam Catholicam Romanam eam solam esse in qua salus æterna comparari potest. Stat ergo tenendum ecclesiam Catholicam Romanam, et quidem solam esse veram ecclesiam a Xto Domino in terris fundatam. Quod et manifeste probat nedum testimonium, et exemplum tot virorum et sanctitate, et doctrina eximiorum, qui [illegible] eam, et ejus fidem professi sunt, et ab hæreticis ejus defenderunt [illegible] tot martyrum, qui [illegible] ejusque dogmatis [illegible] non dubitarunt, verum etiam tot, et tanta prodigia, quib continuo est illustrata.

25. Notandum est vero, in Ecclesia Catholica Romana, quam modo esse veram Xti in terris ecclesiam, in [illegible], et monum [illegible] ostendimus, necessario debere admitti aliquem judicem, qui omnino infallibilis sit in [illegible] controversiis quæ jam ad fidem, jam ad bonos mores [illegible], aut [illegible] possunt in ipsa aut contra ipsam Ecclesiam, [illegible] tanquam ad [illegible] a Deo [illegible], et [illegible] ut [illegible], ac [illegible]. Nam cum quæstiones quæ circa fidem, et præcepta morum non [illegible] sæpe [illegible], sint a [illegible] nullus pro sui [illegible] certo veritatem asserere, se [illegible] non [illegible] qui tale qui [illegible] infallibiliter definiat a Deo satis providum non est sui ecclesiæ, ne portæ inferi contra eam prævaleant, quod ipse

missionis divinis, et providentia omninò alienum est. Et sane quomodo nam tali judice denegato errores in fide, et moribus vitari possent? Forte ne recurrendo ad scripturas, et traditiones? Verum in primis nisi per controversiarum fidei, et morum judicem visibilem nobis proponatur, quaenam sit scriptura, et traditio canonica, et authentica, eam ab Apocryphis dignoscere non valemus: deinde et ipsae etiam scripturae, et traditiones pluribus in locis obscurae, sunt, ac difficiles intellectu, et verum earum sensum consequi, et certo cognoscere nobis non datur. Forte ne confugiendo ad judicium hominum peritorum doctorum? Verum hos inter se dissidentes pariè in omnibus invenimus, ut experientia cuique compertum est. Tandem forte ne recurrendo ad privatum spiritum infallibiliter dirigentem? At in primis unicuique certum talem spiritum assereret? Quinimo nonne ad excidium fundamentum illud dirigeret, ut videre est in Haereticis talis spiritus inventoribus jam contradictoria inter se sentientibus, licet omnes se spiritu suo privato duci jactitant? In Ecclesia ergo Christi admittamus oportet controversiarum fidei, et morum judicem infallibilem, qui sit regula viva, et visibilis in infallibiliter definiendis, et proponendis dogmatibus fidei, et morum, ad quem propterea, cum dubium aliquod insurgit circa fidem, aut bonos mores, confugere oportet juxta illud Deuter. 17 Si quid ambiguum, atque difficile ortum fuerit, ascendes ad locum, et ad sacerdotes, uti vero verbis Malachiae 2. Labia sacerdotis custodiant scientiam, et legem Domini requirent ex ore ejus. Quod et factum est tempore Apostolorum, ut legitur Actor. 15. Cum enim controversia facta esset inter fideles de legalibus, confugerunt ad Apostolos, qui hanc, et concilii more in unum congregati rem totam definierunt.

Quoniam vero Ecclesia totaliter et secundum se totam, et quoad omnia ejus membra simul accepta non sit esse talis judex, et sufficiens viva regula fidei in docendo, tum quia impossibile est, totam hanc ecclesiam simul convenire ad aliquid de fide definiendum, tum quia magna pars ejus ecclesiae non est sufficiens ad docendum, neque hoc pertinet ad statum ejus, ut constat maxime de statu laicorum; tum denique quia docere ex cathedra definiendo pertinet ad clavem scientiae et est actus specialis potestatis a Christo datae ad ecclesiam in doctrina regendo, et gubernando, quam Christus non contulit toti simul ecclesiae, sed Petro et aliis Pastoribus tanquam suo capiti subordinatis, hinc quomodo primo jure seu Romano Pontifici talis potestas competat, modo restat examinandum, examinamus scilicet primo, an Summus Pontifex ut communiter in genere cum ceteris Ecclesiae Pastoribus sit infallibilis in doctrina fidei et morum, secundo an pariter tali gaudeat praerogativa etiam extra concilium, dum ex cathedra, seu tanquam universalis Doctor, et Magister loquitur, et tandem an veritates ab eo definitae et proponendae tanquam de fide divina sint credendae, et ex eo ad orthodoxam fidem pertineant? unde sit

§. 1. De veritatibus fidei in conciliis definitis.

Nomine concilii, seu synodi in praesenti intelligitur congregatio, seu coetus sacerdotum, maxime episcoporum ad res fidei, et

morum discrimines atque leges, praesertim est; particulare scilicet, Provinciale et Nationale, et Generale, dictum etiam Plenarium. Particulare illud est, in quo unà cum Episcopo suo conveniunt Decanus, seu Procurator ecclesiae Cathedralis, vel etiam ipsum Capitulum, Abbates Priores, atque animarum Rectores. Provinciale est, in quo una cum Archiepiscopo, aut Primate unius metropolis episcopi congregantur atque sic Nationale est, in quo una cum Primate, seu Patriarcha Archiepiscopi, et episcopi omnes alicujus Nationis simul conveniunt. Atque de his Conciliis modo sermo non est. Cum enim gesta in his ad universam ecclesiam obligandam defectu jurisdictionis non extendantur, neque usquam probari possit, illis promissam esse à Spiritu Sancto specialem assistentiam, ne errent, hinc nequeunt esse viva, et infallibilis regula fidei, nisi forte contingeret, ut illorum acta specialiter tanquam fidei veritates à Summo Romano legitimo Pontifice approbarentur: quo unico in casu infallibilitatis prerogativa gauderent, ut ex infra dicendis constabit.

89 Concilium autem Generale, seu plenarium est illud, in quo auctoritate, et de mandato summi Pontificis una simul congregantur omnes Episcopi totius Orbis Catholici, quantum fieri potest ad statuendum communi intentione de rebus ad fidem, et religionem spectantibus, praeside summo Pontifice, aut alio ejus nomine, itaque breviter definiri potest. Majorum natu ecclesiae, praesertim Pastorum, congregatio ad statuendum communi intentione de necessariis, seu commodis xtianae Religionis, legitima auctoritate fulta. Dicitur autem primo. Congregatio Majorum natu ecclesiae, praesertim Pastorum ad denotandum, quod de jure proprio suo, et ordinario solis episcopis competat in Generalibus Conciliis sedere tanquam Judices, et in eis congregari, votumque decisivum habere, utpote iis, quibus à Xto Domino commendatum est munus et universalem ecclesiam et dominicum gregem pascendi, et gubernandi, juxta illud Actor. 20 Attendite vobis, et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit regere ecclesiam Dei. Quamvis ex Privilegio, et consuetudine Cardinales etiam, qui non sunt episcopi Abbates, et Religiosorum Ordinum Generales habeant votum, seu suffragium decisivum. Quod sic non habent Principes saeculares, aut Doctores, et Canonistae, qui ad Concilium vocantur, et interveniunt. Sed saeculares Principes interveniunt tanquam Protectores, et defensores ejusdem Concilii, qui quando acta Concilii subscripsere nomine non suo decisionis more … sed consentiendo. Theologi autem et Canonistae admittuntur, ut rem examinent consilio juvent, et quae decidenda sunt, valide disputent, … rant, et discernant. Ubi denotandum est ad Generale Concilium requiri quidem, et sufficere moraliter necessarium esse, ut Concilii convocatio singulis Christianis saltem majoribus Provinciis innotescat et nullus legitimus convocatus, ubicumque veniat, excludatur summodo catholicus, atque ex communicatione innodatus non sit. Non tamen necesse est, ut reipsa omnes omnino episcopi interveniant, quia tunc nullum Concilium hucusque celebratum Generale esset, quinimo et immensum esset Generale Concilium congregari, cum fieri non possit, ut omnes omnino episcopi ex omnibus mundi partibus in unum conveniant.

2 Dicitur 2do: Ad statuendum communi intentione de necessarijs, seu commodis Religionis. Ad indicandam causam finem et modum, de quo in Concilijs Generalibus agendum, et tractandum est, quod ad Religionem spectare debet, ad fidem nempe, et bonos mores, atque ecclesiasticam disciplinam. Dicitur tandem legitima auctoritate fulta, scilicet Romani Pontificis, quia munium non Imperatoris, aut alterius Principis saecularis, sed ipsius Romani Pontificis proprium munus, et officium est indicere, et convocare Generalia Concilia, ipsis vel per se, vel per alium praesidere, atque ultimam manum imponere confirmare scilicet, et approbare, adeo ut conventus, et congregatio Episcoporum sine voluntate, et consensu Summi Romani Pontificis indicta, et facta, aut saltem nullo modo approbata, si forte eo inconsulto ab alio facta sint, cui ipse Romanus Pontifex neque per se, neque per alium interfuit, ac nullo modo confirmata est, non Concilium, sed conciliabulum, schisma, et conspiratio ut ait Pelagius Papa in Capit. Multis, Dist. 17 ea sane ratione, qua si aliquis Regni Magnates absque Regis consensu simul convenirent de constituendis de legibus Regni non comitia, sed conspiratio conventus ille diceretur. Atque ratio est manifesta, quia ad eum spectat congregare Concilia, eidem praesidere, atque confirmare, cui Christus Dominus tanquam capiti dedit potestatem, curamque commisit universalem ecclesiam gubernandi, regendi, ac dirigendi in vitam aeternam. Patet ergo propositio: Talem autem potestatem, et curam dedit, ac commisit Christus B. Petro, et in B. Petro ejus legitimis successoribus Romanis Pontificibus, ut patet tum ex illo, Matth. 16 Tu es Petrus, et super hanc Petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam: tum ex illo Joan. 21: Pasce agnos meos, pasce oves meas. tum ex illo Luca. 22 Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos: ergo etc. Fidei veritas est gestis, et praxi Conciliorum oecumenicorum patet, et magis ex dicendis innotescit. His pro Concilij Generalis notione expositis ad maiorem [illegible] intelligentiam

4o Notandum est Patres Generalis Concilij varijs modis ad firmandam definitivam sententiam procedere nempe: primo quando Summus Pontifex personaliter adest Concilio eoque impertiente Patres ad definitionem procedunt 2do quando Summus Pontifex Concilio tantum per Legatos adest, qui ab ipso specialem instructionem habent de veritatibus definiendis, atque Patres juxta talem instructionem definiunt: 3tio, quando Concilij Patres non sequuntur in definiendo instructionem, quam Legati a Pontifice habuerunt, ac Pontificis nomine Concilio praesidentes fideliter: 4to quando Concilio adsunt Legati Pontificis absque particulari mandato instructione a Pontifice habita, et definitioni sine ullo legatis annuentibus quae definitio deinde a Pontifice confirmatur: Quinto, quando definitio sit repugnantibus Pontificis Legatis, aut Pontificis confirmatio nondum accessit His autem positis ac memoriae mandatis nunc quoad ... tenit, sit

Propositio prima. Quodlibet Concilium sive particulare, sive Provinciale, aut Nationale, sive Generale de mandato etiam ipsius Summi Pontificis congregatum, cui ipse tantum praeest per suos Legatos specialem instructionem non habentes, infallibilitatis praerogativa non gaudet, quousque ab ipso Summo Pontifice non fuerit confirmatum. Est communis sententia, quae in primis ex scripturarum auctoritate probatur. Nemini enim a Xto Dno promissa est specialis Spiritus Sancti assistentia, ne in rebus fidei, et morum erret, nisi uni Petro, et in Petro ejus legitimis successoribus, atque toti ecclesiae ut fundatae et innixae suo Capiti Romano Pontifici, tamquam firmissimo fundamento, ut patet meditanti scripturarum testimonia num. 90 relata: Quodcumque autem concilium in sensu propositionis neque est Petrus, seu Petri successor, aut tota ecclesia ut fundata, atque innixa suo capiti Romano Pontifici tamquam firmissimo fundamento, ut per se patet; ergo &c. Secundo suadetur et canonum auctoritas, et Conciliorum ipsorum Generalium praxis. Nam Sanctus Pontifex Paschalis testatur, quod omnia Concilia per Romanae ecclesiae auctoritatem et facta sunt, et robur acceperunt: et in Capit. Concilia, Dist. 17. Symmachus Papa inquit, quod concilia, quae non habent praesentiam (?) ... Pontificis auctoritatem, valetudinem perdiderunt: et proinde factum est, ut omnia Concilia, quae hucusque celebrata sunt, et tamquam legitima in ecclesia habentur, ac venerantur, Pontificiam confirmationem expostulaverint et obtinuerint, ut patet acta ipsorum Conciliorum revolventi, et praesertim Epistolam Synodicam Concilii Nicaeni ad Sylvestrum Papam, per quam illius Patres Summum ipsum Pontificem sic rogaverunt. Quidquid constituimus in Concilio Nicaeno, precamur, vestri oris consortio confirmetur. Quod et praestitit ultimum Generale Concilium nempe Trid. sess. ultima in Decreto de fine Concilii: Sed ergo id, quod sacrorum canonum auctoritate sancitum est, atque ecclesiae praxi firmatum est, absque ulla hesitatione tenendum sit, hinc manifestum est opus esse Pontificis confirmatione, ut robur habeant definita in Conciliis etiam Generalibus, quibus per se Summus Pontifex non praeest, sed tantum per Legatos specialem instructionem non habentes: ergo &c. Quod validissime etiam confirmatur, quod talia Concilia auctoritate Summi Pontificis non confirmata de facto in nonnullis erraverint, ut praeter caetera patet ex Concilio Ephesino II. a Leone I. indicto, non tamen confirmato, quod errores Eutychetis et Dioscori admisit, ut idem Leo fatetur Epist. 22. 23, et 21 (?), aliisque sequentibus: et missis aliis, patet ex Concilio Basileensi sub Eugenio IV., quod renovans statutum Concilii Constantiensis decrevit, Concilium esse supra Pontificem: quod tamen est error quammaximus, ut infra ostendam. Unde merito, ut docet Bonifacius VIII. in Extravag. Unam Sanctam, datur, a Concilio Generali etiam legitime congregato non appellatione ad Summum Pontificem: quod minime dici posset, si Concilium Generale etiam non confirmatum a Pontifice esset infallibile, cum ab ea regula infallibili non liceat appellare: ergo &c. Atque a fortiori valere debent, ubi Concilium a Summo Pontifice indictum non esset, atque Concilii Patres aliquid definirent dissentientibus Legatis Pontificis, et praesertim ubi hi [illegible] habuerint ad [illegible] Summo Pontifice.

Ricos contra: Concilium Generale Summi Pontificis auctoritate indictum, et congregatum, cui ipse Summus Pontifex per se ipsum praeest, gaudet praerogativa infallibilitatis, ubi ipse Summus Pontifex Concilii definitionibus annuit, ut infra ostendetur, ergo etiam erit infallibile Concilium generale indictum, et congregatum auctoritate Summi Pontificis, cui ipse Pontifex per suos Legatos, etiam specialem instructionem non habentes praeest, ubi Legati annuunt Concilii definitionibus. Nam nonminus tunc plene, quam in 1mo casu dici fit tota ecclesia suo capiti conjuncta simul congregata, cum in casu Legati personam Pontificis gerant, et proinde ipsemet Pontifex praesidere censeatur, cum ergo toti ecclesiae a Xto Dno promissa sit Spiritus Sancti assistentia, ne in rebus fidei erret, juxta illud: Portae inferi non praevalebunt adversus eam: dicendum est &c.
Confirmatur Episcopi in Generali Concilio auctoritate Pontificis indicto congregati, eo animo, et intentione ibi conveniunt, ut quod de fide credendum est, definiant, et quod ad bonos mores informandos necessarium est, stabiliant, atque ad hoc obtinendum ferventes preces fundunt, sacrificia offerunt, atque rigorosa jejunia suscipiunt, quinimo ad eundem finem obtinendum per universum orbem christianum fiunt preces, jejunia, aliaque bona opera indicuntur: atqui tali congregationi Patrum tam recte ordinatae specialis Spiritus Sancti assistentia, ne erret, ab ipso Xto promissa est: ait enim Matth. 18. Ubi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum ergo &c.... Confirmatur 2do. Episcopi in Generali Concilio legitime congregato nedum sunt judices, sed etiam de facto decreta fidei condunt, et anathematizant aliter sentientes, id: auctoritate sua non faciunt, sed divina, neque temere id praestant, ergo sunt in suis definitionibus infallibiles, ergo &c.... Confirmatur 3tio. Ad hoc ut Generale Concilium infallibilitate gaudeat, non est necesse, quod omnes Patres Decretis, ac Canonibus in eo statutis subscribant, sed sufficit quod major pars Patrum annuat, et consentiat, ergo etiam sufficiet quod omnes Patres annuant, et consentiant, etsi Summus Pontifex dissentiat: major siquidem pars trahit ad se minorem. Prob. ant. et patet ab exemplo Synodorum Provincialium aut Nationalium, quarum acta valent, etsi Archiepiscopus aut Metropolita renuat subscribere, dummodo caeteri Episcopi, aut major eorum pars annuant, et subscribant.... Confirmatur ultimo. Facilius est singularem personam a vero deviare, quam multitudinem hominum maxime sapientum, muniti, ac doctorum: ubi ergo Patres in Generalis Concilii quodnam constituerent, etiam Pontifice dissentiente, ipsis potius, quam Pontifici standum est utpote cum potior praesumendum sit tali capiti adhaerere praerogativa infallibilitatis quam ipsi Pontifici, sicuti in facto ... est potestas ... Pontificem aliquando, ac eos omnes, de facto in haeresim prolaberetur.

Respondeo concesso antecedente nego consequentiam, et disparitas est quia Concilium generale ab ipso Pontifice indictum, ejusque auctoritate congregatum cui ipsemet Pontifex praeest, cum actis, et decretis annuit utpote constans praecipuis Ecclesiae membris caput omnia repraesentantibus, ipsoque Ecclesiae Capite, est Concilium omnimode perfectum, et absolutum, adeoque absolute, et perfecte repraesentat totam Universalem Ecclesiam, cui

ipse Xtus infallibilitatem in rebus fidei, et morum promisit, ita ut contra ea portae inferi nunquam sint praevalituræ; et proinde in Dogmatibus fidei et morum errare tale Concilium non pt: contra vero Concilium Generale etiam auctoritate Summi Pontificis congregatum, cui praesunt Legati Pontificij specialem instructionem non habentes, non est Concilium perfectum, et absolutum, utpote non animatum a suo Capite Summo Pontifice tanquam viva fidei regula infallibili: Potestatem siquidem infallibilitas res fidei, et morum determinandi Summus Pontifex nemini delegare pt. utpote cum haec in speciali assistentia Spiritus Sancti soli Petro, ejusque successoribus a Xto Dno promissa consistat fitae gratia ad bonum Apostolatus pertinens: ac proinde tale Concilium repraesentat quidem corpus, non autem caput ipsius ecclesiae, prout est infallibile, et adeo imperfecto modo repraesentat ecclesiam, soli autem corpori ecclesiae, ut a capite sejuncto nullibi invenitur promissa infallibilitatis praerogativa in rebus fidei, et morum ergo &c.

Ad 1mam confirmationem omissa, vel etiam
95. concessa majori d. min. Atque tali Congregationi Patrum tam recte ordinatae, ac suo Capiti subordinatae, ac dependenter ab ipso Spiritus Sancti assistentia, ne erret, ab ipso Xto promissa est, conc. tali Congregationi Patrum tam recte ordinatae non tamen suo Capiti subordinatae, atque independenter ab ipso Spiritus Sancti assistentia ne erret, ab ipso Xto promissa est nego min., et consequentiam. Verum quidem est quod Xtus sit in medio, idest assistat, cooperetur, dirigat, et animabit duos vel tres omnium, qui simul congregati, atque charitate, et oratione concordes quidquam petierint, quod bonum, expediens, ac necessarium erit tum ad gloriam ipsius Dei, tum ad eorum profectum spiritualem, si id petierint amore, intuitu, et causa ipsius Xti, ejus gloriam quaerentes, dum tamen etiam usi fuerint mediis ad talem finem obtinendum ab ipso Xto institutis, atque ordinatis: media autem, quibus Patres Generalium Conciliorum uti debent, ut eorum definitiones circa fidem, et mores infallibiles sint, seu ad talem finem a Xto Domino sunt instituta, jam sunt consensus, et confirmatio Capitis ipsius ecclesiae, nempe Romani Pontificis, ut tum ex Scripturis, tum ex ipsius ecclesiae doctrina supra probatum est; ergo &c. Adhinc objectus textus illimitate non est intelligendus, quia secus et Concilia particularia, et Provincialia, aut Nationalia a Summo Pontifice specialiter non confirmata infallibilia essent in decretis fidei, et morum, ubi Episcopi ijs in Concilijs pro veritatibus fidei et morum stabiliendis conveniunt, et ad talem finem preces, et sacrificia Deo offerant, et alia opera instituant quod tamen non est dicendum ergo &c.

9. Ad 2dam confirmationem fateor Patres in Concilio congregatos esse judices sed subordinatos, ac dependentes a Summo Pontifice, itaque pronunciare de rebus fidei, et morum, et quidem etiam anathematizare aliter sentientes, ac in eorum decretis definitum fuerit; id tamen non praestant absolute, sed conditionate, si nempe eorum sententia correspondeat judicio supremi Capitis, Summi scilicet Pontificis. Atque in hoc eorum auctoritas sita est, quatenus nempe ipsis a Deo datum est in Generali Concilio res morum, et fidei examinare, ac judicium ferre; alias ab ipso Pontifice reformabile, et non aliter. Cui nec

non obstat, Patres in Generali Concilio a summo Pontifice indicto congregatos esse in Spiritu Sancto. Nam ex hoc statim non sequitur Concilium statim esse perfectum, et absolutum, et proinde in nomine Spiritus Sancti sententiam pronunciare. Ad id enim sufficit, quod Concilium sit congregatum nomine, et auctoritate Pontificis: ad secundum verò requiritur definitio, sive approbatio, et confirmatio ipsius Summi Pontificis quia alias omnia Concilia ab ipso Summo Pontifice indicta essent legitima: quod est falsum.

17 Ad tertiam confirmationem omisso, aut etiam concesso ante, quod ceteroquin videtur intelligendum non de parte majori numero, sed quae sit sanior, et melior, quae scilicet doctrina, et prudentia omnibus paribus alteri praeponderet, nego consequentiam, quia non prodest principio illo: major pars trahit ad se minorem. Pontifex enim praeeminentiam nostram habet in ipsis generalibus Conciliis sicuti Rex in Regijs comitiis. Atque hinc ad paritatem ex Concilio Provinciali, aut Nationali desumptam dispar est, quia Summus Pontifex non tenetur amplecti sententiam majoris partis Patrum Concilij, quinimo sive pauci, sive plures sint, qui ad errorem deflexerint, ejus munus est eos ad veram fidem revocare juxta illud, quod Christus dixit Petro: ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos: quod indistincte prolatum est, sive nempe plures, sive pauci sint: Nihil autem tale de Archiepiscopo respectu comprovincialium, et de Metropolitano respectu Nationalium Episcoporum scriptum legitur. ut proinde mirum non sit si Archiepiscopus Provincialium, et Metropolitanus Nationalium Episcoporum sententiam sequi debeat, dum numero ceteros vincunt.

18 Ad ultimam confirmationem dicendum est, facilius forte esse Pontificem, prout est singularis persona, quam Concilium Generale, à vero deviare: at idem non est si Summus Pontifex consideratur, prout is est magister omnium fidelium, et Pastor, et Rector universalis Ecclesiae. Specialiter enim protegitur à Spiritu Sancto, ne erret, ut hinc verificetur, quod contra Ecclesiam portae inferi numquam praevalebunt. Ad id autem, quod additur, dico, Concilium posse eligere Summum Pontificem, ac illum etiam deponere, quando id videtur expedire bono Ecclesiae; neque tamen per hoc Concilium est supra Pontificem, ac majorem quam ille, habet auctoritatem. Concilium enim aliquando Pontificem illi non confert auctoritatem quam ipse habet in Universam Ecclesiam, sed designat, et eligit personam cui ipse Christus confert auctoritatem. Deinde Concilium deponit, sive declarat, Pontificem suo munere, ac dignitate et indignum non pro omnibus casibus, quibus Concilio placet, sed tantum pro specialibus pro quibus Christo talem dispositionem placuit, velle ac approbare ostenditur recte, placet. Haec de Conciliis ut à suo capite separato. Nunc sit.

19 Propositio secunda. Non solum Concilium Generale auctoritate Summi Pontificis indictum, et congregatum cui ipsemet Summus Pontifex praesidet, ejusque Decretis annuit, et approbat, verum etiam illud cui per Legatos de rebus in particulari definiendis particularem ac specialem instru

ectionem ab ipso habentes praeest, est infallibile in iis, quae tanquam de fide divina necessario credenda, aut tanquam ad bonos mores spectantia proponit, sicuti etiam in quaestionibus fidei, et morum dogmaticis est infallibile Generale Concilium, cui Summus Pontifex per suos Legatos specialem instructionem non habentes praeest, postquam tamen a Summo Pontifice fuerit approbatum, et confirmatum. Est quoad omnes partes certa veritas, quam omnes Catholici contra Novatores Lutherum, Calvinum, aliosque uno ore fatentur. Fundamentum autem in ipsis Scripturis habet. In iis siquidem ipse Christus, ut Matth. 28, promittit infallibilem et perpetuam assistentiam in docendo suis Apostolis, et in ipsis eorum successoribus nempe Episcopis usque ad saeculi consummationem inquiens: Euntes docete omnes gentes. .... docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis: et ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi. Et Joan. 14. idem tradens inquit: Et ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis. Quae cum non solis Apostolis utpote ex hoc mundo decessuris, dixerit, sed etiam eorum legitimis successoribus, episcopis scilicet, jam planum est, ipsos infallibilitatis praerogativa gaudere in definiendis fidei, et morum dogmatibus: Haec vero infallibilitatis praerogativa ipsis melius convenire non sit, quam simul unitis, et congregatis pro fidei, et morum causis, et suo Capiti conjunctis, ac subordinatis, ut evenit in Generali Concilio, de quo nunc sermo est; ergo &c. His accedunt et ipsi Patres, qui uno ore hanc veritatem fatentur, ut propterea eos in medium afferre opus non sit: et proinde jam sufficiat subjungere rationem theologicam ex ipsis Scripturis desumptam, quae sic promovetur. Tota, et universalis Christi Ecclesia nunquam in dogmatibus fidei, et morum erravit, aut errare potuit: contra eam enim, ut supra dictum est, portae inferi nunquam praevalebunt, utpote quae est columna, et firmamentum veritatis: atqui Concilium Generale in sensu propositionis est tota, et universalis Ecclesia. Nam ut ait S. Cyprianus lib. 4. epist. 9. Ecclesia est in episcopo et Eusebius lib. 3. de vita Constantini Concilium Oecumenicum Nicaeae habitum vocat conventum Orbis terrarum: et omissis aliis, S. Augustinus lib. 1. de Bapt. cap. 18. illud appellat totius Ecclesiae consensum [illegible].

19. Advertendum tamen, nos hactenus locutos esse non de quacumque doctrina in memoratis Conciliis contenta, sed tantum de ea, quam tanquam de fide divina credendam, et necessario proponunt ipsa Concilia. Non enim, ut observavit doctissimus Card. Bellarminus de Conciliorum auctoritate, lib. 2. cap. 12. et celeberrimus Melchior Canus de locis theologicis, lib. 5. omnia quae in Conciliis scripta leguntur, sunt de fide, cujusmodi sunt disputationes, rationes, quae adduntur, ac nonnulla, quae ad rem explicandam et melius illustrandam afferuntur ac alia, aliaque solum tanquam probabiliora proponuntur. Quare pro maxima attentione erit ac expressionibus, quibus in controversia proponenda Patres utuntur, praesertim ubi expressis verbis

non dicitur, hoc est de fide, hoc fide divina credendum est, aliter sentire hæreticum esset, et evangelij doctrinæ recto contrarium, itaque judicandum, quod unanimis theologorum, et fidelium sensus persuadet, nisi vel etiam velis recurrere ad penas, quæ in aliter sentientes, ac ibi docentur, ab ipso concilio statuuntur. Ubi enim ~~statuitur~~ anathema, atque excommunicatio ipso facto incurrenda contra sentientes opinionem, ut si dicatur: qui aliter senserit sit anathema, sit ipso facto excommunicatus: manifestum est signum, doctrinam illam ad fidem pertinere.

Nota dicas Concilium Generale constat ex episcopis, et Cardinalibus tanquam membris suffragium decisivum habentibus, quorum plures non sunt justi, sed mundi dilectores, non sapientes, et prudentes, sed indocti, et imprudentes, atqui hujusmodi hominibus non fit dici concessum infallibilitatis privilegium. quod vel magis constat ex eo, quod singuli in errores non raro prolabantur; ergo &c.

R. Respondeo, falsum in primis esse saltem de majori parte Patrum Concilii esse viros mundi amatores, indoctos, ac scientia destitutos. Passim enim episcopi, et Cardinales sunt viri et scientia, et pietate eximii, de quorum interna fide, ac bona ordinatione nonnisi summa injuria dubitari potest. Sed jam omittamus ostentum. An propterea quia in unum congregatis, ac suo Capiti conjunctis denegabimus infallibilitatem in rebus fidei, et negotiis morum definiendis? Non sane. Deus enim sicuti nonnulla alia sua dona non alligavit doctrinæ, ac scientiæ, ac morum probitati, ita certe hoc in nostro casu non alligavit infallibilitatem. Sufficit enim Patres in Concilio esse legitime congregatos, ac uno cum suo Capite conjunctos, ut infallibile judicium proferant, ut supra ostensum est. Nec deinde urget, singulos episcopos, et Cardinales decipi, ac fallere posse. Non enim valet argumentum ab usu tamquam distributivo ad collectivum, præsertim quando constat a revelatione aliqua illam convenire collectioni, et non esse propriam singulorum. Atque hæc de veritatibus seu objecto nostræ fidei ut ab universali ecclesia in Generali Concilio proposito tanquam a Deo revelato. Nunc de eadem ut a Summo Pontifice ex Cathedra loquente definito, ac declarato.

§ 2. De veritatibus fidei a Summo Pontifice definitis.

13 Summum Romanum Pontificem ut conjunctum Episcopis in Concilio Generali congregatis in causis fidei, et morum, pro universo orbe christiano errare non posse, itaque nunc propugnandum est contra sectarios; ex quo etiam constare debet, quosdam Summi Romani Pontificis judicium in dogmatibus fidei et morum esse omnino infallibile etsi extra Concilium emanaverit, ubi consensus universalis ecclesiæ, aut etiam potissimæ ejus partis accesserit, utpote cum tunc tale judicium in re, et coram Deo sit judicium totius universalis ecclesiæ, quam in rebus fidei, et morum errare non posse ob specialem Spiritus Sancti assistentiam supra ostensum est; Atque hinc difficultas etiam in præsenti est an Summus Pontifex loquens extra Concilium, et ante ecclesiæ uni

veritatis consonam, et acceptationem seu approbationem in Dogmatibus fidei et morum proponendis sit infallibilis, adeo ut tales veritates tanquam divina fide credendas tenere oporteat. Pro qua difficultate

104 Annotandum est, duas in summo Pontifice distinguendas esse personas, privatam unam, publicam alteram, sicuti et in Rege, ac seculari Principe non raro fit. Tunc autem summus Pontifex privatam personam gerit, cum non tanquam successor B. Petri, Magister, Doctor, et Pastor universalis ecclesiae, sed tanquam hic particularis homo quidquam agit, dicit, et loquitur. Tunc vero publicam gerit personam, cum re mature perpensa, et examinata tanquam Magister, Doctor, et Pastor universi Orbis Christiani alloquitur fideles, illos instruit, eisque proponit quid credere, quid agere debeant in via salutis aeternae. Quae duo diligenter attendenda sunt, ac inter se distinguenda, ne cum adversario contendamus. Quamvis enim demus cum sententia, quam probabiliorem vocat P. Laymann cum Cajetano, Turrecremata, Cano, Azorio, Valentia, et aliis de qua non placet disputare, summum Pontificem tanquam privatam personam, seu prout est hic particularis homo, errare etiam posse in fide, atque haereticum fieri, eo quod cum ipsi solum prout est B. Petri successor, specialis Spiritus sancti assistentia, ne erret in rebus fidei, et morum, a Christo Domino promissa videatur; attamen non inde sequitur, errare posse in rebus fidei, et morum cum ex cathedra, seu tanquam magister, Doctor, et Pastor universae ecclesiae, fideles suos alloquitur, instruit et docet Dogmata fidei, et morum; tunc enim specialiter regitur et dirigitur a Spiritu Sancto, ne in errorem prolabatur, ut infra probabitur, et proinde ab errore, in quem forte caderet summus Pontifex, ut est particularis, et privata persona, non recte arguitur error ejusdem summi Pontificis, ut est publica persona.

105 Annotandum est 2do hic in quaestionem non venire summi Pontificis infallibilitatem circa dubia facti, seu circa factum non connexum, neque pertinens ad communem ecclesiae fidem, Religionem, et morum sanctitatem, seu non respiciens doctrinam fidei, et morum universae ecclesiae. Quae ut intelligas notabis, alias esse quaestiones juris, et alias facti, atque connexas cum quaestionibus juris, et insuper alias mere facti, seu facti nullo modo connexas cum quaestionibus juris. Quaestio juris ea est, in qua agitur, an haec, vel illa propositio sit divina a Deo revelata, an haec, vel illa actio sit per se, et ex natura sua bona, aut mala, an possit reprobari tanquam rectae rationi dissona, aut praescribi tanquam consona morum regulis. Quaestio facti connexa cum quaestionibus juris ea est, in qua agitur de facto, ex cujus denegatione sequitur error in fide, aut contra bonos mores sic v.g. si quis negaret hunc sanctum v.g. S. Petrum esse beatum in caelis, statim sequeretur, quod summus Pontifex errare possit in sanctorum canonizatione. Quaestio tandem mere facti ea est in qua agitur an factum aliquod extiterit, vel non extiterit, ex cujus denegatione nullus error in Dogmatibus fidei, et morum sequitur ut esset v.g. quaestio, in qua quaeritur, an hic Episcopus tale crimen perpetraverit, et an ideo sit puniendus, an extiterit vera causa dispensandi in votis, et impedimento matrimonii etc. Atque haec tria pariter diligenter distinguenda

sunt, quia, ut dixi, hic in dubium non vocatur infallibilitas Summi Pontificis circa dubia pure facti. In hujusmodi enim quaestionibus facti, et errare posse multi Doctores Catholici concedunt [illegible] quod libet q. 4. et [illegible] = In sententiis, quae ad particulares actus pertinent, ut cum agitur de possessionibus, de criminibus, vel de hujusmodi, possibile est judicium ecclesiae errare propter falsos testes = Atque ratio est quia cum in hujusmodi materiis ad bonum commune ecclesiae necessaria non sit infallibilitas, non est hinc divinum adhuc [illegible] specialem Spiritus Sancti assistentiam ne in eisdem erret Summus Pontifex. Quod agnoscens Summus Pontifex Alexander III in [illegible] quando [illegible] Archiepiscopum Ravennatem admonens ait: Patienter sustinebimus, si non feceris, quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum.

26. Adnotandum est ulterius, etsi ut Summus Pontifex dicatur loqui ex cathedra, seu ut universalis ecclesiae Doctor, non sufficere, quod aliquid definiat, velut ex cathedra [illegible] in modo dici, et monere, sed requiri, ut re mature perpensa aut etiam cum Theologis, ac Cardinalibus examinata definiat, vel approbet aliquid tanquam credendum fide divina, vel observandum indubitanter a tota ecclesia. Hac siquidem sub conditione ipsi videtur promissa Spiritus Sancti assistentia, ne erret in rebus fidei, et morum, sub ea scilicet conditione quod propria matura consideratione aliquid decernat, non vero si temere loquatur. Ac idcirco quidquid sit de controversia, an valde agitata inter Doctores Catholicos, an nempe Summus Pontifex errare possit, si citra ullam consultationem, aut maturam deliberationem aliquid definiret: Dicendum est, et constanter asserendum, nunquam futurum eventum, ut usque adhuc nullus fuit, quod Summus Pontifex ex cathedra loquens temere, et inconsulto, usque absque rigoris examine, et necessaria matura deliberatione in definiendis dogmatibus fidei, et morum procedat. Deus enim qui Summum Pontificem voluit esse in dictis rebus infallibilem, providebit etiam, ut omnia necessaria media et conditiones ad infallibile judicium requisita, executioni mandentur, antequam ad definitivam sententiam procedatur. Atque his positis sit

27 Propositio. Summus Romanus Pontifex loquens ex cathedra, hoc est ut Magister, Doctor, et Pastor universalis ecclesiae, est infallibilis in veritatibus [illegible] tradendis, ac proponendis suis fidelibus, ut tanquam veritates a Deo revelatae, et [illegible] credantur, etiamsi extra Concilium loquatur et proinde ad infallibilitatem Summi Pontificis ex cathedra loquentis non est necessarius consensus [illegible] ecclesiae. Est haec P. Dominico [illegible] in sua [illegible] in expositione Propositionum damnatarum ab Alexandro VII, et Innocentio XI, nec non Alexandro VIII, communissima sententia; immo Doctissimus Bellarminus lib. 4. de Pontifice cap. 2. et eximius P. Suarez de fide disput. 5. sect. 8 num. 4. putant esse veritatem de fide, et Banez dicit esse fidei proximam, P. Laymann autem licet dicat assertionem hanc non esse ita certam ut contraria sit error in fide, subjungit tamen, quod si quis generaliter definitionem Pontificis circa fidem, aut mores falsitatis arguerit, aut dicto [illegible], contra eum merito tanquam suspectum de Haeresi aut Schismate inquirendo, procedi posset.

108 Prob. autem primo ex ipsis Scripturis hoc pacto: ex una parte attenta scripturarum auctoritate, vera Xti in terris ecclesia, quam solam ecclesiam catholicam Romanam esse, supra ostendimus, est infallibilis in fide dogmatibus tradendis, ac proponendis suis fidelibus: ipsa enim est columna, et firmamentum veritatis, ut ait Apostolus 1. Timot. 3: atque portae inferi non praevalebunt adversus eam, ut ait Xtus Matth. 16: ex altera vero parte ipse Summus Romanus Pontifex est petra, basis, et fundamentum, super quod hujusmodi ecclesia fundata est: nam ut habetur loco mox citato Matth. 16. Xtus coram discipulis suis, qui ecclesiam, et adeo concilium etiam repraesentabant, soli Petro, et in ipso ejus legitimis successoribus ait: Tu es Petrus, et super hanc Petram, aedificabo ecclesiam meam: Atqui si ipse Summus Romanus Pontifex legitimus B. Petri successor, jam Petra, jam basis, et fundamentum totius ecclesiae secundum se, scilicet seorsim a ceteris fidelibus, seu a concilio, aut congregatione ecclesiae, in fidei dogmatibus proponendis errare posset, et ipsa ecclesia in errores prolabi necesse est, ut hoc in loco recte observat Origenes inquiens: Si praevalerent inferi adversus Petrum, in quo ecclesia fundata est, contra ecclesiam etiam praevalerent: commota siquidem fundamento et fabricam commoveri necesse est: et proinde Xtus constituturus ecclesiam suam in terris, quae omnino infallibilis foret, prius constituit fundamentum omnino inconcussum, nulloque modo a vero deviabile juxta illud Aug. Ser. 10 de verbis Domini. Quantam quisque vult, et disponit superimponere molem aedificij, quanto erit majus aedificium, tanto altius fodit fundamentum: ergo etc.

109 Prob. 2do, seu potius idem argumentum et ex ipsis scripturis, et ex auctoritate Conciliorum Generalium promovetur hoc modo: Summus Romanus Pontifex, legitimus B. Petri successor nedum est caput totius ecclesiae, ut jam dictum, et probatum est, sed etiam est Pater, Rector, Pastor, et magister omnium Xtianorum, et adeo totius ecclesiae, ut clare constat ex verbis illis Joan. 21 Pasce agnos meos, pasce oves meas: quod et concilia ipsa oecumenica definiunt, et praesertim Concilium Florentinum jam Generale sess. ultima his verbis = Definimus, Romanum Pontificem in Universum Orbem habere primatum, et successorem esse Petri, totiusque ecclesiae caput, et Xtianorum Patrem, ac Doctorem existere: et ipsi in B. Petro regendi ecclesiam a D. N. Jesu Xto plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis oecumenicorum conciliorum, et in sacris canonibus continetur =: ex quibus ita subsumo. Atqui si ipse caput, Pater Rector, et Doctor, et Magister omnium Xtianorum ac totius ecclesiae extra concilium aut ante ipsius ecclesiae consensum in definiendis fidei dogmatibus, iisque fidelibus proponendis ad credendum errare, aut decipi posset, ipsa etiam errare posset et universa ecclesia; nedum enim omnes, et singuli fideles sed et universus Xtianorum coetus eum audire, atque obedire tenentur in iis, quae ad ecclesiam regimen, et animarum salutem spectant, ergo etc.

110 Neque horum argumentorum vis eluditur si dicas contra cum Nat. Natali ab Alexandro apud Y. Zigorio Dissertatione super infallibilitate Pap., nomine Petrae, intelligi ecclesiam non autem Petrum, ejusque successorem Romanum Pontificem.

tam si contra utrumque dicas, ex citatis scripturæ testimoniis, et Conciliorum, et præsertim Florentini auctoritate invicte probari summi Pontificis infallibilitatem, sed non utrumque ipsi competere, sed solum ut conjuncto cum ecclesia in Concilio Generali, aut etiam extra Concilium, ubi consensus reliquæ ecclesiæ scilicet particularium Pastorum, nimirum episcoporum accesserit. Hæc enim misera effugia sunt, et putidæ cavillationes. Et sane primo dicere, necrum est inepte scripturam interpretari, ut vel patet ex inepto sensu, quem reddebat, nempe hunc: Tu es Petrus, et super hanc Petram idest et super hanc ecclesiam ædificabo ecclesiam meam. Verum id est et contra realem scripturæ sensum, et contra doctrinam Patrum, quibus datum est intelligere, et exponere scripturas, cum hi unanimi voce, et uno ore nomine Petræ Petrum intelligi fatentur, pro quibus sufficiat gravitatis gratia unus S. Leo, qui sermone 3. in Anniversario Assumptionis ita Xtum Petro loquentem repræsentat = Cum ego sim inviolabilis Petra. .... tamen tu quoque Petra es, qui mea virtute solidaris, ut quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. = Et clarius rem explicans Concilium Chalcedonense Act. 3. apud Bellarminum Controver. Tom. 1. ait Appellat Petrum Petram ecclesiæ Catolicæ.

Neque minus inepte dicitur secundum. Nam restrictio prærogativæ infallibilitatis Summi Pontificis ad Concilium Generale, aut ad consensum ecclesiæ in primis nullum fundamentum in scripturis habet: quinimmo scripturis ipsis adversatur, sicuti et contrariatur doctrinæ SS. Patrum, et praxi ipsius ecclesiæ atque etiam rectæ rationi. Atque in primis quod talis restrictio nullum fundamentum in ipsis divinis scripturis habeat, vel patet ex eo, quod nullum scripturæ testimonium afferri fit in confirmationem talis restrictionis; atque solum ex ipsis scripturis ostendi fit, ecclesiam Xti fundatam supra Petram, qui Petrus est, eam infallibilem. Quod tantum abest, quod summi Pontificis infallibilitatem labefactet, quod quinimmo eam confirmat, utpote cum ecclesiæ sive Generali Concilio talis infallibilitatis prærogativa conveniat, dum suo capiti Rõo Pontifici tantum conjuncta est, ut supra num. 22. probatum est.

Quod vero talis restrictio etiam ipsis scripturis contrarietur, nedum patet ex eo, quod Xtus Dominus in supra-relatis testimoniis promittens Petro et in Petro ejus legitimis successoribus specialem Spiritus Sancti assistentiam, ne in rebus fidei, et morum error contingat nullam mentionem facit de Conciliis ac de ecclesiæ consensu, sed illimitate et universaliter locutus est: verum etiam constat ex eo, quod Xtus ipse Lucæ 22 claré innuit soli Petro, ac in ipso ejus legitimis successoribus Romanis Pontificibus independenter a capite, et corporis consignoni [?] fidelium infallibilitatis prærogativam connexam et ita quidem, ut si quam infallibilitatem ecclesia ex totius capitis habeat, hoc gaudeat dependenter ab ipso Romano Pontifice legitimo B. Petri successore. Cum enim ipse Xtus loco citato V. 31. alloquens Petrum in numero plurali, idest de ipso Petro, et ceteris Apostolis ecclesiam repræsentantibus dixisset Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum: deinde in numero singulari soli Petro dixit

Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua: et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Quae oratio cum à Xto facta fuerit pro ipso Petro tanquam Capite, Doctore, et Magistro universae ecclesiae, et procul dubio à Deo fuerit exaudita; simulque ipsi Petro praeceptum fuerit, caeteros fratres, seu fideles in fide confirmare, instruere scilicet, et roborare, concipi non sit, quomodo Romano Pontifici non competat inerrantia in fidei dogmatibus, et quidem independenter à casu caeterorum fidelium, qui cum in fide confirmari indigeant, concipi non sit, quomodo eorum consensus in Pontificis infallibilitatem possit influere.

113. Similiter quod supradicta restrictio, et limitatio infallibilitatis Summi Pontificis ad Generale Concilium, aut Ecclesiae consensum doctrinae SS. Patrum adversetur, unicuique vel mediocriter in lectione Patrum versato notum, et compertum est. Placet tamen nonnullos in medium afferre. Inter hos autem primus sit S. Athanasius in epist. ad Felicem Papam sic eum alloquens = Tu profanarum haeresum, atque impietatum, omniumque infestantium depositor, Princeps, et Doctor, Caputque omnium Orthodoxae doctrinae et immaculatae fidei extitisti =. Et Theodoretus Episcopus Asianus in epist. ad Leonem Papam ait = Ego, Apostolicae vestrae Sedis exspecto sententiam, et supplico, et obsecro Vestram Sanctitatem, ut mihi opem ferat justum vestrum, et rectum appellanti judicium = Quod omnino cohaeret dicto D. Augi. qui lib. 1 contra Julianum cap. 5 ajebat = Per Romae rescriptum causa Pelagianorum finita est = cujus rationem alibi reddit inquiens de Apostolica Sede = Ipsa est petra, quam non vincunt superbae inferorum portae =. Unde omissis aliis SS. Patribus, ac Doctoribus omnium saeculorum, ut Irenaeo, Hieronymo, Gregorio Magno, Bernardo, D. Thoma, ac Bonaventura, aliisque quamplurimis cum D. Petro Chrysologo in epist. ad Eutychen concludendum est = Beatus Petrus, qui in propria sede vivit, et praesidet praestat quaerentibus fidei veritatem =.

114. Insuper praedictam restrictionem, et limitationem contrariari usui, et praxi ecclesiae, vel ex eo constat, quod ab Ecclesiae Romanae exordio mos, et consuetudo fuit, ut quoties ubivis aliquid vel circa fidem, vel circa mores in particularibus Ecclesiis suboriretur, Antistites confugerent non jam ad privatos Doctores vel in unum congregatos, sed ad Romanum Pontificem, ut ipse tanquam Doctor, et universalis Magister rem totam explanaret, ac definiret, et quidem ita, ut illi sole statim acquiescerent, non examinando, an definitioni à Pontifice ex cathedra loquente factae accessisset nec ne Ecclesiae consensus, ut videre est perlustranti corpus juris Canonici, ac caeteras Pontificias Constitutiones, in quibus de dogmatibus fidei agitur. Quod et satis clare ostendit antiquissima Ecclesiae consuetudo, quod Pontifex etiam extra Concilium haereses damnaret, sicuti teste Prospero in Chronico anno 420 contra haeresim Pelagii factum est, nec non contra haeresim Priscilliani, Vigilantii, Joviniani, aliorumque, ut ostendit Bellarminus, lib. 4 cap. 3, atque nuper etiam contra haeresim Jansenii ab Innocentio X, et Alexandro VIII. Itaque ex dictis factum est, ut nullus locus limitationi, seu restrictioni de consensu ecclesiae exspectando datus fuerit. Imo et accedit, quod Concilia Provincialia, aut

Nationalia eo ipso, quod à Pontifice confirmata fuerunt, et approbata approbatione speciali, statim habita sunt tanquam regulae fidei ut constat ex Concilio Provinciali Arausicano, Milevitano, variisque Toletanis, Romanis, et Carthaginensibus apud Bzovium loco paulo ante citato. Praedicta ergo restrictio, et limitatio infallibilitatis Pontificis ad Generale Concilium, aut ad Ecclesiae Congregationem tanquam contraria mori, et usui Ecclesiae rejicienda est.

5\. Tandem et quod praefundata restrictio infallibilitatis summi Pontificis, seu melius putidum effugium, contrarietur rectae rationi, vel suadetur ex eo, quod cum Christus Dominus Ecclesiam suam supra Petrum fundatam, seu cujus caput, Doctor, Pastor, et Magister universalis est ipse Summus Romanus Pontifex, voluerit ita esse constitutam, ut contra eam nunquam portae inferi praevalerent, dicendum est, ad specialem Dei providentiam pertinere providere eidem de mediis, quibus tutissime, ac validissime error arceatur, ac depellatur, adeo ut ipsa invicta, et inviolata permaneret, atque ejus hostes jam bacchantes promptis armis, ac remediis fugarentur, ac debellarentur atqui summo Romano Pontifici denegata infallibilitate in dogmatibus fidei definiendis extra Concilium Generale et independenter ab Ecclesiae congregatione Christus Dominus Ecclesiae suae non satis providisset de mediis quibus tutissime, ac validissime ab ea arceretur, ac depelleretur error, adeo ut ipsa invicta, et inviolata remaneret, atque ejus hostes bacchantes promptis armis, ac remediis fugarentur, ac debellarentur. Nam in primis si summi Pontificis infallibilitatem ad Generale Concilium restringamus, nimis patens et ampla via, et aditus aperitur malis hominibus ad sua perversa dogmata disseminanda maximo cum detrimento etiam Reipublicae, et Catholicae Religionis. Concilia siquidem Generalia ob maximas expensas, ob bella, atque ob alias gravissimas difficultates nonnisi rarissime congregari possunt ac si contingat congregari, facillimum est ut dissolvantur quod extra [illegible] jam compertum est atque aliud natalem Concilio Trid. et hinc duobus saeculis celebrato, quod est Generale ultimum, si non nisi maxima difficultate, magnisque laboribus inchoari potuit. et absolvi[illegible] indictum siquidem fuit anno 1537 à Paulo III. et nonnisi anno 1565 sub Pio IV. absolutum ut ergo Ecclesia Dei promptum habeat remedium ad hostes suos debellandos, et [illegible] [illegible], ne filii ejus periculis continuo maneant expositi, Pontificia infallibilitas in rebus fidei ad Generale Concilium non est coarctanda.

6\. Neque coarctari debet ad ipsius Ecclesiae consensum. Si hoc enim effugium, et cavillationem admittimus in vanum [illegible] Concilia [illegible] contra nos [illegible] [illegible] Concilia Generalia [illegible] dicenda esse [illegible] [illegible] infallibilis, cum Ecclesiae [illegible] consensum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] notavit Concilii [illegible] Decreta esse [illegible] [illegible] infallibiles, [illegible] acceptatio confirmat solum, sed non tribuit infallibilitatem ita et Ecclesiae consensus non tribuit, sed [illegible] confirmat infallibilitatem Decretorum Pontificis, quae [illegible] [illegible]

quia solius auctoritas Comitis à membris dependeret, quod est contra rectam rationem et substantiam regiminis monarchici, quale est illud Summi Pontificis. Deficere Gallicanæ sententiæ defensores vel summi Pontificis infallibilitatem extra Concilium ita dependere à consensu Ecclesiæ, ut jam requisita sit, quod omnes Christiani, qui in Ecclesia vivunt, vel saltem omnes omnino Episcopi definitioni Pontificis acquiescant, consentiant, et approbent, vel vero contendunt solum, ut major pars Ecclesiæ, aut Episcoporum consentiat, vel vero contenti sunt, quod aliqua particularis Ecclesia consentiat. Si primum, jam actum est de viva fidei regula in Ecclesia Christi, cum semper inveniatur sit Christianus, et Episcopus, qui neque definitionibus Generalis Concilii acquiescerit. Si secundum, cum pro eo casu quo major pars Ecclesiæ, aut Episcoporum consenserit, non erit obligatio credendi veritates in decretis Pontificiis definitas, utpote cum fidelibus de tali consensu non constet neque per testimonium Pontificis, neque ipsorum Episcoporum, et sic talia decreta incerta regula fidei essent. Si denique tertium, tunc cum una particularis Ecclesia, aut Episcopus majori auctoritate non gaudeat, quinimo minori, quam ceteri omnes, non est cur dicamus per talem consensum fieri auctoritatis infallibilis decretum Pontificium. Hinc concludamus cum S. Cypriano in epist. 3 lib. 1 dicente: Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, quam inde quod sacerdoti Dei (Pontifici) non obtemperatur, nec unus in Ecclesia sacerdos, et ad tempus judex vice Christi cogitatur. Sed jam opposita momenta audiamus.

11. Oppones. Si Summus Pontifex ex Cathedra seu tanquam Magister Universalis Ecclesiæ loquens extra Concilium, et ante Ecclesiæ consensum in dogmatibus fidei definiendis esset infallibilis, et adeo viva fidei regula, taliter definita, atque ad eundem proposita essent fide divina, ac supernaturali theologica credenda: hoc dicendum non est; ergo etc. Major patet, minor autem primo probatur ex eo quod ad hoc ut taliter definita à Summo Romano Pontifice essent de fide, pariter de fide, aut saltem omnino infallibile esse deberet, primo Pontificem taliter definientem esse verum, et legitimum B. Petri successorem, secundo Pontificem Romanum extra Concilium definientem tali Spiritus Sancti assistentia dirigi, ac regi, ut omnino certum sit non errare etiam ubi Ecclesiæ consensus non accesserit: neutrum autem dici potest: non primum quidem quia in Summum Pontificem nedum aliqui potest hæretica labe sit infectus aut saltem [illegible] electionem in tantum malum [illegible] concessimus, et quam saepe aliorum non obscure inuebat, et Concilium Romanum V. sub Symmacho Papa statuit in hunc modum: A multis Antecessoribus nostris synodaliter decretum, atque firmatum est, ut oves Pastorem suum non reprehendere nisi à fide exorbitaverit, præsumant: quo in hæresi definit esse verus Pontifex, utpote excidens à sua dignitate, et auctoritate: tamen etiam potest dari casus, ut in Romanum Pontificem eligatur, qui non sit legitimé ordinatus, vitio baptismi, aut sit simoniacus etc. quo in casu pariter non esset verus Pontifex; non est ergo de fide, quinimo neque omnino certum, et infallibile Romanum Pontificem ex cathedra extra Concilium definientem esse verum et legitimum B. Petri successorem, quod nec

de fide, neque omnino infallibile est, speciali Spiritus Sancti assistentia regi, et dirigi, ne erret, plerique enim Galli ceteroquin magni nominis Doctores, et quidem Catholici assistentiam Spiritus Sancti in Pontifice alligatam volunt Concilio aut Ecclesiae consensui ex quo alia ratio se offert pro minori primi Sillogismi probanda, scilicet si a Pontifice definita extra Concilium essent de fide independenter ab Ecclesiae consensu, haeretici [illegible], qui talibus veritatibus firmissime non assentiuntur: quod nulla sana ratione dici potest, utpote cum a viris Catholicis Ecclesia silente, ac permittente, negatur; ergo &c.

Confirmatur. Si Pontifex extra Concilium definiens independenter ab Ecclesiae consensu speciali Spiritus Sancti assistentia, ne definiendo erret, donatus fore, et adeo ejusdem definitio esset infallibilis, frustraneum fuisset, et foret, Oecumenica Concilia cum tot impendiis, incomodis, ac propè innumeris laboribus congregari, cum de facili Summus Pontifex possit habere Spiritus Sancti assistente pauculos Theologos, ac Cardinales consulendo: vel saltem taliter a Summo Pontifice definita non deberent denuo discuti, et examinari, ac definiri in Conciliis. neutrum contingit, praerogativa ergo infallibilitatis Pontifici concessa est alligata consensui Ecclesiae in Concilio propositum congregatae, quod et exemplum primi Concilii ab Apostolis celebrati insinuat: nam ut Actor. 15: legitur, super quaestione de circumcisione, et legalibus caeremoniis contrariis ac ritibus observandis non ad Petrum sed ad Concilium recursus factus fuit; atque in eo decisio emanavit.

Confirmatur 2do. Si Summus Pontifex cum ex cathedra loquitur, extra Concilium, ac independenter ab Ecclesiae consensu esset speciali Spiritus Sancti assistentia donatus, ne erret, tunc etiamsi vellet, falsum ad credendum fidelibus suis proponere non posset, hoc non est dicendum. nam casus esse potest, quod ipsemet Pontifex sit haereticus occultus, et tunc sentiret aliquod dubium circa aliquod fidei veritatem, quo casu nihil est, quominus dicamus, falsum ad credendum posse proponere; ergo &c.

Confirmatur 3tio. Summi Romani Pontifices nedum approbarunt scripta nonnullorum Doctorum in quibus continentur nonnulla etiam circa fidem et bonos mores a vero aliena, sicuti fecit Gelasius Papa approbans scripta Cypriani, Chrisostomi, Gregorii Nazianzeni Basilii et Ambrosii; ut habetur in Canon. Sancta Romana Dist. 15: item et damnavere nonnullas propositiones, quae tamquam omnino falsa, dici nequeunt, ut patet ex nonnullis propositionibus respective damnatas ab Alexandro VII, Innocentio XI, et Alexandro VIII verum etiam ipsi Summi Pontifices nonnulla falsa definierunt. Sic in cap. Licet de sponsa duorum Alexander III. definiens matrimonium ratum non irritari matrimonio secundo consummato invenit nonnullos Praedecessores suos aliter judicasse, et in Capit. Cum esses de testamentis, idem Alexander III. decrevit, valida esse testamenta coram Parocho, et duobus aut tribus testibus facta, et aliter sancita aliorum esse a divina lege: quod tamen nulla sana ratione dici potest, quia tacitis justisque non sane leges civiles plures testes, quam duos aut tres

exigentes, quod non est dicendum: item in capit. *Quod proposuisti* de 32. q. 7. Gregorius III. definit, quod aliam ducere possit, qui uxori suae, quae propter infirmitatem est incapax ad debiti redditionem: quod tamen est intolerandum, et error grammaticus unus. tandem, aliis omissis, Gelasius Summus Pontifex in capit. *Comperimus* de consecrat. dist. 2. dicit sacrilegium esse sumere Sacramentum Eucharistiae sub unica tantum specie. et Nicolaus I. in canit. A quodam Judaeo de consecrat. dist. 4. docet, validum esse baptismum in nomine Christi collatum, quod utrumque tanquam falsum nunc rejicitur: ergo &c.

121 Confirmatur ultimo. Sancti ecclesiae Patres Pontificis infallibilitatem extra Concilium, ac independenter ab ecclesiae consensu non agnoverunt, ut inter caetera constat ex facto Cypriani, qui restitit Stephano Papae, qui definierat extra Concilium baptizatos ab Haereticis denuo rebaptizandos non esse: cumque S. Augustinus lib. 2. *de baptismo* cap. 3. excusat, quia id nondum fuerat in plenario Concilio definitum. Dubitandum ergo est de infallibilitate decretorum Pontificis, quae etiam sunt de rebus fidei, quando neque res vel in Conciliis Generalibus definiatur, vel Pontificio decreto ecclesiae consensus accedat; quod dubium non parum crescit, si ad Pontificum errata in rebus fidei attendamus, et praesertim ad Liberii factum, subscribentis nimirum Arianae Haeresi, ut S. Athanasius, et Hieronymus testantur. item Zepherini, teste Tertulliano lib. contra *Praxeam*, approbantis haeresim Montani, ac Vigilii damnantis doctrinam de duabus naturis in Christo Domino, ac tandem Honorii, ut mittam alia, asserentis in Christo unam voluntatem, atque operationem: qui omnes sunt errores contra fidem divinam; ergo &c.

122 Respondeo ex his omnibus, aut aliis certam veritatem nullo modo labefactari. Et quod ad primum attinet, loquendo praesertim de fide divina theologica, seu privata, omissa, aut etiam concessa sequella, quae ceteroquin negari posset, quia nemini idem non est, aliquid esse probabilius, aut probabilissimum, aut etiam certum, et esse de fide divina credendum. Ad illud primum exigitur, ut habeat fundamenta graviora, aut ita gravissima ut excludant omnem prudens dubium de opposito, ac ita convincant intellectum, ut is de illo nullo modo dubitare possit. Ad secundum autem insuper requiritur ut cognoscamus, illud a Deo esse revelatum, et credendum pro eo divino ministerio testimonio omissa, inquam, aut etiam concessa sequela majoris nego minorem, ad hujus primam probationem duplici via occurrit argumento, et primo cum Suarez, Joanne de Lugo, Palao, aliisque quamplurimis theologis praesertim Societatis, dicendo, esse de fide theologica esse, Summum Romanum Pontificem pacifice regnantem V. g. Clementem XIII esse verum, et legitimum Christi Vicarium in terris, qui in rebus fidei definiendis tali fruitur Sancti Spiritus assistentia regatur, ut omnino sit infallibilis, sive extra sive intra Concilium Generale fideles suos instruat, et alloquatur, et quidem independenter etiam ab ecclesiae consensu: quae doctrina praesertim admittenda est ab illis iis, qui concedunt, ac contendunt propositionem per legitimam deductionem illatam ex propositione universali revelata, qualis est haec: Omnis canonice electus, et assumptus ad Pontificatum est verus Pontifex, et adeo verus Christi Vicarius in terris et S. Petri successor et ex altera particulari certa, et evidenti evidentia magna positiva morali qualis est haec: hic Pontifex nunc pacifice regnans V. g. Clemens

XIII. est canonicè electus, et assumptus ad Pontificatum esse de fide saltem theologica, seu privata.

123 Atque hinc omittunt, aut etiam concedunt, Summum Rom. Pontificem tanquam particularem, et privatam personam errare posse, ac etiam in haeresim prolabi; et non praeterea, ut apud Haijmann hic rectè notant Bannes, et Suarez, Summus Pontifex statim excidit à Pontificia dignitate, ac Potestate, quousque ab ecclesia deponatur, ea sane ratione, qua quis licet commiserit delictum, quo officio judicis privari mereatur, adhuc tanquam verus judex habendus est, quousque munere, et officio privatur. ac proinde Summus Pontifex adhuc tunc tanquam persona publica infallibilitatis praerogativa in fidei dogmatibus definiendis gaudet. Quod vero circa baptismum, ordinationem, Simoniam &c. subjungitur, absolutè negandum est. Xtus enim, qui ecclesiam suam voluit esse columnam, et firmamentum veritatis, contra quam portae inferi nunquam contra praevalituri, nunquam permissurus est, ut ab Universa ecclesia acceptetur tanquam verus Pontifex, ejusque in terris Vicarius, qui jure aut naturali, aut positivo divino sit incapax ad Petri cathedram, licet fortè casus contingere possit, ut jure tantum ecclesiastico incapax eligatur. Tunc autem ea impedimenta cessabunt respectivè in illa electione.

124 Caeterum etiamsi de fide non esset, Summum Rom. Pontificem pacificè regnantem, v.g. Clementem XIII. esse verum Xti in terris Vicarium, ac B. Petri legitimum successorem, atque speciali Spiritus Sancti assistentia regi, ne in rebus fidei definiendis erret; adhuc tamen divina fide credenda sunt ea, quae ex Cathedra etiam extra Concilium ipse definiret, sicuti credi deberent ea, quae in Concilio definiret. Quemadmodum enim, ut credi debeant ea, quae in Generali Concilio definita sunt, necesse non est, ut sit de fide tale Concilium esse legitimè congregatum in Spiritu Sancto; sed sufficit esse moraliter certum, et evidens evidentia magna morali positiva tale Concilium fuisse legitimum; ita ad hoc ut divina fide credi debeant, quae à summo Pontifice ex Cathedra loquente quomodocumque definiuntur, sufficit esse moraliter certum et evidens evidentia magna morali positiva, Summum Pontificem esse verum Xti in terris Vicarium, et legitimum B. Petri successorem. Quae evidentia adest in casu nostro: ac propterea sicuti ad hoc ut divina mysteria sub signis evidentibus credibilitatis nobis proposita divina fide credi debeant, sufficit moralis certitudo de praedictis signis, quia nempe divina fides non ipsis tanquam motivo formali, sed divino testimonio innititur; ita in casu nostro dicendum est.

125 Neque his obest, quod subjungitur de quibusdam Doctoribus praesertim Gallis negantibus infallibilitatem Pontificis extra Concilium Generale, aut saltem independenter ab ecclesiae consensu. Nam ut nihil dicam de Italis, Hispanis, ac Germanis, imo Catholicis, ac filiis S. Sedi obsequentissimis, pauci sunt et inter ipsos Gallos, ut probat P. Althorey de Ligonio in sua Dissertatione de Infallibilitate Romani, qui Romani Pontificis infallibilitatem extra Concilium, et independenter ab ecclesiae consensu negant, et impugnant, respectu ad Gallos

robustiores, qui eam toto conatu, pro aris, et focis strenue defendunt, et propugnant. Quare numerus paucorum Gallorum, aut etiam aliorum, qui se eruditos videri affectant, ac ideo ceteros veræ doctrinæ amatores tanquam homines veteris instituti tenaces, ac præjudiciis praeventos depraedicare, et notare, vel sola Doctorum auctoritate spectata nos non debet ita terrere, ut eam sententiam, ac vi doctores rationum validissimarum pro Romani Pontificis infallibilitate militantium a tam certa, et vera nostra sententia removeamur, interim fatentes, adversarios nostros vel aliquid boni pati, vel non pro merito pendere nostra perpendere.

126. Hinc ad secundam probationem minoris syllogismi dicendum est, negantem veritatem a Summo Romano Pontifice ex cathedra loquente extra Concilium, ac independenter a consensu ecclesiæ definitam non fore hæreticum pro foro externo, et coram ecclesia, utpote cum nondum supponatur facta ab ecclesia propositio, se veritas taliter definita a Summo Pontifice sit de fide, et adeo ab universis fidelibus necessario credenda. Unde difficultas est de hæretico privato, et in foro interno; ad quam dicendum est, negantem, et coram Deo fore hæreticum, qui sufficienter penetravit motiva nostræ sententiæ, adeo ut sicut nobis ita ipsi evidenter moraliter certa et tanquam a Deo revelata. Nec accedens tamen non fore hæreticum, eo quia nempe vim argumentorum pro nostra sententia militantium non penetrat, ac percipit: Atque tales supponendi sunt ii Catholici Doctores, qui nobis in præsenti causa contrariantur. Verum hæc disputative dico, memor Decreti Innocentii XI. die 2. Martii 1679; ac Constitutionis Sollicita Benedicti XIV. magni Pontificis, qua severe prohibetur censurare sententias hinc inde inter Catholicos Doctores controversas.

127 Ad primam confirmationem sequella quoad utramque partem neganda est: et quoad primam quidem, quia quamvis convocatio Conciliorum non sit absolute necessaria ad certum fidei dogma declarandum, et exponendum, quum alias neque sufficeret definitio a Pontifice ex cathedra loquente facta, cui consensus ecclesiæ accederet; attamen Concilia congregare, et in eis definire rerum est laudabile, et valde utile, quod etiam aliquo modo necessarium videbitur ad majorem judicii solemnitatem, ad faciliorem Decretorum executionem atque etiam ad efficaciter retundendam hæreticorum ad Concilium provocantium protervitatem atque etiam errorem male sentientium de Pontificia auctoritate, et infallibilitate, eam extentium ad Generale Concilium, aut ad ecclesiæ consensum. Quoad secundam partem item sequella negata est, quia sicut infallibilitati Conciliorum generalium jam a Summo Pontifice confirmatorum nihil officit, quod in uno Concilio definita tanquam fidei Dogmata iterum in alio Concilio discutiantur, examinentur, ac definiantur, sicuti factum legimus in causa de processione Spiritus Sancti etiam a Filio quæ veritas fuit definita primum in Concilio Lateranensi IV., et iterum in Concilio Generali Lugdunensi, nihilominus Græcis eidem, quibuscunque, et novis argumentis contradicentibus, tum Græcis, tum Latinis Patribus iterum disputata, et definita est in Concilio Florentino, ita infallibilitati Summi Pontificis nihil obstat, etiamsi ab eo definita extra Generale Concilium iterum ex aliqua urgenti, ac rationabili causa discutiantur, examinentur, et definiantur in generali

Concilio. Tunc siquidem taliter à Summo Pontifice definita à Patribus in Concilio examinantur, vel solùm, ut Pontificis scriptum dignoscatur an sit authenticum, aut sit judicium ex cathedra prolatum, vel etiam, ut de ejus veritate refractarij convincantur.

28. Sed neque urget, quòd ex Apostolorum Concilio subjungitur. Quamvis enim talis controversia à S. Petro ordinaria potestate definiri potuisset extra Concilium, attamen ad eam terminandam Concilium fuit congregatum ex speciali Spiritus Sancti impulsu, ut hinc Summi Pontifices exemplum sumerent congregandi Concilia ad fidei controversias dirimendas, ubi id commodè fieri posset, et solemnitas talis judicij videretur nedum utilis, sed aliquo modo etiam necessaria ad illas sedandas, hæreticosque confundendos: quod et factum est suo tempore in Christi ecclesia. Minimè autem prædictum Apostolorum Concilium fuit congregatum ad ostendendam necessitatem semper recurrendi ad Concilium pro habenda definitiva sententia circa infallibili; adeò ut ubi commodè Concilia indici, et congregari nequeunt, fideles tutò non confugiant ad Summum Pontificem pro judicio infallibili habendo. Passim enim Catholici ad solum Pontificem pro controversijs fidei dirimendis confugerunt, et ab eo passim promanarunt decreta fidei, quibus contraire nemo S. Sedi obsequentissimus unquam est, sed intellectum in fidei obsequium captivando expansis ulnis amplexus est.

29. Ad secundam confirmationem concessa sequela nego minorem: ad cujus probationem dico, quòd eo in casu vel hæresis Pontificis notoria erit, et sic Ecclesia ab eo se facilè liberabit, illum non agnoscendo tanquam Pastorem, sed tanquam lupum volentem mactare, et occidere: vel verò ejus hæresis erit occulta, et tunc ad divinam providentiam specialiter semper gubernantem ecclesiam suam, ne error contra eam prævaleat, pertinebit id impedire, vel illum è vita eripiendo, vel alia via impediendo definitionem, vel etiam efficiendo, ut verum pronunciet ipse Summus Pontifex.

30. Ad tertiam confirmationem, quod ad primum spectat, utique vel nunquam in literis decreto natæ approbationem Gelasij Summi Pontificis operum S. Cypriani, Chrysostomi &c non fuisse specialem, sed generalem tantum. Summus Pontifex nimirum utpote vitæ cognoscens, dictos Sanctos Patres non fuisse scriptores Canonicos, et adeò speciali Spiritus Sancti afflatu inspiratos sua opera non conscripsisse, non approbavit omnia illorum dicta ut vera, et tanquam vera habenda omnia; sed solùm declaravit, eos bene scripsisse, hoc est bona intentione, et zelo, ac pro veritatis amore: cum quo optimè stat eos utpote ingenio, ac mente finita per ignorantiam invincibilem aliquod falsum dixisse, et scripsisse.

31. Ad secundum verò quidquid sit, an propositio aliqua à S. Sede damnata tanquam scandalosa, temeraria, piarum aurium offensiva, improbabilis &c falsa esse non possit, quod negat P. Dominicus Viva in Thes. Prodromo ad propositionum damnatarum expositionem, ubi propositio aliqua pro pravis temporis, et omni circumstantia damnatur tanquam scandalosa, temeraria &c à Summo Pontifice, sicuti contingit quando illimitatè damnatur; quidquid, inquam, sit, de tali sententia; illud sic tanquam omninò certum tenendum est, propositionem aliquam à Summo Pontifice

damnatam tanquam hæreticam reipsa, et coram Deo falsam esse, sicut et damnatam tanquam scandalosam, temerariam, improbabilem, reipsa esse scandalosam, temerariam, improbabilem dici. Quod loco citato probat præfatus P. Viva: et nobis sufficit in præsenti causa.

132. Ad 3tium absolutè negandum est, summos Pontifices vel aliquando falsum ex cathedra loquentes definivisse. Atque in primis quod spectat ad Capit. Licet, de Sponsa duorum, ibi Alexander III nullo modo innuit, Prædecessores suos ex cathedra loquentes definivisse, matrimonium ratum per secundum consummatum dissolvi; et adeo si quis Pontifex aliter cum iis sensit, eam opinionem tanquam privatus Doctor tantum propugnavit. Nam Innocentius III. in Capit. Quod dudum reprobans consuetudinem Mutinensem approbantem dictam dissolutionem pro ratione adducit, quod Apostolica sedes perpetuo docuerit, matrimonium ratum per aliud consummatum non dissolvi. Atque hinc graves Doctores docent, Alexandrum III nomine Prædecessorum non intellexisse Pontifices, sed alios speciales, ac magni nominis Doctores; nisi etiam dicere velis, Alexandrum III. locutum esse per exaggerationem, eo scilicet modo quo Apostolus locutus est, cum ad Gal. 1. dixit: Licet nos, aut Angelus de cælo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus, anathema sit. Sicuti ergo ibi Apostolus non innuit, se, aut Angelum contrarium evangelizasse, aut evangelizaturos esse, sed solum tenendam esse veritatem ab eo prædicatam, etiam eo casu, cæteroquin impossibili, quo ipse vel Angelus contrarium dixisset, aut dicturus esset; ita et Alexander III loquitur in præfato Capit., tenendum scilicet esse, matrimonium ratum non dissolvi secundo consummato, etiamsi esset casus, quo Prædecessores sui aliter sensissent.

Secundo pariter nihil falsi docet idem Ale-

133. xander III. in Capit. Cum esses, de Testamentis. Ibidem enim summus Pontifex non declaravit esse juris Divini valere testamenta facta coram duobus, aut tribus testibus, quasi per humanum Legislatorem justis de causis major numerus testium præscribi, et exigi nequeat ad eorum valorem, præsertim si ad causas profanas facta sint: sed improbat abusum, qui in Ostiensi Diœcesi invaserat, respuendi testamenta ad causas pias, nisi essent cum subscriptione septem, vel quinque testium, qui testium numerus à lege civili exigebatur ad valorem testamentorum ad causas profanas; ac proinde vult valere testamenta ad causas pias, si per duos, aut tres testes constet de voluntate Testatoris, eo quod nempe juxta jus divinum positivum testimonium duorum, aut trium fide dignorum est sufficiens probatio voluntatis ipsius Testatoris. Hoc autem nihil falsitatis præ se continet.

Tertio item vera sunt, quæ docuit Gregorius III. in Capit. Quod proposuisti. Nonnisi ibi summus Pontifex loquitur de quacumque infirmitate mulieris eam reddente ineptam ad debiti redditionem, sed de infirmitate causante impotentiam, et perpetuam ad debiti redditionem, adeoque loquitur de muliere laborante impotentia antecedente, et perpetua ad debitum conjugale reddendum, quæ jam est impedimentum dirimens matrimonium, et proinde cum matrimonium a viro contractum cum tali muliere nullum fuisset, mirum non est, si summus Pontifex tali viro fecerit facultatem ad alias nuptias transeundi seu aliam ducendi.

135. Quarto item Gelasius Summus Pontifex in citato capit. Comperimus nihil falsi proponit, et dicit. Ibi enim, ut clarè innuit textus, Summus Pontifex tanquam sacrilegum damnat abusum quorumdam sacerdotum, qui in sacrosancto sacrificio Missæ, unam tantum speciem, scilicet panis sumebant, non verò speciem sanguinis. Qui abusus verè est sacrilegus, et ut talis semper habitus est, et nunc etiam, si alicubi vigeret, haberetur ab universa xti ecclesia.

136. Tandem et Nicolaus I. in capit. A quodam judæo videtur quidem innuere valorem baptismi collati à quocumque in nomine xti; verum id non dixit definiendo, sed obiter indicando talem sententiam. Quod patet ex eo, quod ibi non fuit proposita Pontifici quæstio, an validus esset baptismus collatus in nomine SS. Trinitatis, aut in nomine xti? sed solùm, an validus esset baptismus collatus à judæo, vel Pagano? Item constat ex eo, quod et à tempore prædicti Pontificis, et post tempus illud, ac etiam tempore nostro non quidem tanquam certa de fide, sed solùm tanquam communis, aut etiam communissima, et in praxi sequenda propugnatur à Doctoribus sententia de invaliditate baptismi collati simpliciter in nomine xti: Quod fieri non potuisset, si sententia Nicolai I. fuisset definitiva. Porro nos defendimus Pontificem infallibilem solummodo, cum tanquam ecclesiæ universæ Doctor, et magister res fidei definit. Cæterùm in citato capit. prælaudatus Summus Pontifex, dicit valere baptismum collatum in nomine SS. Trinitatis, aut in nomine xti, non absolutè, et simpliciter, sed cum addito, scilicet sicut conferebatur tempore Apostolorum: tempore autem Apostolorum vel non conferebatur baptismus simpliciter in nomine xti, sed, ut quamplurimi Doctores tenent, addendo nomini Filij nomen Jesu xti, in hunc modum formam proferendo: ego te baptizo in nomine Patris, et Filij Jesu xti, et Spiritus Sancti: vel etiam conferebatur simpliciter in nomine Jesu xti, sed ex speciali Dei dispensatione, ut scilicet venerabile redderetur nomen Jesu xti illius temporis exortum: Quæ etiam tempore nostro si contingerent, nemo dubitaret, baptismum ita collatum valere: ac proinde nihil falsi docuit Summus Pontifex Nicolaus I.

137. Ad ultimam confirmationem ex dictis in fundo pro nostra certa assertione patet, gratis asseri, SS. ecclesiæ Patres dubitasse de Pontificis etiam extra Concilium ex cathedra definientis infallibilitate in Dogmatibus fidei definiendis: Quin imo è contrario teste S. Cypriano lib. 4 Epist. 9 hæc scribens: Inde schismata, et hæreses oriuntur, quod Episcopus (nempe, Summus Pontifex) qui unus est, et ecclesiæ præest, superba contentione contemnitur. Atque hinc verum quidem est, S. Cyprianum restitisse Stephano Papæ, non tamen definienti, sed solùm præcipienti, quod juxta antiquam consuetudinem in ecclesia receptam baptizati ab hæreticis debita materia et forma utentibus, ac necessariam intentionem habentibus, non rebaptizarentur, sed S. Doctor id reputabat esse abusum et non Apostolicam traditionem. Quare S. Augustinus loco citato excusat quidem S. Cyprianum ab hæresi, non tamen ab omni culpa. ab hæresi quidem, quia eo tempore res nondum erat definita.

138\. Hinc ad errata Pontificum, quae objiciuntur, et quibus nihil contra sententiam nostram concludi sit, si res intimius perscrutatur. Atque in primis manifeste falsum est Liberium ex Cathedra definiendo Arianam haeresim approbasse, eique subscripsisse ut pluribus eruditissime ostendit Antonius Sandini in vita Pontificis Liberii. Tria siquidem sunt ut habetur in epistola eiusdem Pontificis ad Orientales tom. 2 Operum S. Hilarii pag. 677, quae visa sunt habere suspicionem haeresis absconditam. Unum est, quod ipse Liberius Athanasium [illegible] damnavit. Alterum, quod cum Arianis communicavit. Tertium, quod Sirmiensem fidei formulam libenti animo suscepit. In neutro autem horum haeresis convincus sit Liberius. Non in primo quia, ut est doctissimus Bellarminus lib. 4 de Romano Pontifice cap. 9, quamvis haeretici persequebantur Athanasium causa fidei, non causam fidei, sed crimina circa mores praetexebant. Et Liberius consensit in damnationem Athanasii propter crimina illi objecta, non propter fidem. Non item in 2do, quia, ut praemissum est citatis auctoribus, cum haereticis communicavit, quos catholicos esse fingebant. Nam in epistolis suis Liberius ait, se communicasse cum Episcopis Orientalibus quia invenit eorum fidem congruere cum catholica et alienam esse ab Ariana perfidia. Si erravit ergo Liberius in his duobus erravit in facto nullo modo cum jure, seu fide connexo.

139 Sed neque in tertio haeresis redargui potest Liberius. Nam ut habetur in Annotatione Monachorum Ordinis S. Benedicti e Congregatione S. Mauri in epistolas Liberii, memoratam apud citatum S. Hilarium pag. 678, et 679, triplex est Sirmiensis formula. Prima anno 351 contra Photinum scripta, in qua alieni ab Ecclesia catholica denuntiantur, qui dicunt Filium ex non existentibus, aut ex alia substantia, et non ex Deo esse, aut tempus vel saeculum fuisse, cum non existeret: Altera est eius nomine anno 357 vulgata, quae, ut ait Athanasius de Synodis num. 28 pag. 744, dicit, nullam omnino oportere fieri mentionem vocum consubstantialem, et similem secundum substantiam. Tertia tandem mense Majo anno 359 edita asserit tantum Filium similem Patri substantia. Liberius autem, ut teste Baronio ad annum 357. §. 47, 53, et 54, teret opinio gravioribus momentis innixa, primam tantum Sirmiensis formulae subscripsit, in qua licet ex malitia, et industria diabolica omissa fuerit vox consubstantialis, ea tamen haeresim non continet sed veritatem catholico dogmati consentaneam, ut demonstrat S. Hilarius in lib. de Synodis pag. 485, atque vel meditanti patet.

140 Ceterum neque subscriptionem Liberii memoratae primae formulae Sirmiensis [illegible] judicium ex cathedra [illegible] ipsemet S. Athanasius in Historia Arianorum ad Monachos [illegible] pag. 368 Tom. 1 testatur his verbis: Liberius exilii taedio post biennium inflexus est, minisque mortis perterritus subscripsit. Verum eo ipso res comprobatur cum vis [illegible] Arianorum, tum Liberii in haeresim illam odium, ejusque pro Athanasio suffragium quamdiu scilicet liberae arbitrioque suo [illegible]. Nam quae tormentorum vi praeter priorem sententiam abiciuntur, ea non [illegible] sed vexantium sunt placita. Et quamvis [illegible] sit Liberium quidem [illegible] dogmati catholico [illegible], at [illegible] aliquo modo contra [illegible] fidei [illegible] peccasse, non autem interno animo

haeretica sanxisse, haereticamque sententiam ecclesiae catholicae credendam proposuisse. Liberius ergo ex cathedra Petri docens non erravit in fide catholica. Ad Zepherinum quod spectat, manifestum est in-

41 fuit Baronius, [illegible] in vita quidem Pontificis, perperam omnino vocantur Heterodoxos Montanismi ignominiam Zepherino inurere, [illegible] enim errores Montanistarum, qui teste S. Hieronymo, ac omnia pene [illegible] ecclesiae [illegible] foros, neque Natalium in haeresim lapsum acta respitentia in ecclesiam recipientes [illegible] neque Montanistas ipsos anathematizasset. Hoc vero sane [illegible] simul, quibus non obstat, quod Tertullianus asserit, Zepherinum scilicet approbasse falsos Montani, Priscae et Maximillae prophetias, atque pacem ecclesiae Montanistis restituisse. Nam cum teste gravissimo ecclesiae Patre, et praesertim S. Hieronymo de viris illustribus Cap. 53, Tertullianus ipse ad Montani dogmata delapsus erat, mirum esse non debet, si [illegible] doctrinam suam a Summo Pontifice approbatam [illegible]. Quod vero ipse Zepherinus [illegible] Montanistis [illegible], id verum est, sed illum praestitit [illegible] specie, quam [illegible], ac proinde non circa fidem, sed circa personam erravit, ut docet Bellarminus, lib. 4 de Romano Pontifice cap. 8.

42 Ad Vigilium absolute negandum est tanquam Pontificem Eutichetis haeresim de coalescentia divinae ac humanae naturae Christi in unam naturam approbasse, ac favisse. Nam licet antequam in legitimum Pontificem assumeretur, praedictae haeresi favisset; ubi tamen verus ac legitimus Pontifex creatus fuit, fortiter, ac [illegible] restitit, ut testatur Baronius ad annum 540 §. 9. de Vigilij mutatione sic disserens = Fuit ista plane mutatio dextera excelsi et insigne miraculum, quo [illegible] factum est Dei providentia Romanam ecclesiam solicitius gubernari ut in quovis periculo constituta, [illegible] literarum, et [illegible] transformatione [illegible] sanctos, ut [illegible] integerrimos [illegible] suae ecclesiae [illegible] consonantem [illegible] = Hoc Baronius, ex quibus clare constat [illegible] perperam opponi.

43 [illegible] et falsum est, Honorium ex cathedra S. Petri definiendo Monothelitis unam in Christo esse [illegible] voluntatem, atque operationem consensisse, ac favisse. Nam licet [illegible] Honorium [illegible] Pontificem, flammam [illegible] dogmatis, ut decebat Apostolicam auctoritatem, [illegible] non extinxisse, sed negligendo confovisse, ut habetur in epist. [illegible] Leonis II. ad episcopos Hispaniae, [illegible] Tom 6. pag 1247; attamen nunquam ut Pastor universalis Ecclesiae, docuit, in [illegible] in Christo voluntatem atque operationem. Ut enim [illegible] ejusdem Honorij [illegible], praesertim [illegible] Constantinopolitanum epistola non negavit [illegible] in Christo voluntates, [illegible] duas voluntates contrarias, carnis nimirum et spiritus in Christo fuisse negavit. Quod inter caetera [illegible] constat ex epistola Joannis Papae IV. ad Constantinum Heraclij filium, atque successorem in dignitate Imperiali, Honorium praedecessorem suum, sicque [illegible]

proinde mentem optimè noverat, sic excusantis, atque ab hæretica labe omnino immunem fuisse sic ostendentis = Sergius Patriarcha prædicto sanctæ Recordationis Romanæ Urbis Pontifici (Honorio) significavit, quia quidam in Christo duas contrarias crederent voluntates; quo insperto Papa comperto rescripsit ei, quia Redemptor noster sicut esset Deus perfectus, ita esset et homo perfectus, ut quam primus homo per prævaricationem amisit, sine aliquo peccato natus, primæ imaginis nobilem originem renovaret. … et divino uno et eodem secundum primam formationem Adæ naturalem humanitatis suæ Dominus noster Jesus Christus habere dignatus est, non duas contrarias, quemadmodum nunc nos habere dignoscimur, qui de peccato sumus Adæ geniti …. Prædictus ergo Decessor meus docens de mysterio Incarnationis Christi dicebat, non fuisse in eo, sicuti in nobis peccatoribus, mentis, et carnis contrarias voluntates: quod quidam ad proprium sensum convertentes, Divinitatis ejus, et humanitatis unam eum voluntatem docuisse suspicati sunt; quod penitus omnimodis est contrarium = Hæc Joannes, et verè dicimus Honorij vindex. Stat ergo firmum, nullum Romanum Pontificem ex cathedra docentem in fide errasse; ac proinde si qui erravere, vel ut privati homines tantum, vel in quæstionibus puri facti erravere. Sed jam firmata hac doctrina extendamus.

§. 3. Corollaria.

Ex Summi Pontificis in rebus fidei inerrantia ejusdem sequitur infallibilitas in quæstionibus facti cum jure connexi, in morum Dogmatibus proponendis, in Sanctorum Canonizatione, atque etiam in Religionum approbatione. De his ergo quatuor modo dicendum restat, quibus et quædam circa ejusdem Romani Pontificis supra Generale Concilium Superioritatem addamus. Sit itaque

Corollarium primum.

L 44. Summus Romanus Pontifex ex Cathedra loquens tam in Generali Concilio, quam extra illud est infallibilis etiam in quæstionibus facti connexi cum quæstionibus juris. Est communis, et certo tenenda sententia præsertim contra Jansenii defensores, concedentes quidem, quinque illas propositiones esse hæreticas, prout à Summo Pontifice damnatæ sunt; negantes verò esse hæreticas in sensu illo, quem ipsa verba exhibent, et reperiuntur in libro Jansenii; esto hoc etiam à Pontifice sit definitum. Veritas autem hujus Corollarii manifestò sequitur ex jam præfata doctrina. Nam juxta superius dicta Summus Pontifex etiam extra Concilium errare non potest in fidei Dogmatibus definiendis, seu in juris Quæstionibus. L 45

Dato autem, quod errare possit in Quæstionibus facti connexi cum quæstionibus juris et in ipsis juris quæstionibus errare posset: id vel ipso exemplo patet. Si quis enim V.G. negaret, libros Lutheri, et Calvini continere propositiones hæreticas, ac fidei contrarias, quod ad facti quæstionem spectat, cum certò constat, in Lutheri, et Calvini libris contineri hanc propositionem: Corpus, et Sanguis Christi in Eucharistia Sacramento sub speciebus panis, et vini non continetur: statim cogitur dicere, ea fide non esse hanc catholicam propositionem: Corpus, et Sanguis Christi in Eucharistia Sacramento sub speciebus panis, et vini continetur, ut patet inspicienti. Itaque si quis 40

V.G. negare, quinque Jansenii propositiones in sensu obvio intellectas esse hereticas, cum certum sit, ac innegabile, in Jansenii libris contineri hanc propositionem: Ad merendum, et demerendum in statu naturae lapsae non requiritur libertas à necessitate, sed sufficit libertas a coactione: statim dicere liceret, ad merendum, et demerendum sufficere libertatem à coactione: Quod cum est error in fide; ergo &c. Confirmatur. Summus Pontifex ex cathedra loquens, sive extra, sive intra generale Concilium potest definire, et tanquam dogma fidei omnino infallibiliter absque erroris periculo proponere conclusionem theologicam descendentem ex una praemissa revelata, et ex altera moraliter certa, et evidenti evidentia magna positiva morali, V.G. sit tanquam fidei dogma definire, quod Concilium Tridentinum habuerit specialem Spiritus Sancti assistentiam, ne in rebus fidei definiendis erraret. Quae est conclusio theologica descendens ex hac praemissa de fide: Concilium generale legitime congregatum habet specialem Spiritus Sancti assistentiam ne in dogmatibus fidei definiendis erret. et ex hac altera moraliter certa, et evidenti evidentia magna positiva morali: Concilium Tridentinum fuit legitime congregatum: Quinimo non raro ecclesia hujusmodi conclusiones theologicas definivit, ut patebit vel meditanti Conciliorum, et Pontificum definitiones, sic inter caeteras definivit hanc propositionem: Christus habet voluntatem humanam: descendentem ex hac revelata: Christus est homo: et ex hac altera moraliter certa, et evidente: Homo habet voluntatem humanam: ergo Summus Pontifex etiam definire potest, et proponere tanquam fidei dogma factum aliquod cum jure connexum, V.G. hereticam esse praefatam propositionem: Ad merendum et demerendum in statu naturae lapsae, &c. in sensu obvio intellectam, atque in Jansenii libris praecontentam, utpote cum descendat ex hac revelata propositione: Ad merendum, et demerendum non sufficit libertas à coactione, sed requiritur libertas à necessitate. et ex hac altera: Haec propositio: Ad merendum, et demerendum in statu naturae lapsae non requiritur libertas a necessitate, sed sufficit libertas à coactione, in sensu obvio intellecta in Jansenii libris praecontinetur: quae est moraliter, quinimo physice certa et evidens, ut patet Jansenii opera perlegenti; ergo &c.

145. Neque dicas: Nonnisi veritas à Deo revelata, ac praecontenta in verbo Dei scripto, aut tradito à Summo Pontifice ex cathedra etiam loquente tanquam de fide potest definiri, atque ad credendum proponi universae Ecclesiae; atqui quod Jansenius docuerit, atque in Jansenii libris praecontineatur haec propositio: Ad merendum, et demerendum in statu naturae lapsae, &c. in sensu obvio intellecta, neque in verbo Dei scripto, neque in verbo Dei tradito praecontinetur; ergo &c.

146. Respondeo omissa majori et quae disputare possem, et dico, quod Summus Pontifex definiendo, quinque Jansenii propositiones in sensu obvio intellectas esse.

esse hereticas, verum prout in Jansenii libris praecontinentur, non definit, Jansenium eas docuisse, aut in ejusdem libris contineri, docebant certam scientiam, quod in Jansenii libris contineantur, easque Jansenius docuerit, eumque sensum ita participians pronunciat esse hereticas: illarum autem sensus obvius, ac doctrina in ipsis contenta apertis scripturarum locis opponitur; ergo Deo

Consectarium secundum.

147 Summus Romanus Pontifex ex cathedra loquens etiam extra generale Concilium est ita infallibilis in decretis morum ut nihil possit statuere observandum, quod lege naturali, aut positiva divina est prohibitum; aut e contra disobligare fideles ab eo, quod lege naturali, aut positiva divina praeceptum est. Est communissima et certa sententia, quam Palaus cum pluribus aliis hic Tract. 4. Disput. 1. Pun. 5. §. 3. tradit esse de fide, atque ex principiis jam praejactis aperte descendit. Nam juxta superius probata Summus Pontifex ex cathedra loquens etiam extra generale Concilium errare non potest in decretis fidei. errare autem posset, nisi esset etiam infallibilis in decretis morum statuentibus ea, quae sunt juris naturalis, aut positivi divini: hujusmodi siquidem praecepta aut in verbo Dei scripto, aut tradito praecontinentur, et adeo sunt tot fidei veritates; cum ergo summus Pontifex in decretis fidei errare non possit, neque errare poterit in decretis morum in sensu propositionis. Quod vel etiam constat ex illo Joan. 21. Pasce agnos meos, pasce oves meas, ex quo utpote absolute, ac illimitate dicto B. Petro, et in B. Petro summo Pontifici pro tempore existenti patet, ipsi Summo Pontifici demandatam esse curam, et munus pascendi universam Ecclesiam: Ad Pastorem autem spectat pascua noxia ab innoxiis secernere; quod fit per decreta morum; ergo Deo

148 Neque obstat, si dicas, Summos Pontifices non raro nedum revocasse quorundam Praedecessorum Constitutiones ad mores spectantes, sed etiam contrarias edidisse. Hoc siquidem factum non est circa ea, quae semel ab Ecclesia, aut a Summo Pontifice ex cathedra loquente declarata sunt esse juris naturalis, aut positivi divini; sed circa ea, quae sunt tantum juris mere positivi ecclesiastici; et adeo circa Constitutiones ad disciplinam spectantes. Has autem varias, quinimo et inter se oppositas a Pontificibus emanasse mirum esse non debet cum earum robur dependeat a variis circumstantiis locorum, temporum, et personarum, quae jam varia esse possunt. Quod innuunt Pontifices agnoscentes conditas fuisse Constitutiones suas ad disciplinam spectantes ex assertiones, informationes, testium deceptiones, et ignorantia incommodis, atque in ipsis mandari nonnulla admodum dura et onerosa, quae, ut exequantur, animus non est Pontifici, cum asperitates, et duritias ipsi significaverit, atque commissos ... ut notat ex Capit. 1. de Constit. in 6. ubi Bonifacius VIII. sic decernit: Licet Romanus Pontifex (qui jura omnia in scrinio pectoris sui censetur habere) constitutionem condendo posteriorem, priorem, quamvis de ipsa mentionem non faciat, revocare noscatur; quia tamen locorum specialium, et personarum singularium consuetudines, et statuta (cum sint facti,

et in facto consistant) sit probabiliter ignorare: ipsis, dum sint rationabilia, per constitutionem a se noviter editam (nisi expressè caveantur ipsa) non intelligitur in aliquo derogare. Et ex Capit. Si quando, de Rescriptis, ubi Alexander III. Ravennatem Archiepiscopum sic alloquitur = Si quando aliqua tuæ fraternitati dirigimus, quæ animum tuum exasperare videntur, turbari non debes. et infra: qualitatem negotii, pro quo tibi scribitur diligenter considerans, aut mandatum nostrum reverenter adimpleas, aut per litteras tuas, quare adimplere non possis rationabilem causam prætendas; quia patienter sustinebimus, si non feceris, quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum =. Ac proinde argumentum desumptum ex Pontificijs constitutionibus ad disciplinam spectantibus non est ad rem, utpote cum hæ multum à circumstantijs locorum, temporum, ac personarum jam variabilibus dependeant, et adeo et ipsæ variabiles esse debeant, quod de lege naturali jam prorsus de se immutabili, ac de lege divina ex divina voluntate pariter invariabili dici nequit.

14 Consectarium Sextum.

Summus Romanus Pontifex etiam extra Concilium ex cathedra loquens est omninò infallibilis in Sanctorum Canonizatione. Est sententia ita certa, ut contrarium sentire sit temerarium, scandalosum, ac hæresim sapiens; quinimò, teste Suarez, Azorio, et alijs, est proxima fidei, et juxta S. Bonaventuram, Valentiam, Bellarminum, Gonetum, et plures alios est de fide. Veritas autem hæc necessariò sequitur ex præcedenti consectario. Summus siquidem Pontifex tanquam ecclesiæ Doctor fideles suos instruens statuere non fit quidquam, quod legi divinæ ac naturali adversatur: si autem in Sanctorum Canonizatione erraret, aut errare posset Summus Pontifex, tunc tanquam ecclesiæ Doctor fideles suos instruens erraret, aut saltem errare posset statuendo quod legi divinæ, ac naturali adversatur: Decernendo enim, V. G. Beatum Franciscum esse damnatum, ac cum Deo in cælis regnare, nedum declarat ipsum illum esse veneratione dignum, ac tanquam beatum venerari posse, sed etiam fideles suos obligat ad illum venerandum, et adorandum tanquam amicum Dei ejusque servum, ac feliciter in cælis regnantem, cum ergo ejusmodi honorem, ac venerari veneratione indignum sit contra legem naturalem, ac divinam, si Summus Pontifex declarando, aliquem virum esse beatum, et sanctum erraret, statueret quod legi divinæ ac naturali adversatur. Quod cum dici non possit, dicendum est Summum Pontificem ex cathedra loquentem errare non posse in Sanctorum Canonizatione. Quod etiam suadetur ex eo, quod ex una parte certum est, Sanctos invocandos esse, eorumque reliquias venerandas esse, ut docet Catechismus Romanus Parte 3tia de Primo Decalogi præcepto sub num. 12, et 13; ex altera vero parte etiam certum est, Ecclesiam gaudere auctoritate declarandi, quibus hæc invocatio, et veneratio sit exhibenda, ut constat tum ex ipso jure, et præsertim ex Clementina et extravaganti de Reliquiis, et veneratione Sanctorum, necnon ex Trid. sess. 25 in Decreto de invocatione Sanctorum

tum etiam ex ipsa perpetua ecclesiae praxi. Ergo cum ecclesia per summum Pontificem extra concilium soleat sanctos canonizare, atque publicae venerationi exponere, pro certo tenendum est, eos revera beatos, ac sanctos esse, ac venerari oportere, quos summus Pontifex adorandos ac venerandos esse decernit, ergo etc.

150. Neque veritas hujus consectarij labefactatur ex illo, quod tanquam Augustini dictum opponi solet, quod nempe multorum corpora honorantur in terris, quorum animae torquentur in gehenna. Neque ex eo, quod sancti canonizatio innititur testimonio hominum habito de sanctitate, et miraculis sancti canonizati; et propterea cum hominum testimonium fallax esse possit, et canonizationis decretum falsitati subesse potest: Neque ex eo, quod summus Pontifex infallibilis non est in sanctorum beatificatione; et proinde neque in canonizatione eorumdem. Non.

151. Respondeo, primum satis incaute opponi ab haereticis. Non in primis illud dictum in toto Augustino, testibus doctissimis, ac eruditissimis viris, non reperitur. Ceterum illud satis commode exponi potest de haeresiarchis, ac falsis martyribus, qui a multis eorum sectatoribus tanquam sancti venerantur in terris; non autem de ijs, qui sanctorum, ac Beatorum albo legitime, scilicet ab ecclesia Romana adscripti sunt; nisi vel etiam dicere velis illud posse intelligi de ijs, qui a particularibus ecclesijs tanquam in caelis regnantes honorabantur; minime vero ab universali ecclesia, et adeo de ijs, de quibus adhuc Romanum Oraculum, scilicet Apostolicae sedis expectabatur.

152. Secundum autem satis infirmum est, summus siquidem Romanus Pontifex non tam innititur hominum testimonio ad canonizationis decretum, quam immo praecipue ex speciali spiritus sancti instinctu, et assistentia, ratione cujus ejus declaratio firma, et infallibilis existit.

153. Tertium pariter non urget; in primis enim longe dispar est ratio inter canonizationem, ac beatificationem sanctorum. In Bullis enim canonizationis sanctorum summus Pontifex definitivum judicium profert dicendo: Definimus, decernimus etc. hunc sanctum cum Deo in caelis regnare, receptum esse in Gloria Dei, ut patet legenti decreta hujusmodi, et inter alia decretum Leonis X in canonizatione S. Francisci de Paula sic pronuntiantis: Decernimus, et definimus, esse receptum in Gloria. et Sixti IV. in canonizatione S. Bonaventurae, sic loquentis: Hunc sanctum esse, fideliter, firmiterque teneri debere decernimus. Contra vero in Bullis Beatificationis summus Pontifex concedit tantum fidelibus [?], et indulget, ut beatificatum venerari possint, in hujusmodi Bullis haec, aut simili modo loquens: Concedimus, et indulgemus, ut talis Beatus appellari, et de eo sacrum, et officium fieri possit. Deinde Beatificationi nova succedunt examina circa viri beatificati virtutes, et sanctitatem, quod post canonizationem non accidit. Quamvis ergo fieri possit, ut summus Pontifex erraret in sanctorum beatificatione, non statim sequitur eumdem in sanctorum canonizatione errori subesse posse.

154\. Cæterum quidquid sit, an eadem omninò certitudine tenendum sit, summum Pontificem ex cathedra loquentem esse infallibilem in Sanctorum beatificatione, ac in eorundem Canonizatione, ut propterea et tanquam veritas de fide, aut fidei proxima tenenda sit summi Pontificis infallibilitas in Sanctorum **Beatificatione**: de quo disputant Doctores; illud tñ tenendum est cũ Palao, Vivà, alijsque communissimè temerarium scilicet, et scandalosum esse, vel hæsitare, aut dubitare de summi Pontificis infallibilitate in Sanctorum beatificatione. Nonnisi enim maxima cũ temeritate, et scandalo dici sit summum Pontificem positivè indulgere errori intolerabili contra legem nãlem, et divinam, qualis est venerari, et honorare veneratione indignum, ac Dei inimicum perpetuum: Quod tñ præstaret beatificando eum, qui verè Beatus non est, nec cũ Deo felicissimus in cælis regnat, ut meditanti patet.

Consectarium Quartum.

155\. Summus Romanus Pontifex ex Cathedra loquens etiã extra Generale Concilium est omninò infallibilis in Religionum Approbatione; adeò ut nequeat approbare aliquod Religiosum Institutum tanquam consentaneum Evangelicæ perfectioni, Deo carum, et gratum, atque ad æternam salutem conducens, quod tñ reipsa, et coram Deo tale non sit. Est veritas tanquam omninò certa tenenda, quam de fide esse existimat Palaus hic Tract. 4. Disp. 1. Pun. 5. §. 6. num. 1. cum Valentia, et alijs maximi nominis Theologis. Atque patet vel ex eo, quia seu summus Pontifex tanquã Ecclesiæ universæ Pastor errare, aut errare posset circa mores etiam in ijs, quæ ad ipsum jus nãle, ac divinum spectant, ut meditanti patet; quod tñ fieri non sit, ut supra ostensum est. Hinc meritò Concilium Constantiense Sess. 8. damnavit errorem Wiclephi impudentissimè asserentis, omnes Religiones indifferenter à Diabolo introductas esse: cui errori non leve patrocinium esset, si summus Pontifex approbare posset religionem aliquam contrariam evangelicæ perfectioni, utpote cũ talis approbatio non esset à X̃to, aut ejus in terris Vicario ejus nomine agente, sed à Diabolo instigatore. Quare Clemens XIII. nunc felicissimè regnans in Constitutione, quæ incipit: Apostolicum pascendi Dominici Gregis munus: aperte testatur, in Ecclesiam Dei nihil injurium magis, nihil contumeliosius dici posse, quàm quod id, quod inanium, et irreligiosum est, solemniter existimaverit Deo carum, et pium: quod tñ accideret, si in Religionis alicujus approbatione erraret. Ergo &c.

156\. Magna licet, summum Pontificem aliquõ posse approbare Religiosum Institutum, quod bono ecclesiæ non modo sit minus conveniens, sed etiam exitiosum; quod vel

patet primò ex eo, quod non semel Summi Pontifices vel reformarunt vel etiam penitus suppresserunt nonnullos Religiosorum Ordines; 2do à paritate quarundam legum ab ipsis Summis Pontificibus conditarum, quæ tamen neque necessariæ, neque conducentes ad æternam salutem recognitæ fuerunt, sed perniciosæ: Porrò Religiosus Ordo minus conveniens, et exitiosum bono ecclesiæ non est conformatus evangelicæ perfectioni, seu canon, et gratum, ac ad æternam salutem conducibilis, ergo &c.

157. Respondeo, argumentum hoc ad summum probare sententiam Bannes, et nonnullorum aliorum Catholicorum concedentium Summum Romanum Pontificem errare non posse in approbando Religioso Instituto, quod secundum se adversatur evangelicæ perfectioni, ac æternæ saluti; contendentium tamen, ipsum Summum Pontificem secundum prudentiæ leges errare posse in approbanda Religione aliqua, quæ licet secundum se sit sancta ac in viam æternæ salutis dirigens; tamen ab extrinseco, seu ratione circumstantiarum evadit minus expediens, ac etiam per accidens noxia, quatenus vel ex malitia hominum, vel ratione alicujus sinistri eventus non prævisi aliqua mala etiam moralia inde eveniunt. Quod tamen Valentia, Palaus, et alii quamplurimi Catholici Doctores negant contendentes, nunquam præsumendum esse, Summum Romanum Pontificem minus cautè, et prudenter procedere in cujusvis Religionis approbatione, utpote cum hoc præsumere non levis injuria esset ipsi Summo Pontifici, cui reverentia, et subordinatio omnimoda à viro Catholico præstari debet; quidquid interim sit de casu possibili.

158. Atque hinc absolutè negandum est, Summum Romanum Pontificem approbare posse Religiosum Institutum secundum se inconveniens, malum, et exitiosum: omittendum verò, quod possit approbare institutum Religiosum per accidens, et ab extrinseco minus conveniens, ac expediens bono ecclesiæ, quamvis de facto id nunquam contingat, aut contigerit. Unde quod nonnulli Religiosi ordines vel reformati fuerint, aut etiam suppressi, id provenit ab extrinseco, seu ratione circumstantiarum de novo ingruentium post approbationem à Sancta Sede obtentam. Atque inde urget paritas ab humanis legibus petita. Nam in primis id verum est de legibus humanis merè positivis, non autem de iis legibus, quæ sunt juris naturalis et divini, cujusmodi est status religiosus à S. Sede approbatus, quatenus scilicet hic secundum se dimanat à lege conformitate juris divini, et naturalis. Deinde majoris momenti est approbatio Religiosi Instituti, ac sit legem aliquam merè positivam condere.

Consectarium ultimum.

159. Summus Romanus Pontifex ab universali ecclesia tanquam verus, ac legitimus Christi in terris Vicarius recognitus, qui non sit hæreticus externus, ac manifestus, est ità superior, et caput totius universæ Romanæ Ecclesiæ, ut non solum sit supra omnes, et singulas ecclesias divisivè, ac seorsim sumptas, ut et nonnullorum Gallorum sententia tenet contra hæreticos asserentes

Romanum Pontificem solum esse superiorem, et caput Romanæ particularis ecclesiæ; verum etiam sit supra omnes ecclesias collective ac simul sumptas; et adeo est etiam supra Concilium legitime congregatum. Hancque sententiam, quam tenent S. Thomas, S. Bonaventura, S. Antoninus, Alexander de Ales, S. Bernardus, S. Augustinus, Baronius, Bellarminus, Sfondratus, Pallavicinus, Cabassutius, Gotti, et communissime Itali, et Germani contra nonnullos Gallos, quæque procedit à casu schismatis, nempe à casu quo prudenter dubitatur de Pontificis legitimitate, seu legitima electione, sicuti et procedit ab eo casu, quo legitimus Pontifex notorie in hæresim prolapsus esset, sententiam, inquam, hanc suadent momenta in superioribus propositionibus relata pro probanda infallibilitate Pontificis ex cathedra loquentis, et fallibilitate Concilii à Pontifice sejuncti, et ejusdem Concilii infallibilitate, ubi judicio summi Pontificis est conjunctum. Concipi enim nulla sane ratione potest, quomodo is, qui secundum se infallibilitatis prærogativa gaudet, eamque tribuit alteri secundum se fallibili, illi non sit superior, ac majori auctoritate supra illud non polleat.

160 Verum veritatem hanc manifeste tradunt et ipsæ Scripturæ, et Patres, et ipsa Concilia, ac ipsorum Pontificum firmissima decreta. Christus enim nedum commisit B. Petro, ac in B. Petro ejus legitimis successoribus curam pascendi et agnos, et oves, idest cunctos fideles, ut habetur Joan. 21. verbis illis: *Pasce agnos meos, pasce oves meas*; verum etiam ipsi B. Petro, ac in ipso summo Romano Pontifici legitimo Petri successori mandavit, ut cunctos, et universos fideles in sana doctrina confirmaret, ac roboraret Luc. 22. inquiens: *Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum; ego autem rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos*: quæ cum sint indefinite dicta à Xto Domino, et quidem in materia doctrinali, et proinde æquivaleant universali, non est cur excipiamus ipsos fideles, etiam Pastores in Concilio Generali congregatos: Porro cui competit cura pascendi, et gubernandi, ac confirmandi, et roborandi alios in sana doctrina absque dubio illis præest, illisque superior est, ut patet; ergo &c.

161 Hinc in Concilio Lateranensi V. sub Leone X sess. 11 lecta, et solemniter recepta fuit Constitutio Pastor æternus ejusdem summi Pontificis, in qua hæc nervosa, et potentia verba leguntur: *Solum Romanum Pontificem, tanquam super omnia Concilia auctoritatem habentem, Conciliorum indicendorum, transferendorum, ac dissolvendorum plenum jus, et potestatem habere, nedum ex sacræ Scripturæ testimonio, dictis sanctorum Patrum, ac aliorum Romanorum Pontificum, sed propria eorundem conciliorum confessione manifeste constat*: Quod omnino consonat facto Concilii Con-

Constantiensis, in quo, ut refert Bellarminus, approbata fuit Epistola Martini V., in qua suspectis de haeresi sic interrogare praecipiebatur: Utrum credant, quod Papa sit successor Petri habens supremam auctoritatem in ecclesia Dei? item et damnata fuit propositio 37. Wiclephi, quae dicebat: Papa non est immediatus, et proximus Vicarius Xti: Porro Summus Romanus Pontifex nisi Concilio superior esset, dici non posset habere supremam potestatem in ecclesia Dei, neque esset immediatus, et proximus Vicarius Xti, ut patet; ergo Sen. Urbis semper custodita est in ecclesia Xti, et nullum Concilium quantumvis Generale de Summo Pontifice judicium ferre ausus fuerit, quousque legitimum fuerit, excepto casu schismatis, ac haeresis manifestae Pontificis, ut optime probat exemplum S. Marcellini Papae, qui cum pertinacia ductus Sinuessam ad Concilium plurimorum Episcoporum venisset, ac Cilicio indutus profusis lacrymis palam suum fateretur errorem, a nemine fuit condemnatus, sed omnes Patres una voce clamarunt: Tuo te ore, non nostro judicio judica. Nam prima sedes a nemine judicatur: Quod minus recte dictum fuisset, si Generale Concilium Pontifici superius esset, utpote cum inferior a superiori possit judicari.

102 Quare merito concludendum cum S. Joanne a Capistrano de Papa, ac Concilio dicente: Patet igitur expressissime Papam supra Concilium, et non Concilium supra Papam jurisdictionem plenariam in omnibus obtinere: et Concilium quantumlibet Oecumenicum Papae subjici, et obedire teneri, a quo salus fidelium post Xtum pendet: Quod ita verum existimavit S. Antoninus part. 1. Tit. 23. De Appellat. Papae Cap. 13. § 13 ut non abstinuerit a declarando opinionem contrariam esse haereticam his verbis: Sed nec ad Concilium Generale a Papa appellari fit, quia Papa omni Concilio superior est; nec robur habet, quidquid agitur, nisi auctoritate Romani Pontificis roboratur, et confirmatur. Sentire ergo, quod a Papa ad Concilium appellari possit, est haereticum. Quod si quis dicere non audeat, dicat saltem cum S. Thoma Q. 10 De Potentia A. 4. ad 13. sic loquente: Sicut posterior Synodus potestatem habet interpretandi symbolum a priori Synodo conditum.. ita et jam Romanus Pontifex suo fit cujus auctoritate sola Synodus congregari fit, et a quo sancta Synodi confirmatur, et ad ipsum a Synodo appellatur.

Vera ergo est sententia nostra de superioritate Romani Pontificis supra totam, et universam ecclesiam collective sumptam, et adhuc etiam in Generali Concilio congregatam, ut propterea Pontificis Regimen sit vere Monarchicum, et ejus Primatus non sit honoris tantum, et dignitatis, sed verae auctoritatis ut communissime tenent Catholici Doctores contra Calvinum docentem, Xtum Dominum non instituisse in ecclesia Ecclesiam Monarchicum

163\. Veritas autem hæc mihi saltem certissima non labefactabitur, si dicas, 1.mo ipsum Dominum loquentem de correptione delinquenti faciendo præcepisse, ut correptionem audire nolens denunciatur non Petro, idest Summo Pontifici, sed ecclesiæ, seu Concilio; et proinde illud Tribunal, ad quod confugiendum est ultimo, cæteris sit superius, judicio Xti Concilium est supra Pontificem.... 2.dō ipsum Xtum Dominum non solum B. Petrum, sed et cæteros Apostolos, et adeo non solum Summum Pontificem, sed et cæteros Orbis terræ episcopos utpote legitimos Apostolorum successores constituisse tanquam firmissima ecclesiæ suæ fundamenta ut patet ex illo Ephes. 2: superædificati super fundamentum Apostolorum, et Prophetarum. et proinde auctoritate saltem pari gaudent episcopi cum Summo Pontifice, ut non obscure indicarunt Patres, et præsertim S. Cyprianus lib. de Unitate ecclesiæ inquiens: Hoc erant utique cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi et honoris, et potestatis; sed exordium ab unitate proficiscitur: Quare et recte plures SS. Patres æqualem auctoritatem, et potestatem inter S. Petrum, et S. Paulum agnoscentes fundatores Romanæ ecclesiæ celebrarunt, et Urbis Patres, et Pastores appellarunt, et ecclesiæ ipsa Principes terræ nuncupat, quinimo et ipsi Pontifices se dixerunt BB. Petri, et Pauli successores; et S. Gregorius Magnus epist. 93., alias 36 dixerit se ecclesiæ membrum esse, et non caput: ideoque ecclesiæ Regimen est Aristocraticum, et non Monarchicum; prævalere ergo debet votum Concilii sententiæ ac voto Pontificis; ergo &c....... 3.tiō, ipsos Summos Pontifices non semel recognovisse Concilii supra se superioritatem, et præsertim Innocentius IV. qui ut habetur in Capit. ad Apostolicæ, de sent. et re judicata in 6. scripsit, se noscere esse de consilio Concilii suam revocare sententiam: et Syricius Summus Pontifex ab aliquibus episcopis requisitus super errore Bonosi, quod nempe B. V. Maria alios post Jesum filios genuisset respondit super hanc controversiam se non posse judicare, eo quod ejus judicium Concilio Capuensi fuerat commissum: et Sylvester II. testatus est, quod si Romanus Pontifex ecclesiam non audierit, ut ethnicus habendus sit. Unde decreta Conciliorum Constantiensis, et Basileensis, in quibus superioritas Concilii supra Papam expresse definitur, tanquam legitima, et vera sunt tenenda, ac probanda.

164\. Respondeo minus recte, quinimo inepte sibi opponi. Nam textus scripturæ, Matth. 18. Si peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum... quod si te non audierit, dic ecclesiæ: ex quo præcipue desumitur argumentum, non loquitur de correptione fraterna, ac denunciatione faciendo aut Summo Pontifici, aut, eo omisso, Generali Concilio; et proinde nullam comparationem inter Summum Pontificem, et Generale Concilium instituit Xtus Dominus; sed loquitur de correptione, et denunciatione delinquentis faciendo Præsulibus ecclesiæ; et adeo nomine ecclesiæ intelliguntur ecclesiastici superiores jurisdictio.

onem habentes, ut explicat S. Joannes Chrysostomus Hom. 61. in Matth. inquiens: Dic ecclesiae, Praelatis scilicet, ac Praesidentibus.

165. Ad secundum, cum juxta omnes Doctores Catholicos sacra ecclesiastica Monarchia a Christo Domino instituta aliqua Aristocratia, ac Democratia sit temperata, fateor, Apostolos, eorumque successores, scilicet episcopos recte dici ecclesiae Fundamenta, et Principes, verum subordinatos Summo Pontifici, et salva B. Petri dignitate, ac principali potestate, et Praelatura, unde exordium tanquam ab unitate proficiscitur. Ex quibus patet ad Patres, et praesertim ad S. Cyprianum, Patres scilicet aequalitatem honoris, et potestatis Apostolorum cum B. Petro recognovisse in pari Apostolicae auctoritatis honore, et potestate a Christo Domino immediate accepta ad praedicandum Universo Orbi, et ubique absolvendi a peccatis: salvo tamen B. Petri primatu, et cum subordinatione ad Petrum tanquam verum Christi in terris Vicarium, et Universae ecclesiae Caput, et Rectorem. Quod graviter declarat S. Leo in Epist. ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem inquiens: Inter BB. Apostolos in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis, et cum omnium par esset electio, (ad Apostolatum) uni tamen datum est ut caeteris praeemineret. Quae et fuit mens S. Cypriani Lib. cit. De Unitate ecclesiae, ajentis = et iterum eidem post Resurrectionem suam dicit. Pasce oves meas. super illum unum aedificat ecclesiam, et illi pascendas mandat oves suas. Primatus Petro datur, ut ecclesia una monstretur.

166. Atque ex his etiam constat, non posse statui inter B. Petrum, et Beatum Paulum aequalitatem, quae destruat Primatum et potestatis, et jurisdictionis ipsius B. Petri, ejusque legitimorum successorum supra universam ecclesiam, ut vel constat ex Decreto Innocentii X. die 29. januarii 1647. Damnantis libros continentes propositionem qua asseritur aequalitas sanctorum Petri, et Pauli, in hunc modum = Sanctissimus relata unanimi Theologorum ad hoc specialiter deputatorum censura, et auditis votis Eminentissimorum, et Reverendissimorum DD. Cardinalium Generalium Inquisitorum propositionem hanc. S. Petrus, et S. Paulus sunt duo ecclesiae Principes, qui unum efficiunt. Vel: sunt duo ecclesiae Catholicae Coryphaei, ac supremi duces summa inter se unitate conjuncti. Vel: sunt geminus Universalis ecclesiae vertex, qui in unum divinissime coaluerunt. Vel: sunt duo ecclesiae summi Pastores, ac Praesides, qui unicum Caput constituunt, ita explicatam, ut ponat omnimodam aequalitatem inter S. Petrum, et S. Paulum, sine subordinatione, et subjectione S. Pauli ad S. Petrum in potestate suprema, et regimine universalis ecclesiae, haereticam censuit, et declaravit = Hoc Decretum ex quibus palam efficitur asseri non posse aequalitatem inter B. Petrum et Paulum nisi in aliquibus, puta in Apostolatu, in speciali institutione Primae ecclesiae, sive Romanorum, quam cum B. Petrus, et B. Paulus simul in fide genuerint, genitoresque sacro,

et doctrina erudierint, hinc ipsis tribuunt magnonia illa, scilicet quod
sint ecclesiae Romanae fundatores, Urbis Patres, et Pastores, ac Prin-
cipes terrae, atque Romani ipsi Pontifices se eorum successores
appellant. Sanctus vero Gregorius non alio modo se appel-

167. lat ecclesiae membrum, et negat se esse ejusdem caput, quod quod ipse
Xtus solus est caput ecclesiae primarium, fundamentale, et indepen-
dens, atque centrale juxta illud 1. Corint. 3. Fundamentum aliud
nemo potest ponere. Ipse vero Pontifex hoc in sensu est tantum pri-
mum ecclesiae membrum sub ipso Xto capite primario, ac centrali.
Cum hoc autem optime stat, ut ipse Pontifex sit caput secunda-
rium, et dependens, nempe insitus Xti vicarius, a quo tanquam visi-
bili capite nomine Apostolus Xti cuncti fideles in terris reguntur,
et gubernantur sive sint Agni, sive sint Oves; et adeo et ipsi Pa-
stores particularium ecclesiarum, scilicet episcopi, ut monuit S. Leo
in Serm. 3. Assumptionis ad Pontificatum inquiens = In Petro
ergo omnium fortitudo munitur, ut firmitas, quae Petro tribuitur,
per Petrum Apostolis conferatur =.

168. Ad 3tium absolute negatur assumptum.
Atque hinc ad illud Innocentii IV. respondendum est cum Bellarmino
lib. 2 de Conciliis cap. 18, summum Pontificem ibi locutum fuisse
ut patet legenti Decretalem illam, de judicio discretivo, non autem
decisivo Patrum in Concilio etiam congregatorum. Praeterea ibi
non agebatur de quaestione Fidei, ac morum decernenda, sed
tantum de quaestione puri facti, de sententia scilicet punitionis
moderanda, si id pro pace cum Imperatore per Pontificem
excommunicato conciliando conveniens, ac expediens visum
fuisset. Ad Syricium, quod spectat, in primis argumen-

169. tum nimis probat, probat nempe summum Pontificem nedum esse
inferiorem Concilio Generali, sed etiam Provinciali quale erat
Capuense, de quo sermo erat. Quod nemo dicere audebit. Deinde ve-
rum namque verba illa falso apponuntur Syricio, cum tantum legan-
tur in Epist. 79 Ambrosii. Dato etiam, quod sint Syricii Pontificis,
Pontifex ibi non declaravit, se esse Concilio inferiorem, sed
significavit, se dedignari, sua auctoritate ex declaratione il-
lius Concilii causam judicare, quasi eam indaguisset, ut patet ex his
verbis quae ibidem leguntur: Nos quasi ex Synodi auctoritate
judicare non convenit. Ad Sylvestrum II. consimilis est respon-

170. sio, illud scilicet testimonium non est Pontificis, sed Gerberti Mo-
nachi, qui, ut refert Baronius anno 992, et Spondanus anno 991
num. 2, dum fuisset Regimine assumptus ad Rhemensem Archi-
episcopatum Arnulpho injuste deposito, verba illa scripsit Seguino
Metropolitano, contendens sui confirmationem, non obstante
Pontificis Romani dissensu. Ac proinde nihil contra nostram
sententiam ex tali facto sequitur.

171. Tandem quod attinet ad Concilia Con-
stantiense, et Basileense, reminiscendum oportet, ac vel semper
in ecclesiastica historia versatorum latet, primo Decretum
editum in Sess. 4, et in Sess. 5. a Patribus Constantiensibus con-
firmatum, quo superioritas Concilii supra Papam statuitur, ab

Italis universum, atque à Germanis, ceterarumque nationum Theologis, nonnullis Gallis, eorumque fautoribus exceptis, rejici, et negari à Summo Pontifice Martino V. fuisse approbatum; ac proinde Concilium praedictum, licet quoad decreta fidei ab eodem Martino V. confirmatum, sit annumerandum inter Concilia Oecumenica perfecta, et absoluta, ut accipiendum sit praefatum decretum sess. 4.ae et 5.ae. Et sane Summus Pontifex Martinus V. Polonis ad futurum Concilium appellantibus occasione cujusdam declarationis ab ipso factae, Constitutionem condidit, in qua ita statuit = Nulli fas est, à supremo judice, videlicet Apostolica sede, seu Romano Pontifice Jesu Christi Vicario in terris appellare, aut illius judicium in causis fidei (quae tanquam majores ad ipsum, et sedem Apostolicam deferendae sunt) declinare = quod nulla sana ratione Pontifex statuere potuisset, si praedictum decretum Constantiensis Concilii paulo ante approbasset. Quamvis decretum illud dici et non laicorum, sed eorum [illegible], utpote eum editum fuerit tempore schismatis, quo nempe tres Pontifices de sua legitimitate contendebant. Cum ergo quaestio nostra de Pontificia dubio non loquatur, sed fateamur tali tempore pertinere ad Generale Concilium providere, ac declarare quinam sit verus Pontifex habendus; hinc decretum praefatum ad rem non est.

172. Basileense item Concilium à numero Oecumenicorum Conciliorum merito excluditur, tum quia Patres, qui in eo convenerant, tam pauci erant, ut nulla ratione universalem Ecclesiam potuerint repraesentare; tum quia legati Pontificii, sicut oportebat, illi non interfuerunt; tum denique quia suffragia in eo data libera non fuerunt, ut asserit Eugenius IV. in sua Bulla ad Archiepiscopum Coloniensem edita 3 idus Februarii 1431, atque insuper nulla Pontificis confirmatio ejusdem Concilii unquam habita fuit. Quapropter S. Antoninus part. 3. Tit. 22. cap. 10. § 4. Basileensem Synodum vocavit Conciliabulum virus [illegible], et Synagogam Satanae: et S. Joannes à Capistrano de Pape, et Conciliorum Auctoritate cap. 3. Synodum illam appellavit Synodum [illegible], excommunicatam, et Basiliscorum speluncam: Quinimo Florentinum Concilium in sess. habita an. 1439. pridie nonas Septembris declarationes Basileenses damnavit tanquam impias et scandalosas, et Concilium Lateranense V., ut legitur in Bulla Leonis V. edita, praefato approbante Concilio, Synodum Basileensem agnovit tanquam conciliabulum schismaticum, seditiosum, et nullius auctoritatis.

173. Atque haec de Ecclesiae Romanae, Conciliorum, ac Summi Pontificis auctoritate, atque infallibilitate. Dicta minus recte atque ad Theologum Moralem minime pertinentia nos pertractasse, atque discussa, quis nimis liberè, ac confidentia nimia dixerit atque eloqui non audebit. Sed is videat non sibi satis cavere a propositione damnata 29 ab Alexandro VIII proscripta, et [illegible] quam opportebat, talia asserentem non legisse.

quinimo nunquam vidisse eximios Theologos Morales, qui ex professo, et non obiter tantum de hac materia tractant, ut praetereamus celeberrimos Canonistas, quorum doctrinam et Theologum Moralem non ignorare decet, cum haec tractarem in causa fuit liberrima nonnullorum loquendi minus recte et de Ecclesia, et de Pontificia licentia, ne hinc vos amantissimos Auditores incaute deciperent, dum sanam doctrinam et de Ecclesia, et de Pontificia vel in scholis degustaveritis. Si vel ergo aliquantisper "extra scopum" hactenus divagatus, mihi venia merito est concedenda.

§. unicus. De SS. Patrum Auctoritate.

174 Circa Patrum auctoritatem adnotare oportet, inter Ecclesiae Patres eos proprie tantum enumerari, quos ob eminentem doctrinam et insignem vitae sanctitatem necnon competentem antiquitatem ut tales cognovit, et recepit, et sive tacite, sive expresse declaravit Ecclesia. Atque in primis quod Ecclesiae Pater doctrina eminenti, ac ipsi Ecclesiae, qui vitae sanctitate pollere debeat, vel patet ex eo, quod nemo Ecclesiae Pater dici possit, nisi qui filios in Christo genuit, genitosque verbo, et exemplo nutrit quod nullus magister praestare possit, nisi sanam, et veram doctrinam docet, et ab ipso edoctos simul sancto exemplo. Deinde quod eorum Sanctae Ecclesiae Patrem competens Antiquitas debeat associare, patet tum ex ipsa conditione muneris, ac dignitatis, sive etiam nominis proprie accepti, tum etiam ex usu, et praxi Ecclesiae, quae inter Patres non annumerat, nisi quos praeter eminentem doctrinam, et insignem vitae sanctitatem decorat antiquitas. Atque hinc fit inter Ecclesiae Patres proprie tales non posse annumerari Tertullianum, Origenem, Eusebium Caesariensem, ac nonnullos alios, quos tanquam Sanctos non colit Ecclesia, licet et hi in sensu quodam lato Patres soleant nuncupari. Atque de hoc Patrum auctoritate modo est disserendum sicuti et de Ecclesiae Doctoribus, quos nempe Ecclesia ob eminentem eorum doctrinam, atque insignem vitae sanctitatem ut suos Magistros, et Fidelium instructores agnovit, atque recepit, et simul declaravit. Sit itaque

175 Propositio. Quamvis etiam in materia Fidei ac morum particularis aut particularium Ecclesiae Patrum sensus aliis Patribus contradicentibus, non reddat sententiam certam, sed solum probabilem, respective, magis scilicet, aut minus probabilem pro ratione et ad numerum, et auctoritatem Patrum ita sentientium, nisi ex alio fonte talis sententia reddatur certa; unanimis tamen Patrum, et Doctorum sensus in eadem fidei, et morum materia ita certam reddit sententiam ut ab ea declinare, aut recedere non liceat absque periculo violandae fidei. Est communis Theologorum sententia quae potiori sui parte ex ipsorum Patrum confessione constat et praesertim S. Augustini, et Hieronymi, quorum prior in Epistola 19. ad S. Hieronymum ejusdem querelis satisfaciens ait = Ego enim fateor charitati tuae, solis eis Scripturarum libris qui jam Canonici appellantur, didici, hunc honorem, timoremque deferre ut nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse firmissime credam. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate, doctrinaque praepolleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt,

sed quia mihi vel per authores canonicos, vel probabili ratione quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt =. Iterum autem in epist. ad Ctesiphontem ait =. Aliter habendi sunt Apostoli, aliter reliqui tractatores: illos semper verum dicere, istos in quibusdam, ut homines errare contingit =. Quod et clare docet D. Thomas prima parte q. 1. a. 8. Atque res est manifesta. Sanctis enim Patribus, ac Doctoribus ecclesiae saltem tanquam particularibus personis insistentis nullibi legitur repromissa infallibilitatis praerogativa etiam in causis fidei, et morum, quinimo in quibusdam errasse, cuique notum esse potest, si Patrum scripta attente legat; in quibus et inveniet ipsa pene aeterna, ha mira contradictoria in materia fidei et morum sustinuisse: quod cum eorum inerrantia nullo modo componi potest.

176 Haec autem vera sunt, ubi sententia particularis aut particularium Patrum contra alios sentientium a vera momentis certis non firmatur. Si enim tali Patrum sententiae accesserit auctoritas ecclesiae specialiter approbantis, ac tanquam veritatem fidei definientis praedictam sententiam, tunc tanquam certum dogma tenenda est, ut patet ex supradictis de Ecclesia ac proinde propositio nostra procedit de Patrum auctoritate secundum se spectata, ut vel indicatum a nobis est per illa verba: Nisi ex alio fonte talis sententia reddatur certa: in propositione apposita.

Altera vero propositionis pars suadetur ex

177. eo quod supra ostensum est, ecclesiam scilicet universam numquam de facto errasse, quinimo neque errare posse in fidei, ac morum quaestionibus. Quod id contigisset, aut contingere posset, si omnes, sive plures Patres et Doctores simul in causa fidei et morum jam errassent aut errare possent. Ecclesia siquidem universa nedum sancita est, sed etiam ab universis fidelibus sequendum esse duxit, et judicavit unanimem sanctorum Patrum, ac Doctorum consensum circa res fidei, et morum, ut statuit 6ta Synodus Generalis can. 19. sic decernens =. Si de Scripturam pertinens controversia aliqua excitata fuerit, non eam aliter interpretantur quam posuerunt ecclesiae, quam quomodo ecclesiae luminaria, et Doctores suis scriptis exposuerunt =. et ratione ibi sic monent. Sanctorum Patrum correcta (nimirum morte, quibus mores corrigunt ad honestatis mensuram) veluti invectiones quaedam semper lucentes tales sequenda sunt. Quibus et consonat Tridentinum, Sessione 4ta editione, et usu sacrorum librorum, quod habetur sess. 4.

in quo sic decernitur =. Ad coercenda petulantia ingenia decernit (sancta Synodus) ut nemo suae prudentiae innixus in rebus fidei, et morum, ad aedificationem doctrinae christianae pertinentium, sacram Scripturam ad suos sensus contorquens contra eum sensum quem tenuit, et tenet Sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu, et interpretatione sanctarum Scripturarum; aut etiam contra unanimem consensum Patrum ipsam Scripturam interpretari audeat =; ergo et Quod vel confirmatur ex eo, quod cuncti fideles tuto sequi possint doctrinam illorum, quos Deus ipse in terris posuit tanquam

Pastores, Magistros et Doctores ceterorum in via aeternae salutis, juxta illud Eccles. 6: In multitudine Presbyterorum prudentium sta, et sapientiae illorum ex corde conjungere. Si ergo isti errarent in doctrina fidei, et morum, errarent et universi fideles, et proinde tota ecclesia errare quasi cogeretur. Unde concludendum est, ut tanquam omnino certum tenendum, Christum Dominum nunquam permissurum, ut totus coetus Patrum, et Doctorum, quos ipse Christus tanquam Magistros, Pastores, et Doctores posuit regere ecclesiam suam, in doctrina fidei, et morum erret, utpote cum talis error esset contra promissiones factas ab ipso Christo, ne portae inferi contra suam praevalerent ecclesiam. Neque huic veritati obstat, quod nullibi scrip-

178 tum legatur, sanctis ecclesiae Patribus, ac Doctoribus etiam simul sumptis promissam esse specialem divinam Sancti assistentiam, ne in rebus fidei, et morum errarent. Nam licet inerrantiae privilegium immediate a Christo Domino promissum non sit coetui omnium ecclesiae Patrum, et Doctorum; promissum tamen est summo Pontifici, qui in rebus fidei, et morum definiendis utitur consilio, et doctrina eorum, quos Deus tanquam Pastores, Magistros, et Doctores suae ecclesiae praeesse voluit, et proinde ea providentia, qua fit, ut ipse summus Pontifex non erret in dogmatibus fidei, et morum tradendis, eadem fit; ut universus Patrum, et Doctorum ecclesiae coetus non erret in explicandis rebus fidei, et morum. Ex quo et maximum argumentum est pro infallibilitate unanimis omnium Theologorum, et Scholasticorum consensus in re aliqua fidei, aut morum, et proinde saltem temerarium sit ab eo recedere. Et haec de objecto materiali divinae fidei. Nunc sit

Caput Quintum.

De objecto formali divinae Fidei

179 Cum de objecto formali divinae, ac supernaturalis fidei, quae est basis, et fundamentum, et radix omnis justificationis, ut ait Trid. quaeritur, atque ab omnibus Catholicis investigatur, quaenam sit primaria ratio formalis motiva, seu motivum intrinsecum per se primo movens intellectum nostrum ad firmissimum, ac certissimum assensum veritatibus a Deo revelatis. Unde objectum formale divinae, ac supernaturalis fidei, de qua unice in hoc tractatu agimus, est id, quod a nobis cognitum, et quatenus cognitum primo, et per se movet tanquam primaria ratio, et motivum intrinsecum mentem nostram ad firmissimum, ac certissimum assensum veritatibus a Deo revelatis. Atque circa hoc Manichaei apud S. Augustinum de utilitate credendi cap. 1, et Abaelardus apud S. Bernardum epist. 190 ad Innocentium summe opinati sunt, illud esse humanam rationem, quasi nihil credendum sit divina, ac supernaturali fide, nisi quod humana ratio suaserit. Atque contra hunc errorem sit

180 Propositio. Non humana ratio, sed Dei auctoritas, seu testimonium infallibile est objectum formale seu motivum intrinsecum, et ratio maxima, qua per se innititur divina, et supernaturalis fides, quae basis, et fundamentum nostrae justificationis. Est certa Catholicorum sententia quae hoc antiquissimo dogmate comprobatur. Illud namque est, et statim habet tanquam objectum formale, seu motivum intrinsecum, et ratio maxima divinae, et supernaturalis fidei, propter quam nos primo rationem formalem proximam credendi mysteriis, seu veritatibus a Deo revelatis exhibent divinae scripturae, tradunt SS. Patres, et ipsa ratio probat. Est propositio innegabilis: Atqui propter rationem formalem proximam credendi mysteriis seu veritatibus a Deo revelatis scriptura,

nobis exhibent Dei auctoritatem seu testimonium infallibile, non autem humana ratione, itaque tradunt SS. Patres, et recta ratio probat. Quoad primum sufficit unus, vel alter textus Scripturae. 1° quoad Scripturas Apostolus 1. Corinth. 2. ait: Praedi-

181\. catio nostra, non est in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione Spiritus, et virtutis, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei: et ipse Christus in Matth. 11 gratias agens suo aeterno Patri de revelatione mysteriorum suis Apostolis caeteroquin hominibus nihil, facta, praetermissis saeculi sapientibus, dixisset. Confiteor tibi Pater .. quia abscondisti haec a sapientibus, et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Cap. 16. commendans fidem Petri subjunxit: Caro, et sanguis (seu natura, sive vires, ut explicat Maldonatus) non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est. Et S. Joannes in sua prima Epist. Cap. 5: ait: Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. Quo certe nihil clarius desiderari potest.

Quoad Patres vero S. Irenaeus Lib. 4. tractans de cognitione Dei inquit: Docuit Dominus, quoniam Deum scire nemo potest, nisi Deo docente: et S. Athanasius Orat. Quod unus sit Christus loquens de fide in Christum ait: Oportet in sublimi ratione istam positam, non humi ex sanguine, et carne conquirere, sed ex revelatione divina, et caelesti: et S. Aug. Lib. contra Epistolam Fundamenti Cap. 14. inquit: Eos sequamur, qui nos invitant prius credere, quae non valemus intueri, ut ipsa fide, quod credimus, intelligere mereamur non jam in hominibus, sed ipso Deo intrinsecus mentem nostram firmante, atque illuminante: Tandem, missis aliis, S. Gregorius Hom. 26. in Evangelia inquit: Fides non habet meritum, ubi humana ratio praebet experimentum. Unde ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. merito proscripta fuit haec 23 propositio: Fides late dicta ex testimonio creaturarum, similive motivo ad justificationem sufficit.

Tandem eadem minor quoad rationem etiam constat ex eo, tum quia plurima ex mysteriis credendis humanae menti sunt ita impervia, ut humana ratione nullo modo assequi liceat; et propterea homini fides humanae rationi tanquam motivo suo fulciri nequit, et sic nec fides eorum, quae forte homini captum non effugiunt utpote cum motivum ejus fidei idem deinceps esse debeat: tum quia de ratione fidei est assentiri propter auctoritatem loquentis, in ea, quae videmus, auctoritati debemus; atqui ratio fidei divinae est assentiri veritatibus ab ipso Deo revelatis propter auctoritatem Dei revelantis; ergo &c.

Dices 1° cum Abaelardo, et Hermes aliisque

182\. rudes: Eccl. 19: Qui cito credit, levis est corde: ante rationem autem credere est cito credere, ut ita cum omni ratione valde credere est sero vide expendere evidenter credendi periculo. Hinc S. Joannes in sua Epist. prima Cap. 4 apostolorum in hunc modum monuit: Probate spiritus si ex Deo sint: et Apostolus 1. Thessal. 5: Omnia probate, quod bonum est, tenete. Humana enim probatio nonnisi per rationem fieri potest quia si humana ratione probanda

per revelationem locutus esset, obnoxius esset processui in infinitum, utpote cum quaelibet revelatio semper obscura maneat; ergo etc. ... Confirmatur primo. Si per rationem credendum non esset, et credi possent rationi contraria, et proinde haeretici essent excusabiles in suis erroribus, utpote cum dicere possent se credere contemplatione, ergo cum hoc sit quam maxime absurdum, ratio debet esse regula et ratio credendi. ... Confirmatur 2do. Credere est assentiri veritatibus credendis: nemo autem alicui veritati assentiri potest, nisi prius concipiat connexionem subjecti cum praedicato, quod nonnisi per rationem fieri potest; ergo etc. ..... Confirmatur 3tio. Nemo justus justitia supernaturali esse potest, nisi prius fidem divinam ac supernaturalem teneat, atqui sine fide, quae sit ob auctoritatem Dei loquentis et revelantis, quis potest esse justus justitia supernaturali, sicut fuit Cornelius Centurio, de quo Actorum 10 dicitur, quod erat vir justus, religiosus, ac timens Deum quamvis nondum praestitisset divino testimonio credidisset, ut constat ex eo, quod ipse ad Petrum missus fuerit, ut ipsi Evangelium praedicaret; ergo fides, quae humanae rationi innititur, est vera fides; ergo etc. Quod etiam ex eo patet, quod multum essent fideles, qui prorsus immemores divinae revelationis actus fidei eliciunt; quinimo etiam sunt plures rudes qui credunt, quin pro motivo credendi habeant, ac respiciant divinam auctoritatem, interrogati enim a Parocho v.g. an credant propter Dei revelationem, respondent se nihil de hoc scire, ne ergo dicamus hos numquam satisfecisse suae obligationi veros actus fidei eliciendi, dicendum est, verum actum fidei elici posse ob rationem humanam .... Tandem confirmatur: certum est, quod voluntas nostra efficere possit ut assensus fidei sit magis firmus quam merentur pondera rationis ad assensum moventia ... contrarium siquidem damnatum est ab Innocentio XI, ut patet meditanti propositionem ordine 19 ab eodem Pontifice damnatam: quod esset, talem si divinum testimonium omnino infallibile esset motivum formale et ultimum actus fidei, utpote cum divina auctoritas mereatur omnem firmissimum assensum; ergo etc.

83 Respondeo, ex objectis scripturarum testimoniis nihil evinci posse contra certam veritatem nostrae propositionis. Nam cum leviores ibi loquatur de iis, qui facile credunt detrahentibus de aliis, ut recte monuit S. Bernardus, jam rursus scriptura tandem intelligendus est de fide humana innixa fallaci hominum testimonio, cui facile non est adhaerendum, nisi prius hominis testantis probitas et veracitas innotescat, ut inveniatur credatur [illegible] non est negandum etiam prudentia opus esse in credendis his veritatibus, quatenus quis vel audito divinae revelationis nomine eo modo statim credere non debet, sed oportet recurrere ad credibilitatis motiva sobrie examinanda, an ipsa divina revelatio sufficienter proponatur, ut possit ei prudenter credi, sicut ipsa divina fides exigit. Ex quo et ad alia duo scripturae testimonia patet, verum similiter esse spiritus probandos esse per credibilitatis motiva, sive per hoc, quod veritas revelata sufficienter proponatur, sicut B. B. Virgo ab Angelo salutata cogitabat qualis esset ista salutatio et proinde cum cognovisset talem veritatem sibi sufficienter proponi, nec cito, nec sero credidit, ac ideo audire meruit: Beata quae credidisti. Atque per hoc evitatur processus in infinitum.

184. Ad primam confirmationem negatur assumptum. Nam pro iis, quae sunt contra rationem, ac ideo falsa sunt, nunquam militant, ac militabunt motiva credibilitatis, quamvis militent pro iis, quae humanum captum excedunt et lucem inhabitant inaccessibilem cujusmodi sunt praecipua Arcana, et mysteria fundamentalia nostrae Religionis.

185. Ad 2.am confirmationem neganda est propositio minor. Ad assentiendum enim alicui propositioni semper non est necessaria perspicua connexionem subjecti cum praedicato; sed satis est, ut de illius veritate testimonium exhibens vir fide dignus cognoscatur. Imo S. Aug. in lib. de utilit. credendi ostendit, sine hoc genere assensus, et cognitionis homines gubernari non posse, nec humanam servari societatem.

186. Ad 3.um confirmationem neganda est propositio minor, et hinc ad factum Cornelij Centurionis, in primis dicimus cum Lugo apud Dominicum Viva in expositione 23. propositionis ab Innocentio XI damnatae, praedictum Cornelium adhuc tunc non habuisse justitiam justitia supernaturali, sed naturali tantum, seu morali, quatenus legi naturali naturaliter obtemperabat. 2.do omitti potest ipsum habuisse justitiam justitia etiam supernaturali, verum tunc negandum est, non habuisse fidem supernaturalem, quae divino testimonio stabilienti animam suo totali objecto innitebatur. Ad d. Petrum enim tantum missus fuit, ut de mysterio Incarnationis, cujus fidem explicitam nondum habebat, instrueretur; non autem de Deo uno et remuneratore, quem firmissime credebat, et sciebat. Atque ex his etiam patet, negandum esse, dici verum actum fidei ab eo, qui prorsus immemor est divinae revelationis, quamvis interim necesse non sit, ut actu formali explicito, ac viwido quis reflectat divinam revelationem, dum credit, sed sufficiat, quod cognitio vel habita de divina revelatione jam sequat aliquo modo influere in actum credendi, quatenus [illegible] quis prius dixit se credere propter divinam auctoritatem, et deinde eliciat actum assensus veritatis revelatis velut singillatim per illas percurrendo. Deinde et ad nostrum exemplum negandum est, nimis, dum credunt non respicere ad divinam auctoritatem sub conceptu implicito sui [illegible], licet forte nesciant clare respondere Parocho interroganti.

187. Ad ultimam tandem confirmationem dico, damnationem factam ab Innocentio XI. propositionis ig. nos non urgere. Damnatio enim cadit super motiva extrinseca fidei, seu circa credibilitatis motiva; non autem super motivum formale, intrinsecum, et primarium divinae, et supernaturalis fidei. Et proinde non est ad rem propositum.

Parvius Rejectis Doctrina Complementum.

188. Quamvis Doctores Catholici, ut dictum est, et probatum, unanimiter conveniant in excludenda humana ratione a motivo formali primario, et intrinseco divinae fidei; illudque statuant in divina auctoritate, ac testimonio omnino infallibili. Plures tamen inter eos exorti sunt difficultates, et controversiae circa modum applicandi praedictam veritatem tanquam omnino certam tenendam, atque a quolibet catholico defendendam. Et primo subtilioribus Recentioribus discussa fuit, utrum fidem nullo objecto formali, sive intrinseco, sive extrinseco inniti, quod sit de linea

veri, sive ex parte intellectus, sed solum de linea boni, et ex parte voluntatis, et propterea existimavit motivum formale divinae fidei aliud non esse, quam divinum praeceptum obligans ad firmissimum assensum praestandum mysterio revelato. Verum haec sententia communissime rejicitur ab aliis, ac propterea docent, objectum formale divinae fidei esse aliquid de linea veri, et spectans ad intellectum.

§ Verum et inter hos Doctores iterum lis in assignandis ijs attributis, per quae constituitur ipsum objectum formale divinae fidei, quod est aliquid de linea veri, et se tenens ex parte intellectus. Nonnulli enim, inter quos Scotus in 3. dist. 23, sentiunt ipsam intrinsecam mysterij, seu Articuli credendi veritatem ut conjunctam cum habitu infuso fidei sua determinatione supplente determinationem, et motionem quae deberet esse, seu quae determinet ex parte apprehensionem proponentium terminos mysterij, seu articuli credendi, esse objectum formale divinae fidei. Ast et communiter rejicitur et haec opinio, et cum S. Thoma 2. 2. q. 1. A. 1. communiter statuitur, objectum formale divinae fidei esse auctoritatem Dei revelantis, tanquam primam, et summam veritatem testantem, quae nec falli, nec fallere potest, ita tamen ut hi Doctores non conveniant in assignandis ijs divinis perfectionibus, quas in Deo formaliter, seu per rationem distinguimus, ex quibus formaliter constituitur haec divina auctoritas, quae tanquam prima, et summa veritas movet per modum objecti formalis, et rationis primariae ad assensum veritatis revelatis. Verum in hoc iterum dissident exteri Theologi. Atque in primis aliqui, inter quos enumera-

§ tur Aureolus, existimant divinam auctoritatem, prout est motivum intrinsecum, et objectum formale divinae fidei constitui per solam veritatem, ut dicitur, in essendo sive per solam Deitatem et essentia methaphysicam Dei, puta esse a se. Alii vero relatam sententiam non acquiescentes existimarunt, objectum formale divinae fidei, quod est divina auctoritas, constitui per solam veritatem in cognoscendo, seu solam divinam sapientiam omne cognoscibile infallibiliter comprehendentem atque ut connotantem infinitam Dei veracitatem. Quae sententia non arridet alijs, qui proinde contenderunt, solam Dei veracitatem in dicendo, quae tamen connotat divinam sapientiam esse objectum formale divinae fidei. Ast communiter et haec rejicitur opinio ac ideo sententia, quae communis est docet, objectum formale divinae fidei constitui tum per summam Dei sapientiam essentialiter determinatam ad cognoscendum omne cognoscibile, tum per infinitam Dei veracitatem per se determinatam ad dicendum verum, dum Deo loqui placeat, ac aliquid creaturis suis indicare. Haec vero sententia, quidquid sit de rigoris veluti speculativa loquendo, utpote securior, pro maxi amplectenda est, ac ideo cum quis actum fidei elicit, saltem confusius in exprimendo motivum, ob quod assentitur mysterio revelato, exprimat summam Dei veracitatem in cognoscendo, et loquendo sic v. g. dicens: Firmiter credo Deum esse unum in essentia, trinum in personis, quia Deus summe sapiens, et summe verax revelavit. quamvis interim non displiceat, ...

in praxi verum actum fidei, qui dicit, Credo, Verbum esse incarnatum, quia Deus revelavit: omnia namque sub conceptu Deitatis quisque concipit et summam Dei sapientiam in cognoscendo, et infinitam veracitatem in loquendo. Deinde alia movetur quaestio inter ipsos Theologos

191 an videlicet et ipsa divina revelatio, seu mysterii revelati manifestatio ingrediatur ipsum objectum formale fidei tanquam illius conceptus constitutivum, an solum tanquam necessaria conditio praerequiratur? In quo iterum dissentiunt aliis a parte negativa, aliis affirmativa stantibus, aliis vero distinguentibus inter revelationem activam consistentem nempe in ipso actu divino sive intellectus, sive voluntatis, quo Deus attestatur, et ordinat signum externum ad sui conceptus manifestationem; ac inter revelationem passivam consistentem nempe in signo externo creato manifestativo divini conceptus interni; ac sic contendentibus revelationem activam ingredi objectum formale divinae fidei; secus vero passivam. Verum quidquid sit de hoc, quod Theologis speculativis examinare relinquimus, id pro praxi tenendum, divinam revelationem tum activam, tum passivam saltem requiri tanquam conditionem ad actum fidei eliciendum, sicuti et pro prudentia credendi requiruntur motiva credibilitatis, quidquid sit, an et haec sit tantum conditio requisita ad actum fidei, an etiam ingrediantur tanquam constitutivum ipsum objectum formale ipsius fidei.

192 Majoris autem momenti est alia quaestio: an videlicet summa veritas infallibilis omnino in cognoscendo, et loquendo, tanquam objectum formale divinae fidei, debeat esse cognita lumine supernaturali, an sufficiat, quod lumine naturali cognoscatur, ut ad actum firmissimum fidei moveat? Qua in controversia tenendum est, ad actum supernaturalem et meritorium divinae fidei neque necessariam esse, neque sufficere cognitionem etiam evidentem illius principii: Deus est summa veritas, quae nec falli, nec fallere potest: ac proinde supernaturalis cognitio, causata nempe per comprincipium super[naturale] ... [illegible] ipso divinae fidei, de Deo summa veritate nec falli, nec fallere potente est necessaria ad verum actum supernaturalis ac divinae fidei eliciendum. Quod clare docet Angelicus Praeceptor 1. 2. Q. 62 a. 2 in c. inquiens: Objectum Theologicarum virtutum est ipse Deus, qui est ultimus rerum finis, prout nostrae rationis cognitionem excedit. Et quidem primo certum, quod nempe cognitio et evidentia naturalis Dei summae veritatis infallibilis omnino in cognoscendo, et loquendo non sit necessaria ad actum divinae, ac supernaturalis fidei, vel patet ab ipsa experientia; plures siquidem sunt in Deus, qui nihil evidenter de Deo cognoscunt; qui tamen per fidem integram credunt veritates a Deo revelatas; quinimo et docti qui plura de Deo nunc evidenter cognoscunt, priusquam talem notitiam sibi compararent, divina credebant et proinde evidentia naturalis de Deo summa veritate non est necessaria ad actum divinae supernaturalis fidei.

193 Quoad alteram vero partem scilicet quod si a cognitio evidens, quod Deus sit veritas infallibilis, non sufficiat pro fundamento, et objecto formali fidei, si ea sit naturalis, sed necessaria sit fides divina, seu cognitio supernaturalis ejusdem veritatis, invicte vel ex eo ostenditur, quod fieri non possit,

ut assensus alterius ordinis per se primo fundatur in assensu inferioris ordinis, nec major certitudo per se et primario fundatur in minori: tota perfectio effectus est a sua causa, et aedificii firmitas ex fundamento. assensus autem fidei utpote supernaturalis, ac primae veritati innixus est altioris ordinis, et magis certus, ac firmus, quam quilibet naturalis assensus. ergo dici itaque hinc qui elicere vult actum divinae fidei, opus est, ut supernaturali lumine primam infallibilem veritatem cognoscat, ac tali lumine ad assentiendum veritatibus revelatis moveatur. Et haec de objecto formali divinae fidei. Modo sit.

Caput sextum.

In praesenti capite, ut jam ab initio indicavi, agendum de divinae ac supernaturalis fidei obscuritate, certitudine, et libertate, et tandem de praerequisitis ad actum divinae fidei eliciendum necessariis. Quae ut majori, qua fieri potest, claritate proponam, rem in articulos dividendam. Sit itaque.

Articulus primus.

De fidei divinae obscuritate.

24 Prima ergo difficultas, quae modo sunt examinanda hoc in loco, est primo an ipsa divina fides, seu ipsum fidei lumen sit per se, et ex natura sua inevidens, seu ita obscurum, ut veritatem mysterii credendi claram, et manifestam intellectui, ac menti nostrae non repraesentet, sed semper involutum maneat nostro captui. 2do an evidentia in attestato, seu rei revelatae ita officiat divinae fidei, ut si forte contingat lumine naturali evidenter cognosci veritatem objecti revelati de eadem amplius divina fides haberi nequeat. 3tio an evidentia in attestante; seu divinae revelationis pariter ita opponatur divinae fidei, ut si accidat, ut aliquis evidenter cognoscat Deum esse, qui veritatem credendam revelat, nequeat amplius de eadem veritate actum divinae fidei elicere. Pro harum autem solutione

25. Dico primo. Divina, et supernaturalis fides secundum se, et ex natura sua est inevidens, et obscura, et proinde lumen fidei ita exhibet menti mysterium revelatum, ut eo attento ejus veritas clare, et evidenter non concipiatur. Est veritas catholica tanquam dogma tenenda contra Manichaeos, aliosque haereticos existimantes fidem evidentem esse oportere. Eamque jam satis ostenderunt divinae scripturae; fides namque ex Apostolo Heb. 11 est argumentum non apparentium: et ut habetur Rom. 8. Quod non videmus, speramus, credimus autem, quod speramus. Unde S. Aug. Hom. 27. De verbis Apostoli ait: fides est credere, quod non vides: et tract. 79. in Joannem Haec est laus fidei, si quod creditur, non videtur: et S. Joannes Chrysostomus Hom. 24 inquit: Fides in anima nostra facit subsistere, quae non videntur: et omissis aliis SS. Patribus, S. Gregorius Hom. 26. in Evangelia sic fidem explicat: Fides illarum rerum est, quae apparere non possunt: quae enim apparent, jam fidem non habent, sed agnitionem. Ratione vero est manifesta, tum quia ut ait Apostolus 2. Corint. 10, dum credimus, oportet captivare intellectum in obsequium Christi; tum quia, dum credimus, non raro difficultatem plurimas experimur; tum denique quia, dum credimus, libere credimus, ut docet Trid. Sess. 6. quae minus recte dicerentur, ut patet, si fides per se esset eviden.

196. Atque huic etiā veritati contrariantur ea scriptu-
ræ quæ fidei nostræ, tribuunt lucem, visionem, et claritatem. Nam
licet divina fides sit lumen et manifestatio veritatum, quas sine
ea nunquā cognosceremus, illud tn̄ lumen est inevidens, idest non ita
exhibens intellectui nostro veritatem revelatā ut necessario ad eam-
dem assensū trahatur, quinimo libertatem relinquat ad dissenti-
endū. Quod nobis sufficit, cū non defendamus quamcumque obscuri-
tatem omnē fidei subesse, sed tantū, ratione cujus intellectus non neces-
sitatur ad assentiendū veritatī revelatis, etenim propter hanc denomi-
nationem possumus dicere omnē fidei competere ratione motivorum
credibilitatis. Dico secundò. Evidentia nālis in attestato, seu obje-
197. cti revelati; V.G. existentiæ, et unitatis Dei non efficit omnē, ac superna-
turali fidei; et proinde quis, adhuc in intellectu persistente nāli
evidentia V.G. existentiæ et unitatis Dei, de eadem veritate jam re-
velata sit verum actum omnē, ac supernālis fidei elicere. Ita mihi
probabilior sentio cū Salas hic Tract. q. Disp. 1 Sect. q. S. 1. pro qua sen-
tentia allegantur Albertum Magnum, D. Bonaventuram, Valentiā, Suarez
aliosque contra alios et [illegible] magni nominis theologos. Fundatur autem
[illegible] Apostolo qui Heb. 11. nulla facta distinctione inter do-
ctos qui certò, ac evidenter cognoscunt naturā Dei existentiā, ac uni-
tatem [illegible] plura Dei attributa, atque indoctos, qui similes tale
[illegible] clare, ac evidenter non cognoscunt de omnibus indistincte, ac
indiscriminatim pronunciat. Accedentem ad Deum oportet credere
quia est, et inquirentibus se remunerator est: Hoc porrò præceptum
esset observatu impossibile ipsis viris doctis certo ac evidenter cognoscentibus
Deum unum [illegible] si evidentia in attestato, seu objecti revela-
ti [illegible] fidei officeret; ne ergo hoc dicamus
[illegible] est [illegible] cujus argumenti vis non labefactatur, si dicas
[illegible] Apostolū [illegible] de fide in Deū unum ut auctorē gratiæ; non vero
ut auctorē nāe. Nō propterquamquod hoc gratis asseratur, patet aliu-
[illegible] tum quia [illegible] ut nāe auctore [illegible] quisque tenetur eli-
cere verū fidei actum; quisque enim sive doctus, sive indoctus te-
netur fide divina credere, Deum unū creatorem cæli, et terræ, ut dici-
tur in primo symboli articulo; et adeò in Deū ut nāe auctorem; tum
quia alias viri docti essent in credendo deterioris conditionis indoctis, utpo-
te [illegible] plura credere possent, quæ tn̄ docti non possent, ut patet,
ergo &c. Dices tū cū Salonis oppositæ sententiæ. Fides ju-
198. xta scripturas, et Patres est de iis, quæ non apparent, neque videntur
atqui ea, de quibus nālis evidentia habetur, apparent, et videntur, er-
gō &c.... Confirmatur. Assensus fidei est liber, et meritorius; assen-
sus autē præstitus iis, quæ sunt evidentia, non est liber, et proin-
de neque meritorius; ergo &c. Reconfirmatur. impossibile est, quod
[illegible] evidenter [illegible], hoc autē contingeret
[illegible] eodem [illegible] evidentia, et fides, ut patet, ergo fides
nequit esse [illegible] de quo nālis habetur evidentia... Confir-
matur [illegible] fides quia nempe [illegible]
[illegible] ad faciem videre; ergò neque fides datur de iis, de
quibus [illegible] evidentia [illegible] verba scripturæ, et Patrum
199. sunt de iis, quæ non apparent simpliciter, seu vi cognitionis fidei, concedo;
quæ non apparent [illegible] aliunde [illegible] Atqui
ea, de quibus nālis evidentia habetur, apparent, et videntur vi cogni-

tionis, et motivi realis contento vi luminis fidei, nego min., et consequentiam. Cum inevidentia obiecti fidei non sit positiva, sed negativa tantum, non habet ex se excludere lumen evidentiae, quod aliunde eveniat, quo a lumine suo proprio. Atque hoc solum innuere volunt scriptura, scilicet quod ea quae creduntur ex fide, vi luminis ipsius evidenter non apparent. Aliter etiam dicere valeo, fidem divinam quoad praecipua mysteria religionis nostrae, a quibus suam desumit denominationem, esse positive inevidentem adeo ut exigat de his nullam habere evidentiam, cum quo optime stat, quod evidentia haberi possit quoad mysteria secundaria, seu minus principalia nostrae religionis, quae divina fide creduntur. Atque ex his . . ., ad primam confirmationem dico: assensus fidei,

100\. quatenus fidei, seu quatenus procedens ex vi motivi fidei est liber, et meritorius, concedo; quatenus est assensus evidens, seu procedens ex motivo evidente nego min., et in proportione distincta minori, nego consequentiam. Ad libertatem, et meritum fidei sufficit, quod motivo fidei spectato veritati revelatae possis assentiri, aut non assentiri, non autem requiritur, ut quocumque motivo spectato id praestare possis. Atque hinc patet ad secundam confirmationem, impossibile scilicet esse, quod idem per unum, et idem numero motivum cognoscatur evidenter, et inevidenter, secus vero si diverso, et distincto motivo consideretur. Contradictio enim solum est ubi idem de eodem secundum idem affirmatur, et negatur, ut docent Dialectici.

101\. Ad ultimam confirmationem dico, in Beatis non dari fidem, quia loco fidei succedit lumen supernaturale gloriae, quod menti Beatorum omnia quae in hac vita ipsi credenda erant clarissime exhibet, et repraesentat: quod non evenit intellectui viatoris, ubi ipsi contingit evidenter cognoscere aliquod ex mysteriis seu veritatibus revelatis; sed adhuc tali non obstante evidentia caetera mysteria obscura manent et inevidentia, et adeo quoad credenda haec necessarius est fidei habitus, qui cum de se inclinare habeat ad assentiendum firmissime omnibus veritatibus revelatis movet etiam ad credendas veritates fidei, quas evidenter contingit, ut et assensus ijs praestitus sit meritorius, et fructificans in vitam aeternam. Haec quoad secundam difficultatem, nunc pro tertia

102\. Dico tertio: Quamvis evidentia in attestante, seu divinae revelationis obsistat, quo minus assensus ille, quo aliquis evidenter judicat Deum esse revelantem, seu ut sic loquar, sit assensus fidei divinae, talis tamen evidentia non officit, quominus possit elici verus actus fidei circa objectum revelatum, dummodo hoc adhuc in se obscurum maneat, seu ejusdem veritas obscuro modo proponatur, atque evidentia revelationis non excludat motivum tale esse actus assentiendi objecto revelato. Ita cum pluribus magni nominis Theologis contra alios. Et quoad primam partem patet vel ex eo, quod talis assensus est inevidenter evidens, et necessarius, et actus vere sciendi: qualis actus divinae fidei esse non potest; ergo etc. Quoad secundam vero partem probatur: 1º quod multum consentaneum est et valde credibile est nonnullos saltem Prophetas veterum, Abraham, Isaiam, David et Moysen, habuisse evidentiam Dei revelantis, seu divinae revelationis sibi factae; atqui hi Prophetae de veritatibus sibi a Deo revelatis veram fidei actum elicuerunt. De Abrahamo enim loquens Apostolus Hebr. 11 ait quod credidit Deo, et reputatum fuit illi ad justitiam: ergo cum valeat argumentum ab actu ad potentiam . . . . . .

203 Tandem et ipsa ratio suffragatur. Ad eliciendum namque verum actum fidei theologicae, sufficit, quod quis caeteris concurrentibus assentiatur veritati revelatae, sive obscuro modo, ut fidei humanae propositae, unice ob divinam auctoritatem tanquam motivum formale assentiendi, quicquid interim sit, an evidenter, an obscure tantum ipsa divina revelatio sit cognita, dummodo quae evidenter cognita non sit ratio formalis motiva ad assensum: quae est doctrina Angelici Praeceptoris 2. 2. Q. 5. A. 2. sic disserentis: — Intellectus credentis assentit rei creditae, non quia ipsam videat vel secundum se, vel per resolutionem ad prima principia per se visa. Sed quia convincitur per authoritatem divinam assentire his, quae non videt, et propter imperium voluntatis moventis intellectum, et obedientis Deo. Quod autem voluntas moveat intellectum ad assentiendum, potest contingere ex duobus. Uno modo ex ordine voluntatis ad bonum, et sic credere est actus laudabilis. Alio modo, quia intellectus convincitur ad hoc, quod iudicet esse credendum his, quae dicuntur, licet non convincatur per evidentiam rei, sicut si aliquis propheta praenuntiaret in sermone Domini aliquod futurum, et adhiberet signum, mortuum suscitando, ex hoc signo convinceretur intellectus videntis, ut cognosceret manifeste hoc dici a Deo, qui non mentitur; licet illud futurum, quod praedicitur, in se evidens non esset. Unde per hoc ratio fidei non tolleretur —. Haec Angelicus Praeceptor. Unde subsumo. Atqui in casu nostro objectum revelatum adhuc obscuro modo proponitur, ac in se obscurum manet, atque insuper evidentia revelationis non est ratio formalis motiva assensus, ut notat, et quaestionis status fert, ergo etc. Quod vel etiam constat ex eo, quod evidentia [illegible], [illegible], credibilitatis certo cum veritate mysterii revelati connexionem divinae fidei non officit, quia nempe veritas mysterii in se adhuc obscura manet, atque ea motiva non sunt ratio formalis motiva ad assensum; pari ergo ratione evidentia revelationis etc.

204 Neque dicas: Assensus praestitus veritati sibi evidenter propositae, non est assensus fidei: utpote cum talis assensus sit necessarius; assensus vero fidei sit liber. Atqui cui evidens est divina revelatio, ac simul Deum esse omnino veracem in dicendo, sicut est cuique vel etiam ipsam Dei meditanti, pariter evidens est veritas mysterii revelati: ea enim duplex evidentia est veluti duplex praemissa evidens inferens conclusionem evidentem; ergo etc.

205 Respondeo dist. min.: Assensus praestitus veritati quae sibi evidenter proposita, non est assensus fidei, concedo; assensus praestitus veritati sibi evidenter propositae, sed non qua evidenter propositae, non est assensus fidei, ubi talis assensus est unice ob divinum testimonium tanquam motivum formale, nego min., et omissa minore, nego cons. Fateor assensum praestitum veritati sibi evidenter propositae, non esse assensum fidei, ubi ratio, et motivum formale assentiendi est ipsa evidentia: falsum autem est, talem assensum non esse assensum fidei, ubi unica, et sola ratio, et motivum formale proximum assentiendi est divina auctoritas infallibilis in cognoscendo, et dicendo: in casu autem nostro evidentia divinae revelationis, ac Dei omnino infallibilis in cognoscendo, et dicendo non est motivum proximum assensus, nec talis assensus oritur ex tali evidentia seu ex divina revelatione, et auctoritate quatenus, et ut evidenter cognita tanquam ex motivo formali, cum dicta evidentia mere se habeat per modum applicationis, sive conditionis applicantis motivum formale proximum assentiendi; ac proinde talis

manent tres in sua rotunditate, et nauseam deguntate aio ut ipse esset attamen praeceditur potior meum testimonium infallibile.

206 Ulis adde, evidentiam Dñæ revelationis minime reddere objectum revelatum immediate, et in se ipso ac sub sua propria, et speciali ratione clarum, et evidens, sed tantum sub generali quadam ratione, puta sub ratione revelati, sive ab extrinseco ea sane ratione, qua evidenter credibile redditur per motiva credibilitatis. Quod non officit Dñæ fidei, immo potius favet ut docet D. Thomas 2.2. Q. 1. A. 4. ad 2um inquiens = ea, quæ subsunt fidei dupliciter considerari possunt, uno modo in speciali, et sic non possunt esse simul visa, et credita, sicut dictum est. Alio modo in generali, scilicet sub communi ratione credibilis; et sic sunt visa ab eo, qui credit. Non enim crederet, nisi videret ea esse credenda, vel propter evidentiam signorum, vel propter aliquid hujusmodi = Hæc S. Doctor, quæ confirmat 2.2. Q. 5. A. 1. docens solam intuitivam rei revelatæ evidentiam deferre Dñæ fidei; Nam de Angelis, et primo homine loquens, ac inquirens, an ante confirmationem, et ante peccatum fidem Dñam habuerint, ita concludit in 3° inquiens = Cum Angelus ante confirmationem, et homo ante peccatum non habuerint illam beatitudinem, qua Deus per essentiam videtur, manifestum est, quod non habuit sic manifestam cognitionem, quod excluderetur ratio fidei = Quare cum in casu nostro objectum revelatum in se non sit visum concludendum est &c. Sed jam sit

Articulus secundus
De fidei Divinæ certitudine

207 Quid, et quotuplex sit certitudo jam diximus in Tractatu de Conscientia Tom. 3. A. 1. à num. 84. Quod vero ad rem facit, hic ex ibidem dictis repetere oportet, quod certitudo generatim accepta sit determinatio, et constantia ad unum tanquam verum. et quod alia sit certitudo infallibilitatis, et alia indubitabilitatis. Certitudo autem infallibilitatis, quæ et objectiva appellari solet, est determinatio actus mentalis ad verum, quæ determinatio in eo consistit, quod judicialis actus connectatur cum veritate sui objecti metaphysice scilicet vel Physice, vel moraliter, per ordinem videlicet ad triplex connexionis genus, metaphysicæ nempe, Physicæ, et Moralis. Unde certitudo infallibilitatis metaphysica ea est, per quam actus mentalis ita connectitur cum veritate sui objecti, ut illud neque naturaliter, neque supernaturaliter possit aliter se habere. et hujus modi est V.g. hic actus: Deus est summe bonus: certitudo autem infallibilitatis Physica illa est, per quam actus mentalis ita connectitur cum sui objecti veritate, ut licet illud supernaturaliter Deo scilicet supra naturæ ordinem operante aliter se habere possit, attentis tamen praesentibus naturæ viribus aliter esse non possit. et hac certitudine certus est hic actus: Ignis calefacit, et comburit: Tandem certitudo infallibilitatis moralis ea est, per quam actus mentalis ita cum veritate sui objecti connectitur, ut licet non tantum supernaturaliter, sed etiam naturaliter falsitati subesse possit; attento tamen prudentum, ac sapientium judicio aliter numquam, aut vix numquam, ac vero se habeat: et hujusmodi est hic actus Romam, Ulisiponemque existere: Petrum diligere filios suos.

Certitudo autem indubitabilitatis, quae et subjectiva dicitur, et adhaesionis, et quandoque affectiva, et proinde se tenet ex parte intellectus, et quandoque ex parte voluntatis, est firma, et constans adhaesio intellectus seu actus mentalis omnem formidinem et dubitationem excludens. Quae judicii firmitas si conjuncta est cum certitudine infallibilitatis reddit judicium jam metaphysice, vel physice, jam moraliter certum pro ratione ad dictam infallibilitatis certitudinem. Ubi et notandum est, quod talis judicii firmitas quandoque oritur ex objecti evidentia, ejusque clara cognitione, et tunc est semper prudens, et semper cum certitudine infallibilitatis conjuncta, et dicitur pure intellectualis, et adhaesionis: quandoque vero oritur ex imperio voluntatis, et appellatur certitudo affectiva, et erit prudens, ubi oritur ex motivo vere gravi, et ita robusto, ut nulla appareat rationabilis ratio formidandi de veritate, et non nisi per imprudentiam aliter sentire liceat; imprudens vero, ubi nullum tale fundamentum grave, et forte nec rei merito occurrit, et adeo solum ex pertinacia, et obstinatione proficiscitur, sicut accidit in haereticis tenaciter suis erroribus adhaerentibus.

209\. Porro Divinae, ac supernaturali nostrae fidei competere certitudinem infallibilitatis, et quidem metaphysicam, tanquam omnino certum tenendum est cum ipsis divinis Scripturis, praesertim Apostolo 2 ad Timot. 1. Scio, cui credidi, et certus sum: et Apostolo Divo Petro in sua 2da epist. cap. 1. Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernae lucenti in caliginoso loco, donec &c: et ipso Christo Matth. 24: Coelum, et terra transibunt, verba autem mea non praeteribunt: [illegible] docent SS. Patres tum Graeci, tum Latini, atque etiam Conc. Trid. Sess. 6 cap. 9 in fine concludens, eam esse fidei certitudinem, cui falsum subesse non sit et Can. 13 [illegible] certitudinem [illegible] esse absolutam et infallibilem. Et sane nostra divina fides innititur summae, ac infinitae Dei sapientiae, omnino infallibili in cognoscendo, ac summae ac infinitae Dei veracitati essentialiter determinatae ad dicendum verum, dum ipse Deus loquitur tanquam sub objecto, et motivo fidei. Omnino autem impossibile est infinitam Dei sapientiam decipi in cognoscendo, ac infinitam Dei veracitatem decipere alios in loquendo; ergo &c. Unde solum restat difficultas an [illegible] divinae fidei competat certitudo indubitabilitatis, et adhaesionis, atque etiam affectiva, et pro hoc sit

210\. Propositio. Divinae, ac supernaturali fidei nedum competit certitudo infallibilitatis, ut modo ostensum est, sed etiam competit certitudo indubitabilitatis tum adhaesionis, tum affectiva [illegible] tanquam certum tenendum est, et probatur hoc efficacissimo argumento: Divinae, ac supernaturali fidei competere omnimodam certitudinem indubitabilitatis, sive adhaesionis, sive affectivam consistit in hoc, quod quivis fide credens ita firmissime assentiri debeat veritatibus revelatis, ut nullo modo ei liceat formidare, aut dubitare de mysteriis credendis, nec prudenter talem assensum possit reformidare; quinimo ex toto corde, et super omnia ita adhaerere debeat veritati revelatae, ut eam praeferat etiam omnibus affectionibus etiam metaphysice certis, quatenus ita animo paratus sit, ut potius [illegible]

quod assensum fidei divinæ renunciaret; Atque . alis esse debet fidei omnis, ac supernaturalis assensus; ergo &c. Major utpote continens ideam certitudinis indubitabilitatis tum adhæsionis, ut afectivæ est innegabilis. miror autem quod primam partem constat ex 21. propositione inter damnatas ab Innocentio XI; quæ est hujus tenoris = Assensus fidei supernaturalis, et utilis ad salutem stat cum notitia solum probabili revelationis, immo cum formidine, qua quis formidat, ne non locutus sit Deus =: Quoad secundam vero partem item constat ex hac altera 20 propositione ab eodem Innocentio XI damnata, quæ sic sonat = Hinc sit quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernaturalem =. Quæ propositio certe loquitur de assensu fidei supernaturalis, cum veluti legitimum corollarium deducatur ex 19 pariter damnata propositione, nempe hac = Voluntas non sit efficere, ut assensus fidei per se sit magis firmus, quam mereatur pondus rationum ad assensum impellentium =. Tandem quoad tertiam partem patet ex illo Actor. 8, ubi Philippus in eunucho petente baptizari postulat fidem ex toto corde. Unde S. Aug. Lib. 7. Confess. cap. 10 aiebat Facilius dubitarem me vivere, quam vera esse, quæ audivi. scilicet fidei veritates. Et S. Joannes Chrisostomus Hom. 21. in cap. 11. ad Hæb. Fides est argumentum non apparentium, idest majorem certitudinem de illis generans, quam de his, quæ videntur: similia et habet Angelicus Præceptor 2. 2. q. 4. A. 8. in C., ergo &c. Et ratio insuper est, quia Dei testimonium majus est quocumque creaturarum testimonio, ut expressis verbis docet S. Joannes in sua prima Epist. cap. 5; et ideo major esse debet certitudo fidei quacumque naturali certitudine, ac etiam scientiæ; ergo &c.

211. Necnon dices contra secundam fidei subsequentis: illum ergo quandoque licet de veritate revelata dubitare et formidare; ergo &c. Consequentia patet, probatur antecedens Judæi, qui de Christo nato in Bethlehem nihil audierant, sicuti ante Christi adventum, ita et post adventum fide divina perrexerant credere, eum venturum: quod tamen falsum est. Item et rusticus credens aliquid a suo Parocho sibi propositum tanquam fidei articulum divina fide credit, licet aliquando contingat Parochum falsa proponere. Immo et fideles credunt in hostia, quam sacerdos elevat, esse Christum Dominum, dum tamen fit contingere, ut non sit rite consecrata, ergo &c. Confirmatur Petrus vere credebat, et quidem fide divina Christo suo magistro, et tamen dubitabat, ut patet ex increpatione ab ipso Christo illi facta Matth. 14 verbis illis: Modicæ fidei, quare dubitasti? ergo &c.

212 Respondeo negando antecedens, ad hujus probationem in primis [illegible] est eos alium Judæos qui nihil audierant de Christo nato in Bethlehem post Christum natum elicuisse verum actum divinæ fidei. Vel ut assensus aliquis sit assensus divinæ fidei debet ad quid revelatum terminari, revelatio autem de messia venturo non [illegible] [illegible] Christi. ergo assensus [illegible] [illegible] Christum natum non erat assensus fidei sed tantum erat [illegible] naturale. Atque hoc idem dicendum est ad rusticum credentem dum Parochus ea falsa proponit. Nec urget exemplum de hostia a sacerdote in missa elevata. Non enim absolute sed tantum conditionate credendum est in ea præsentem esse Christum Dominum, scilicet pro conditione quod fuit rite consecrata.

213 Ad confirmationem dico ex dicto scripturae textu nemo non posse evinci Petrum habuisse simul veram fidem Christi Magistri, et simul de eadem dubitasse. Habuit enim solum veram fidem Piscatoris, in navicula ambulabat super aquam ut veniret ad Jesum. Quam tamen perdidit, cum videns ventum validum timuit, et incepisset mergi coepit, ut pulchre adnotat S. Aug. serm. [illegible] de verbis Domini inquiens: titubatio ista quasi mors fuit fidei; sed ubi exclamavit fides iterum resurrexit. Quapropter solum sequitur fidem Petri non fuisse completam, seu perfectam, sed tantum inchoatam, seu imperfectam, qualem num. [illegible] exposui, ut pariter explicat S. Aug. loco mox citato. Quo in sensu et explicandi venit illud Marci 9. Credo Domine, adjuva incredulitatem meam: nisi hoc exponere velis de fide nondum, vel de fide mortua vel de voluntate, et conatu credendi, qui debilis erat, et remissus, ut nonnulli exponunt. Sed jam

Articulus Tertius
De Divinae Fidei effectibus.

214 Divinam ac supernaturalem fidem esse veluti facem, lucem lucentem, ac lumen illuminans mentem nostram, atque ostendens quae a via salutis alienant, quaeque ad christiane vivendum, et post vitam christiane traductam ad aeternam beatitudinem consequendam sunt necessaria, et adeo quae sint pessima noxia, et quae salubria monstrans, satis expressit Psalmista Psal. 118. inquiens: Lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis: item et Apostolorum Princeps in secunda Epist. cap. 1. inquiens: Habemus firmiorem Propheticum sermonem cui bene facitis attendentes quasi lucernae lucenti in caliginoso loco: Quinimo et tanquam radicem, basim, et fundamentum ad veram justificationem disponere, et adeo esse id, a quo nostra salus, et justificatio inchoatur constat ex Trid. Sess. 6 Cap. 6 de modo praeparationis ad justificationem sic documentum: Disponuntur autem ad ipsam justificationem dum excitati divina gratia et adjuti fidem ex auditu concipientes, libere moventur in Deum credentes vera esse quae divinitus revelata, et promissa fuerunt: et Cap. 8. cum vero Apostolus dicit justificari hominem per fidem et gratis, ea verba in eo sensu intelligenda sunt quem perpetuus Ecclesiae catholicae consensus tenuit et expressit ut scilicet per fidem ideo justificari dicamur, quia fides est humanae salutis initium, fundamentum, et radix omnis justificationis sine qua est impossibile placere Deo et ad filiorum ejus consortium pervenire. Atque hinc constat perperam contra Haereticos ab eodem Trid. prohibitos fidem esse solam sufficientem ad justificationem, nisi vel ut ab aliis adseritur, at nomine [illegible]

Expono. Fides divina, et supernaturalis per se sola, ac adeo separata ab aliis virtutibus, ac mediis salutis non sufficit ad justificationem est veritas ab eodem Trid. definita in citata Sess. 6 de Sacramenta. Si quis dixerit sola fide impium justificari anathema sit: et Can. 14. Si quis dixerit hominem a peccatis absolvi ac justificari ex eo quod se absolvi ac justificari certo credat, aut neminem vere esse justificatum, nisi qui credat se esse justificatum et hac sola fide absolutionem et

justificationem in peccatis anathema sit. Consilio autem repugnant Scripturae. Apostolus enim ad aeternam salutem ad Gal. 5. exigit fidem, quae per charitatem operatur, inquiens: In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet neque praeputium, sed fides, quae per charitatem operatur. et 1. Corint. 13: Si linguis hominum loquar, et Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans aut cymbalum tinniens. et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. et S. Petrus Act. 2. ad remissionem peccatorum praescribit poenitentiam et baptismum inquiens: Poenitentiam agite et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum. Unde concludendum est cum S. Jacobo in sua epist. cap. 2. aperte: Fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa. Quod ipsum et unanimi calamo docent Sancti Ecclesiae Patres, ex quibus vel solum Augustinum in medium producere sufficiat, lib. de fide, et operibus sic disserentem = Jam illud videamus, quod excutiendum est a cordibus religiosis, ne mala securitate salutem suam perdant, si ad eam obtinendam sufficere solam fidem putaverint = Quid clarius pro catholica veritate? ergo etc.

16. Vices tamen contra exercitii gratia cum haereticis.

Scripturae testantur, necnon fidem habere vim justificandi; sed etiam asserunt, eam solam sufficere ad aeternam salutem; quinimmo excludunt ipsa opera tanquam vel necessaria, vel conducentia ad ipsam justificationem; ergo etc. Prius autem quoad primam partem probatur ex illo Joannis 3. Ut omnis, qui credit in eum, non pereat sed habeat vitam aeternam. Quod idem et docet idem Evangelista in sua prima epist. cap. 5. inquiens: Omnis, qui credit quoniam Jesus est Christus, ex Deo natus est: Cui et consonat illud S. Matth. 9. ubi Christus de sola fide loquens dixit Paralytico: confide, fili, remittuntur tibi peccata tua: et rursus mulieri, quam a profluvio sanguinis liberaverat, inquit: Fides tua te salvam fecit; ergo etc. Secundam vero partem [illegible] suadetur ex illo Lucae 8 ubi Jairo Principi Synagogae, cujus filia mortua erat, Christus dixit: Noli timere, crede tantum, et salva erit. Unde merito Apostolus Rom. 5. fidem dicit esse justificationis formam inquiens: Justificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum, ergo etc. Tandem idem ait quoad tertiam partem Apostolus ad Rom. 3. Arbitramur enim justificari hominem per fidem sine operibus legis: Quod idem ait repetit ad Ephes. 2. item et Rom. 3 idem Apostolus docet nos gratis justificari per gratiam ipsius Christi. Quod verum non esset, si sola fides ad justificationem non sufficeret, ergo etc.

17. In hoc idem conspirant SS. Patres, inter quos S. Joannes Chrysostomus Hom. de fide, et lege naturae, ait: Latro credidit tantum, et justificatus est: et in [illegible] item Hom. 3. inquit: Si credis, habes; [illegible] quasi fides non sufficiat justificare solam. Et S. Augustinus lib. 1 contra duas epistolas Pelagianorum [illegible] inquit: Si quis cum crediderit, mox de hac vita decesserit, justificatio fidei manet cum illo. Et [illegible] epist. 10. ait: Sola fides est quae vivificat, et sanctificat, ergo etc.

218 Respondeo negando omnes quoad omnes ejus partes. Nam juxta
aperta scripturarum testimonia sola fides, idest à bonis operibus disjuncta
justificare non valet. Hinc quod attinet ad objecta scripturæ loca ex S. Joanne
[illegible] antè [illegible] probandam, dicendum est, S. Joannem vel velle
se innuere necessitatem divinæ fidei, quatenus nemo sine fide justifi-
cari valet: vel etiam loqui esse de fide operativa, et viva, et adeo
conjuncta cum bonis operibus, atque executione mediorum, quæ neces-
saria sunt ad justificationis gratiam obtinendam: vel etiam de fide,
quatenus est fundamentum, et radix, et basis justificationis, et adeo
de fide, quatenus de se habet justificare in vitam æternam, et dicitur
ita justificat, dum cætera requisita adsunt. Duo vero loca ex S. Mat-
th. objecta vel intelligenda veniunt de fide miraculorum; et adeo non
sunt ad rem, cum non eadem sit ratio ad obtinendam v.g. corporis,
ac animæ sanitatem, ubi[illegible] ad hanc plura, quam ad illam requi-
runtur; vel etiam intelligenda veniunt de ipsa justificatione;
[illegible] scriptura intelligenda est, sicuti intelligitur dum
aliis virtutibus vim justificandi attribuit, ut cum dicitur Rom. 8. spe
[illegible] facti sunt: et Eccles. 1. Timor domini expellit peccatum: et Tobiæ
[illegible] ad lavare aquæ, &c.; et proinde sicuti hæc loca intelligen-
da veniunt in sensu positivo, non autem exclusivo; ita et objecta lo-
ca intelligenda [illegible] Atque hæc eadem est responsio ad loca scrip-
219 turæ pro 2da antis parte adducta, quorum scilicet ex Lucæ 8. intelligendum
venit de fide miraculorum, alterum vero ex Apostolo Rom. 5. de fide
vera, [illegible] operativa, atque cum charitate conjuncta. Ex quibus etiam
[illegible] ad exponenda loca pro 3tia antis parte adducta. Nam Apo-
stolus Rom. 3. ut exponit S. Augustinus, solum vult nobis persuasum
esse, nullum hominem sive gentilem, sive judæum, justificari posse
nisi per fidem saltem implicitam in Jesum Christum, quam spes subsequatur,
ac prosequatur charitas per bonorum operum exercitium; adeo ut opera
legis sive naturalis, sive scriptæ sejuncta ab ipsa divina fide, quæ est
basis, origo, et fundamentum nostræ justificationis, minimè prosint in
vitam æternam: atque adeo fidem operativam, et vivam exponit
operibus [illegible] omnis, ac nullo modo ab ipsa divina fide solutis
[illegible]. Ex quo et notat, nos gratis justificari, quatenus donum
fidei, unde nostra salus inchoatur est munus gratuitum à Deo
ex sua liberalitate nobis concessum. Quæ omnino cohærent doctrinæ
Tridentini supra num. 214 relatæ. Ex his autem et constat, ad S. Patres dicen-
220 dum esse, vel eos loqui de fide, quatenus est initium, fundamentum
et radix nostræ justificationis, vel vero de fide ut cum charitate
[illegible], cum [illegible] de necessitate fidei catholicæ, cum ex-
clusione [illegible] sectarum, ut Lutheranæ, Calvinianæ, Nesto-
rianæ, Eutychianæ, aliarumque, quæ suo tempore grassa-
bantur [illegible] neque est Satis quidquid credere sit.

Articulus Quartus.

De prærequisitis ad actum divinæ fidei eliciendum.

221 Ad actum divinæ, ac supernaturalis fidei eliciendum requiritur primò,
quod veritas, quæ creditur, sit reipsa à Deo revelata: 2do quod moti-
vum [illegible] credendi, seu ratio, tollat proximè moveat ad credendum

sit ipsa divina auctoritas, seu divinum testimonium infallibile. 2.º quia assensus veritatis revelatae necessario debet esse firmissimus, et adeo excludere omnem dubitationem, formidinem, atque haesitantiam de veritate revelata, ex supra dictis patet, et jam insinuatum est. Item loquendo de fide catholica, quia ad credendum requiritur propositio ecclesiae, seu quod veritas a Deo revelata, ut divina fide credenda debeat publicè ab ipsa ecclesia suis filiis credenda proponi, ostendit illud Apostoli Rom. 10. ajentis: Omnis enim quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit. Quomodo ergo invocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante? Quomodo vero praedicabunt, nisi mittantur? ... Fides ergo ex auditu, auditus autem per verbum Xti. Quod et innuere voluit S. Aug. [illegible] lib. contra epist. fundamenti cap. 5. inquit: Ego vero evangelio non crederem, nisi me catholicae ecclesiae commoveret auctoritas.

22. Praeterea ad ipsam divinam fidem et alia requiruntur: et primo diligens, et prudens inquisitio, et examen, an quae credenda mente proponuntur, sint revera veritates a Deo revelatae, fidemque nostram mereantur? quod admonemur illo Eccles. 19. Qui cito credit, levis est corde: et ipsa ratio fidei postulat. Essentialis siquidem fidei, utpote virtutis actui, prudens esse debet. 2.º et requiritur judicium, quo mens, ponderatis motivis credibilitatis, v.g. prophetiis, miraculis, et hujusmodi prudenter judicat omnino credibilia esse quae dicuntur. 3.º requiritur alterum judicium, quo mens non solum judicat rem esse credibilem sed etiam decernat, hic, et nunc esse credendam: quemadmodum ad aliarum virtutum actus eliciendos, v.g. misericordiae, satis non est, quod mens judicet, caritatis esse opera, ferre opem indigenti, sed insuper requiritur ut decernat hic et nunc id opitulandum esse. 4.º etiam requiritur actus voluntatis, qui dicitur pia affectio, et credulitatis affectus, quo voluntas imperat intellectui, ut praestet firmum assensum veritati revelatae, ac determinetur [illegible] ad credendum. Nam assensus fidei utpote meritorius, et adeo liber a voluntate imperari debet juxta illud S. Aug. lib. de Praedest. sanctorum cap. 5. Credere, vel non credere est in arbitrio voluntatis humanae. Quod vel etiam constat ex eo quod veritas ipsa fide credenda quantumcumque credibilis appareat, semper manet obscura, et inevidens: in obscuris autem ac inevidentibus intellectus a voluntate determinatur ut omnium commune est apud Philosophos. Super autem his praerequisitis ad fidem ac supernaturalem eamque [illegible] inquirunt Theologi, et primo an omnes praedicti actus sive intellectus sive voluntatis debeant esse supernaturales, et quoad substantiam [illegible]? 2.º an judicium de credibilitate seu credentitatis debeat esse saltem moraliter certum? Pro primo autem difficultate

23. Dico primo, prudentem, ac diligentem inquisitionem, et examen circa veritates credendas an mereantur fidem nostram, sintque a Deo revelatae? sicuti et judicium, quo mens ponderatis motivis credibilitatis prudenter judicat omnino ...

bilia esse, quae credenda menti exhibentur, eo posse ac mere naturales, et adeo naturaliter elici posse: sicuti et mere naturalis eo potest actus intellectus, quo quis ratione motivorum credibilitatis judicat, convenienter esse credendas veritates, pro quibus talia motiva militant. Potest enim quis ordinario, ac naturali Dei concursu, et adeo naturalibus viribus sine speciali supernaturali gratiae auxilio, dum aliqua veritas tanquam credenda menti suae proponitur, diligenter perpendere, an sit digna fide, sicuti et fit perpendere v.g. miracula, prophetias, et alia, quae in confirmationem fidei [illegible] proferuntur; ex ijs naturali discursu concludendo, eam esse prudenter, seu recta ratione attenta credendam, nec non illi assentiri omnino convenientem esse. Naturalem enim nostram facultatem haec non transcendunt, ut vel usque experientia duce est manifestum. Quamvis et haec non raro fiant a Deo supernaturali gratia.

27\. Dico 2do, judicium ipsum, seu clare non reprehensibile menti nostrae veritatem mysterij credendi, quo quis ex interna illustratione Spiritus sancti judicat, hic et nunc honestum esse, ac convenienter assentiri veritatibus fidei propter divinam revelationem esse entitative, et quoad substantiam supernaturale. Quod et dicendum est de pia voluntatis affectione, qua intellectus movetur ad credenda mysteria revelata propter divinam auctoritatem, et testimonium infallibile. Est communis, et recepta Theologorum sententia, teste [illegible] hic Tract. 4. Disp. 1. Dub. 7., quam suadent Scriptura, Concilia, et ipsa recta ratio. Apostolus enim 2. Corinth. 3 ait: Quod non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est: et Philipp. 1. Qui coepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu: quibus consonat et illud [illegible] [illegible] est, qui operatur in nobis et velle, et perficere, pro bona voluntate. Item et illud Joannis 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater [illegible] traxerit eum. Quibus doctrinis inhaerentes Arausicani Patres in secundo Concilio can. 7. sic definierunt: Si quis per naturae vigorem bonum aliquod, quod ad salutem vitae aeternae pertinet, cogitare, ut expedit, vel eligere posse contendit absque illuminatione, et inspiratione Spiritus Sancti, [illegible] fallitur spiritu, [illegible] [illegible] [illegible] in Enchiridion cap. 3. exponens verba Apostoli ad Rom. 9. dicentis: Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei, sic scribit: [illegible] [illegible] volentis [illegible] ut totum Deo detur, qui hominis voluntatem praeparat adjuvando, et adjuvat praeparatam: et clarius S. Fulgentius [illegible] [illegible] cap. 18. [illegible]. Ut velimus credere, misericordia praeveniente [illegible] dono. In quibus omnibus [illegible] non sermo est [illegible] gratia divina seu supernaturali auxilio; unde haec [illegible] [illegible], et [illegible] Theologia oritur. Illud est entitative supernaturale, quod [illegible] naturae viribus, et adeo sine speciali supernaturali divinae gratiae auxilio praestari non fit, praesertim si versetur circa objectum [illegible] [illegible]; atqui [illegible] [illegible], juxta relata testimonia [illegible] [illegible] [illegible] Concilij Arausicani II. [illegible] [illegible] [illegible] absque auxilio, ac gratia supernaturali nemo [illegible] non dicam incipere, sed neque cogitare, neque velle opus bonum et supernaturale [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible], de quibus sermo est, ut meditanti patet; ex altera vero parte objectum

talium judiciorum, et piorum motionum voluntatis est entitative supernaturale tale siquidem objectum sunt mysteria credibilia, et credenda propter Divinam revelationem; ergo &c. Atque hæc circa primam difficultatem. Nunc ergo sit

Secundæ difficultatis solutio.

25. Quidquid sit de sententia plurium Theologorum, et quidem eximiæ doctrinæ, et nominis, qui docent, per motiva credibilitatis Catholicæ Religionis tam penetrata mysteria, et veritates nostræ divinæ, ac supernaturalis fidei reddi evidenter veras, evidentia saltem morali maxima adeo ut intellectus noster certo, ac evidenter cognoscens, ac perpendens ipsa motiva credibilitatis percipiat talem adesse inter ipsa motiva, et mysteriorum credendorum veritatem connexionem, ut plane convincatur, et hoc ut judicet vera esse prædicta mysteria, ac nonnisi per summam imprudentiam de illorum veritate dubitari, aut formidari posse; quidquid inquam sit de tali sententia; illud tamen supponendum, ac tanquam certum tenendum cum recepta, et certa Theologorum sententia, scilicet fidem Catholicam, seu objectum, ac veritates divinæ fidei Catholicæ, quamvis in se obscuras, et inevidentes, esse evidenter credibiles, saltem evidentia morali maxima, seu talia, ac tanta esse, ac militare motiva, et argumenta pro veritatibus divinæ Catholicæ fidei credendis, quæ evidenter suadeant, prudentissimum esse firmissime assentiri eisdem; et ita quidem ut talibus motivis, et argumentis inspectis nonnisi per summam imprudentiam assensus vel negari vel suspendi possit, aut formidando, aut suspicando, aut etiam dubitando. Unde rectissime nostræ, divinæ, ac Catholicæ fidei convenit illud Psal. 92: Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Atque hinc huic certæ doctrinæ inhærendo modo disputandum est an judicium, quo fidelis antequam actum fidei eliciat judicat de credibilitate mysteriorum credendorum debeat esse saltem moraliter certum, et evidens, an vero sufficiat quod sit probabile, aut probabilius, aut saltem probabilissimum. Atque pro hac difficultate

26. Notandum est quod judicium, seu mentalis actus, quo quis ducitur ad judicandum esse credibile, seu fide dignum quod ab alio audimus, nobisque narratur posse esse jam improbabile, jam probabile, jam probabilius, jam certum, et evidens. Tunc tale judicium, nempe credibilitatis est improbabile cum nullo, aut tali tantum motivo, ac fundamento innititur, quod non sit aptum movere virum [illegible] prudentem, atque sagacem ad assensum, seu ad judicandum quod res audita sit digna fide. Probabile vero judicium tunc erit probabile quando ita gravi, et solido, licet cæteroquin fallibili innititur motivo, ac fundamento, quod sit aptum movere virum cordatum, prudentem, ac sapientem ad assensum, quamvis cæteroquin non excludat actualem, aut saltem radicalem formidinem de opposito: Atque sic judicium probabilius [illegible] bilitatis est illud quod validiori, ac robustiori rationum pondere

mendum quàm ejus oppositum pro quo et gravia rationum momenta militare dignoscuntur; et adeò admittit dubium, aut formidinem saltem radicalem, an res sit ità, sicuti ab alio narratur, ac repræsentatur.

227. Judicium verò certum, et evidens credibilitatis illud est quod talibus, ac tantis momentis ac rationibus innititur, ut his inspectis, ac intimè penetratis quis jam clarè, et perspicuè videat, atque cognoscat ità prudentissimum, ac rationabile esse assentiri rei sibi credendæ propositæ, ut etiam cognoscat nonnisi per summam imprudentiam, ac nonnisi insanissimè negari aut suspendi posse assensum vel ad minimum formidandum aut suspicandum de veritate rei propositæ, ut credatur. Hocque judicium multiplex est per ordinem ad connexionem jam methaphysicam jam phisicam, jam moralem, quæ clarè cognoscitur adesse inter ipsa motiva credibilitatis et rem ac credendum propositam: quam connexionem suo num. 207 explicatam. Atque sic judicium credibilitatis aliud est methaphysicè, aliud phisicè, et aliud moraliter evidens. Quod ultimum insuper subdividitur in varios gradus per ordinem ad evidentiam, et connexionem moralem, quæ in primis alia est suprema, alia media, et alia infima, quarum utraque jam sit esse positiva, et alia negativa, ut jam in tractatu de conscientia cap. 3 et num. 87. quæ videam relegas, ne jam dicta repetamus.

228. Insuper quod propius ad rem facit, judicium credibilitatis moraliter certum, et evidens aliud est absolutum et aliud respectivum. Judicium credibilitatis moraliter certum et evidens absolutum illud est, quod tam firmis ac robustis innititur motivis, ac fundamentis, ut hæc intimè penetrata valeant quemlibet intellectum etiam ingeniosum, et excultum persuadere, et convincere de prudentia assensus, atque de imprudentia dissensus, dubii, et suspicionis, et formidinis, quidquid in contrarium inspiraret: et hoc judicium solummodo doctorum, et ingeniosorum est proprium, et appellari solet judicium et practicè, et speculativè certum, et evidens, quatenus rationem habet [illegible], et de facto expellit omnem dubitationem, et formidinem, quod est proprium judicii practicè evidentis; sed etiam reipsa fundatur in ipsa morali connexione quæ inter motiva credibilitatis et existentiam rei credendæ intercedit; quod est proprium judicii speculativè evidentis. Judicium verò credibilitatis moraliter certum, et evidens respectivum illud est, quod suis innititur motivis verè certis, ac evidentibus respectivè, non tamen de se ità efficacibus, et robustis, ut quemlibet intellectum etiam ingeniosum, et sapientem convincere valeant, sed solum respectivè ad aliquem intellectum, deditis circumstantiis convincendum deficientem, v.g. respectu rudis qui non tam facilè distinguit motivum fallibile ab infallibili, et vicissim; hocque judicium appellari solet practicè tantum et respectivè evidens, non etiam speculativè quia licet respectu rudis ità se habeat, ac si esset absolutè evidens, quatenus omnem dubitationem, et formidinem ab intellectu rudis expellat, non tamen fundatur in motivis de se, et ex [illegible] connexionem habentibus cum existentia rei credendæ. Atque exemplum hujus judicii moraliter certi et evidentis practicè, et respectivè tantum. [illegible] in [illegible] rudis auctoritate sui Parochi sibi persuadentis credendum

esse mysterium Trinitatis V. g., et Incarnationis, quod a Parocho instruente suos Parochianos tanquam a Deo revelatum audivit, hoc aut simili modo ratiocinantis: certum est, quod homo indoctus, et inopiam [illegible] a Deo, rebusque divinis subtiliter agere, qualis sum ego, consulere debeat, et post consilium habitum stare, et acquiescere debeat judicio sapientum, et piorum, quos Deus tanquam Magistros, et instructores Religionis ac rerum caelestium ipsi dedit: Atqui Parochus meus est Magister, et instructor, et quidem communiter habitus tanquam homo pius, et doctus, quem Deus mihi dedit in rebus Fidei, et Religionis; ergo cum ipse proponat tanquam a Deo revelatum mysterium Trinitatis, et Incarnationis, tale mysterium certo divina fide credere. Quod judicium sane licet fundetur in auctoritate Parochi etiam moraliter fallibili, tamen ex adjunctis circumstantiis imperitiae rudis, et Dei in rebus salutis obeuntis rudes stare consilio suorum Magistrorum, et Instructorum, evadit ita certum, et evidens respectu talis rudis minime dubitantis et de veritate, et de probitate Parochi sui ut omnem formidinem etiam radicalem expellat de ejusdem mente, et intellectu. His autem notatis sit.

129 Propositio. Quamvis ad actum divinae ac supernaturalis fidei eliciendum non sufficiat judicium credibilitatis, quod limites probabilitatis non excedit, seu tantum probabile, aut probabilius de divinae revelationis existentia; sufficit tamen judicium credibilitatis, quod sit moraliter evidens evidentia absoluta, seu et practica, et speculativa evidens: quinimo aliquando per accidens, et respective quorundam rudium sufficit judicium credibilitatis, quod sit evidens evidentia respectiva, seu tantum practice evidens. Est sententia tanquam certa tenenda quoad omnes ejus partes. Et quoad primam partem constat ex infallibili damnatione Sedis auctoritate Innocentio XI die 2 Martii 1679 quorundam contradictorum damnante, nempe hanc propositionem ordine 21: Assensus fidei supernaturalis, et utilis ad salutem stat cum notitia solum probabili revelationis imo cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus. Atque ratio in primis est, quia assensus fidei divinae, et supernaturalis, et adeo utilis ad aeternam salutem debet esse adeo firmus firmitate tum affectiva, cum intentionali, ut non possimus illum prudenter repudiare: ut pariter constat ex propositione ordine 20 pariter ab eodem Innocentio XI damnata, nempe hac: Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernaturalem. Atqui si solum probabilitas de existentia divinae revelationis sufficeret ad actum divinae, ac supernaturalis fidei eliciendum, assensus supernaturalis divinae fidei prudenter repudiari posset, utpote cum contra talem assensum insurgere posset [illegible] jam [illegible] probabile aut etiam probabilius pro non existentia divinae revelationis ac etiam judicium mere probabile componatur cum formidine saltem radicali, quod res ita non sit, ergo etc.

[illegible] fidelis divina fide credens [illegible] ita animo, et mente sua comparatus ut velit potius [illegible].

etiam pervertere, quam fidem retinere, ut infra ostendemus, ubi de dño fidei motivo; id autem esset omnino irrationabile, si ad dñe fidei assensum sufficeret judicium mere probabile de dñe revelationis existentia, cujus cum possit insurgere, et haberi judicium oppe. probabile, aut probabilius pro non existentia dñe revelationis, et sic prudenter sequi tale judicium, idque sine culpa contra fidem; ergo &c. Quodque vel ab absurdis confirmari potest. Si enim vel ad credendum dño fide sufficeret judicium mere probabile, aut probabilius de dñe revelationis existentia quis, etiam seclusa speciali revelatione, posset dño fide credere se esse in gratia, aut etiam eadem fide posset credere, dari physicam prædeterminationem in sensu Thomistarum. Nam in primis revelatum est, quod hic vere contritus, et rite confessus gratiam Dei consequatur; sicuti etiam revelatum est dari gratiam, et auxilium efficax: deinde quis post intensos, et iteratos contritionis actus, ac plurimas repetitas confessiones; non solum probabiliter, sed etiam probabilissime judicare potest se esse vere contritum, ac rite confessum; sicuti et aliquis post diligens examen non solum probabile, sed etiam probabilius videri ut auxilium efficax consistere in gratia physice prædeterminante in sensu Thomistarum; et hic consequens, necnon probabiliter, verum etiam probabilissime judicare potest revelatum esse se esse in gratia; item et probabiliter, aut etiam probabilius judicare potest revelatum esse, auxilium efficax consistere in gratia physicam prædeterminante; et hinc elicere posset actum fidei, quod tamen est falsum, utpote cum primum sit contra expressam Tridentini doctrinam Sess. 6. Cap. 9. decernentis, quod nullus scire valeat certitudine fidei, cui non sit subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum. Alterum autem sit contra unanimem Theologorum sensum; ergo &c.

230 Quoad alteram vero partem propositionis nostræ, valide probatur ex eo, quod juxta recentiorum Theologorum sententiam fides divina, et supernaturalis non exigit evidentias physicas, aut omnino metaphysicas de existentia, aut saltem dñe revelationis, seu credibilitatis, et adeo contenta est evidentia morali saltem credibilitatis. Quod vel etiam constat ex eo, quod ipse Deus instituerit Religionem exarandum sub illo evidentiæ genere, quamvis in quodam gradu peculiari, quo in humana societate, atque communis peraguntur alia negotia magnorum maximi momenti, ut v. g. cum agitur de legitimo Pontifice, Episcopo, Principe, et hujusmodi; atqui in hujus negotijs etiam permaximi momenti non requiritur evidentia physica, aut metaphysica, sed moralis tantum sumus, quæ sufficit, ergo &c.

231 [illegible] quoad tertiam partem propositionis probatur ex eo, quod licet ratio hominis [illegible] [illegible] [illegible] tunc [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] circa veritatem revelatam non sufficeret judicium credibilitatis, quod sit tantum practicæ evidentiæ: sufficit [illegible] [illegible], et illud quidem sufficit, ut talis assensus sit prudentissimus; atqui ad divinam fidem sufficit illud credibilitatis judicium, quod sufficeret ad assensum prudentissimum

excludentes ad dubitationem, et formidinem circa veritatem revelatam; ergo &c. Idque vel luculenter firmat ipsa praxis jam communis est, juvenes, ut pueros, plures homines etiam rudes, et incultos, qui vel nunquam audiverint loqui de credibilitatis motivis, in quibus fundatur judicium absolute certum de existentia divinae revelationis, vel si audiverunt, non satis penetrarunt illorum connexionem, et efficaciam, quanta opus est ad fundandum hujusmodi judicium, quod nempe sit et speculative, et practice certum de divinae revelationis existentia; quos tamen veros actus divinae fidei elicere minime dubitandum est, utpote cum Deus ab ipsis exigeret, quod praestare nullo modo valent, et proinde dicendum est eis sufficere judicium tantum practice certum, quale in num. 228 descripsimus. Sed dices contra primam partem propositionis

2 Ad hoc ut quis firmissime assentiatur alicui propositioni sibi propositae tanquam a Deo revelatae, propter divinam auctoritatem revelantem sufficit tale judicium credibilitatis, quo possit prudenter judicare, talem propositionem reipsa esse a Deo revelatam; atqui ubi quis concepit judicium probabile, aut saltem probabilius de existentia revelationis alicujus propositionis, potest prudenter judicare talem propositionem esse reipsa a Deo revelatam: judicium enim probabile, aut probabilius utpote innixum motivis vere gravibus, et aptis ad movendum virum doctum, et prudentem ad assensum non solum est prudens, sed etiam tale, ut voluntas ex suo imperio utens possit imperare assensum magis firmum, quam talia motiva mereantur, ut constat ex propositione ordine 19 inter damnatas ab Innocentio XI., ergo &c..... Confirmatur Petrus videns Paulum sub specie pauperis petentem eleemosynam elicit verum actum misericordiae, jam bonum, et honestum in genere moris, quantumvis judicio tantum probabili de paupertate Pauli ducatur ad eleemosynam dandam: sicuti et quis honeste, et laudabiliter adorat hostiam quam in missa a sacerdote elevari videt, etiamsi solum probabiliter eam fuisse consecratam judicat; ergo a pari &c..... Confirmatur 2do. Etiamsi damus, quod judicium primorum christianorum, ac etiam plurium rudium et indoctorum nunc degentium, quo moventur ad judicandum de credibilitate mysteriorum credendorum sit saltem evidens evidentia respectiva; (quod tamen negandum videtur, utpote cum tale judicium innixum sit vel soli Apostolorum auctoritati, vel parochorum testimonio jam simpliciter fallibili), illud tamen necessario aut physice non coexistit cum veritate mysterii credendi sed est simpliciter fallibile, quinimo etiam compossibile saltem cum formidine radicali cum contingere possit, ut quis ad testium auctoritatem referat eam fallibilitatem [illegible] ergo cum hoc non obstante judicium illud credibilitatis respective evidens sufficiat ad imperandum fidei assensum, sufficiet etiam judicium probabile, aut probabilius, quod saltem non sit conjunctum cum formidine actuali, quamvis sit fallibile, et cum

formidine radicali conjuncta..... Confirmatur 2do. Quamvis charitas theologica sit virtus supernaturalis, qua super omnia Deus diligitur; attamen componibilis est cum amore boni delectabilis Deo opposito, hoc est cum veniali peccato, ergo et ideo fides licet sit virtus, qua propter divinam auctoritatem super omnia credi debeat; est tamen componibilis cum aliqua formidine vere prudenti, et probabili partis oppositae; et proinde cum sola probabilitate divinae revelationis stare sit. Quod non parum firmat increpatio Christi facta Petro Matth. 14. dicentis: Modicae fidei, quare dubitasti? Item et illud Caeremonialis, in quo, ut notat Suarez apud P. Dominicum Viva in expositione propositionis 21. ab Innocentio XI. damnatae, mandatur, ut sacerdos antequam eucharistiam ministret moribundo, interroget eum hoc pacto: Credis, frater hoc esse verum corpus Domini nostri Jesu Christi? Cui cum ille responderit Credo; eucharistiam ministrat his verbis: Libera me per hoc sacrosanctum corpus, et sanguinem tuum: Cum ergo non nisi probabiliter quis possit judicare Christum esse sub hac hostia consecrata evidens est fidem stare posse cum judicio probabili revelationis: Quod et ostendit non parum factum, quo contingit ut plures Theologi dicant esse de fide quod ab aliis probabiliter negatur tanquam de fide.

233. Respondeo negando majorem indistincte, et simpliciter intellectam. Nam ad hoc ut voluntas possit imperare actum, qui sit fidei divinae, et supernaturalis, non sufficit judicium credibilitatis de existentia divinae revelationis, quod sit quomodocumque prudens; sed debet esse ita prudens, ut voluntas non possit, per [illegible] imprudentiam vel non imperare assensum, vel imperare dissensum, vel illum repudiare, si jam imperavit; adeo ut nec suspicionem, aut formidinem de opposito quidem admittat. Quod judicium probabile existentiae divinae revelationis non praestat. Ad primam confirmationem concesso antecedente

234. quoad primam, cum quoad 2dam partem, cum non adesset prudens dubium de valida hostiae consecratione, quia videlicet pro casu talis dubii hostia illa esset conditionate adoranda ob periculum idolatriae; antecedens, nego consequentiam. Et disparitas ratio est ab intrinseco nam actus fidei misericordiae, cultus Dei, aut alterius virtutis moralis, quia [illegible] innixus divinae auctoritati tanquam suo [illegible] utraque constitutione intelligibilis sive [illegible] sive [illegible], ut sic ita firmus, ut non excludat omnem dubitationem, ac formidinem de opposito, verum etiam ut fidelis [illegible] sit ita animo paratus ut [illegible] potius [illegible] quam vel ad minimum dubitare, aut etiam [illegible] veritate revelata. Quod nulla sane ratione dici posset, ubi judicium credibilitatis de divina revelatione esset tantum probabile, aut [illegible] et acceptarem Deus nos non obligat ad hunc supremum cultum, nisi detur evidentia credibilitatis. Contra vero actus misericordiae, adoratio hostiae, quam [illegible] consecratam novimus [illegible] alterius virtutis moralis actus a voluntate imperatus innititur [illegible] judicio [illegible] hostiae quae [illegible] sit ita certum, ut quamcumque dubitationem de oppo-

excludat, quia nempe si ad hujusmodi actus eliciendos non sufficeret probabilitas illis consentanea, sed requireretur moralis evidentia, quam plurimi rusticorum, imo fere omnes subsidio carerent, ac pretiosis hoc genere conjunctos ingentibus devotione carerent. Quod cum sit absonum, asserendum est dici.

35\. Ad 2dam confirmationem in primis negandum est, judicium credibilitatis de divina revelatione concomitans in primis fidelibus credentibus tanquam veritates a Deo revelatas, quae ab Parochis enarrantur, sed etiam rudibus, qui nullo modo tanquam omnino veridicum existimantes suum Parochum praedicant, et credunt tanquam a Deo revelata, quae ut talia annunciat; non esse moraliter evidens; siquidem judicium jam respectivè evidens non fundatur tantum in auctoritate Parochi, sed etiam in aliis circumstantiis, ut supra ostensum est. Quinimo non fundatur in auctoritate Parochi, ac circumstantiis aliis tanquam in praemissis unde inferitur, sed solum tanquam in objecto praesupposito; atque insuper, ut advertit Suarez Disp. 4 Sect. 5, suppletur ab illustratione interna spiritus sancti, vel etiam ex notis credibilitatis, et miraculis, quae ipsi Parochi ipsis rudibus dictis afferre solent. Deinde non obstat, quod tale judicium tantum respectivè evidens infallibiliter non connectatur cum revelationis divinae existentia, atque cum veritate rei ad credendum propositae. Infallibilitas enim divinae fidei repetitur non a credibilitatis judicio, sed a divino testimonio infallibili. Unde ad credibilitatis judicium sufficit, quod ab attenta voluntas imperet talem assensum firmissimum, quem ab attento judicio non nisi imprudentissime possit renuntiari. Praeterea fateor, quod post tale judicium respectivè evidens possit adhaerere suspicio, et dubium circa Parochi auctoritatem, adeo ut prudenter etiam possit suspicari, et dubitari de divina revelatione; sed tunc sicuti cessat evidentia judicii; ita cessat imperium prudens ex parte voluntatis; atque sic paritas favet nostrae sententiae.

36\. Ad 3tiam confirmationem disparitas est, quia licet Deus sit omni amore dignus, qui adeo excludat omnia etiam venialia peccata, cum tamen peccatum veniale vel sit transgressio legis de se sub levi obligantis, vel sit transgressio legis sub gravi obligantis, sed cum imperfecta advertentia et non pleno consensu facta, non ideo repugnat cum Dei amicitia, ac gratia sanctificante ut sed dicta, et non se excludat, ut ex infallibili Ecclesiae auctoritate ostendimus in Tract. de Peccatis Cap. 4 A. 2 § 2 a num. 179. et praesertim ex Trid. Sess. 6. Can. 23. sic decernente: Quamvis sancti, et justi in levia saltem, et quotidiana quae etiam venialia dicuntur peccata, quandoque cadant, non propterea desinunt esse justi; et proinde peccatum veniale non destruit charitatem; e contra vero cum actus divinae fidei ex se, et ex natura sua petat ut sit certus, ut in se summam utramque certitudinem infallibilitatis, et inerrabilitatis, et propterea debeat esse omnino firmissimus, excludit vel minimam suspicionem et errorem de divina revelatione, et veritate credenda immediate omnino, et consequenter ipso fidei facta ... si instituatur paritas inter actum ipsum charitatis, et actum fidei, paritas nobis favet. Nam non est dari actus verae charitatis, qui simul sit venialiter peccaminosus; atque sic dari non potest actus, qui sit fidei divinae, et simul formidinosus ac dubius.

157 Ad increpationem a Christo factam Petro ex supradictis patet, fidem scilicet Petri non fuisse formidolosam, sed imperfectam, ut diximus num. 213. Item et constat ad illud Ceremonialis, fidem nimirum nostram divinam, et supernaturalem esse absolutam circa hostiam consecratam ut sic, seu circa hostiam, quae vere sit consecrata; conditionatam vero esse tantum [illegible] circa hanc numero hostiam, ubi non habemus moralem certitudinem de vera, et rite consecratione facta. Tandem ad id, quod secundo loco dicendum est, illud assertum, ac judicium esse mere speculativum, quatenus asserunt, esse probabile, aut probabilius talem veritatem esse a Deo revelatam, et ad objectum morale divinae [illegible] Dei pertinere; minime vero esse practicum, quatenus velint [illegible] veritatem probabiliter, aut probabilius revelatam divina [illegible] [illegible] fidei.

158 Neque ex doctrina tantum a nobis propugnata sequitur, infidelem non credentem Catholicae Ecclesiae, excusari ab infidelitate, dum opinione minus probabili ductus suam falsam sectam sequitur; sicuti non sequitur, infidelem in Articulo mortis constitutum non teneri amplecti catholicam religionem tanquam probabiliorem sibi visam necessariam ad aeternam salutem. Falsitas siquidem propositionis ordine 4ta. ab Innocentio XI. damnatae. Ab infidelitate excusatur infidelis non credens ductus opinione minus probabili; optime cohaeret cum nostra doctrina. Quamvis enim infidelis tenetur ut probabiliorem judicans catholicam religionem non statim eam amplecti teneretur; cum tamen agatur in materia absolute necessaria ad salutem, in qua [illegible] non [illegible], et ideo tutiorem sequi oportet, ut et ipsi probabilius, concedimus, ut in Instit. de Conscientia an 3. § 2. § 3 num. 120. ostendimus, infidelis [illegible] probabilitate ductus ad inquirendum in veritatem [illegible] Religionis catholicae, et a fortiori ubi [illegible] catholica ei probabilior apparet, statim teneatur omne studium, ac diligentiam sibi moraliter possibilem adhibere ut veritatem inveniat; qua certe adhibita inveniet talia, ac tanta esse motiva credibilitatis, quae pro Catholica Religione militant, ut hanc esse evidenter credibilem [illegible] daret, ac ita opinionem, quam pro falsa secta habebat, ne minimum quidem [illegible] habere. Deus enim qui adjutor est in opportunitatibus, atque illuminat omnem hominem in rebus necessariis omnimodo ad salutem, atque [illegible] facienti quod est in se, non denegat gratiam, ei praestabit saltem per internam illustrationem, quo fiat ut veritas nostrae Religionis ei appareat tanquam evidenter credibilis [illegible]; atque ita eveniet, ut et infidelis in Articulo mortis constitutus sibi possit consulere a Deo praebendo uberius lumen, quo ejus mens illustretur, ac illuminetur in tanto negotio. Quod si non praestabit, et in negligentia culpabili, ob eadem [illegible] gravis culpae reus. Sed

Dices contra tertiam propositionis partem judicium, quo homo fidelis judicat absque ulla hesitatione de hostia [illegible] [illegible] in tali nostra [illegible] [illegible] judicium, quo homo fidelis ductus auctoritate Parochi proponentis mysterium Trinitatis et Incarnationis [illegible]

formidine judicat, Mysterium SS. Trinitatis, et incarnationis Verbi Divini à Deo revelatum esse. Nonnunquam enim contingere fit, ut, qui hostiam consecravit, non sit Sacerdos vel ob defectum intentionis in ordinante, vel ob defectum baptismi in ordinato, vel si est verè Sacerdos, non habeverit intentionem consecrandi; quod et accidere, quod Parochus ex ignorantia, aut malitia doceat Populum sub demandatis mysteria non vera, neque revelata... Confirmatur. judicium credibilitatis sufficiens, ac proximè movens ad actum fidei debet esse tale, ut assensus inde à voluntate imperatus non possit esse falsus, ac prudenter repudiabilis: prim. patet ex eo, quod aliàs, fidei falsum subesse non sit: habetur item ex propositione citata ordine 20. inter proscriptas ab Innocentio XI.; atqui ubi judicium credibilitatis est tantum respectivè evidens, assensus fidei inde imperatus sit esse falsus, utpote cum tale judicium utpote fundatum in auctoritate fallibili Parochi infallibiliter non connectatur cum existentia rei ad credendum propositae, itaque et talis assensus prudenter repudiari possit, utpote cum contingere possit, ut fallacia, et error in Parocho deprehendatur. ergo &c... Confirmatur 2do judicium credibilitatis, quod proximè dirigit ad imperandum assensum fidei nequit esse falsum, ac reale sicuti nequit componi cum formidine saltem prudenti de opposito: atqui judicium tantum respectivè evidens et sit esse falsum, et est reale, itaque et componi sit cum formidine de opposito: Auctoritas siquidem Parochi, et circumstantiae v. g. ignorantiae et simplicitatis hominis mihi est motivum et fallibile, et reale, neque per se aptum excludere quamcumque formidinem etiam prudentem de opposito, ut per se patet; ergo sicuti judicium credibilitatis simpliciter, et absolutè requisitum ad dictam, et Theologicam fidem nequit esse judicium fundatum in auctoritate Parochi, aut alterius viri quantumvis docti, et probi, aut in praedictis circumstantiis subjecti credentis; ita neque judicium credibilitatis respectivè tale, fundari sit &c, ne dicamus, illud in defectu fundari; ergo &c...

Respondeo, non deesse Theologos, inter quos fuerunt afferens in sua assertio confirmationem illum Caeremonialis supra num. 232. relati, qui existimant, quod fides absoluta de existentia corporis Xti sub hac numero hostia consecrata possit esse divina, et supernaturalis, sine nulla dubium formido, et prudens suspicio alicujus defectus ex parte consecrantis, aut materiae consecratae. Verum melius ut communiori sententiae, omisso anti, nego conseq. et consequentiam patet ex dictis num. 235. quia nempe in primis cum doctoribus dictum sit, quod judicium credibilitatis ab homine mihi ex Parochi testimonio informatum pro casu, quo ei eiusmodi fidit, suppleatur ab interna Spiritus Sancti illustratione, vel etiam et signis credibilitatis, et miraculis, quae tanquam patrata in confirmationem sui dicti adhibuit Parochus: nihilominus autem hominum mihi est pro judicio credibilitatis quo judicatur de validitate hujus numero hostiae consecratione, cum vel nullum miraculum, aut signum aliud certum in medium afferri possit, at afferatur Respondeo cum malum intollerabilius sit in Ecclesia Dei, quod Parochus communicatione habitus tanquam probus, doctus, prudens, cautus, et omnimodè verax falsos Articulos, ac mysteria tanquam a Deo revelata fidelibus suis fide divina, et supernaturali credenda proponat, quam sit quod hic, vel illa numero hostia non sit ritè, et validè consecrata, ac specialem

Dei providentiâ spectabit, vel impedire, ne Parochus falsa credibilitatem doceat, vel efficere, ut audientes vel incipientes de ejus auctoritate dubitare alios quaerant, qui eos instituant, et sic veritates fidei audiantur. Atque sic ubi nulla adversus homini nihil suspicio de ignorantia, aut mendacitate sui Parochi, prudentissime se gerat credendo veritates ab ipso tanquam de fide propositas.

241 Ad primam confirmationem dico majorem: judicium credibilitatis sufficiens, et movens ad actum fidei universam Ecclesiam catholicam debet esse tale, ut &c, concedo: movens privatum hominem, subdistinguo: si judicium illud sit tum practice, tum speculative evidens, concedo: si judicium illud sit tantum respective evidens, debet esse tale, ut assensus vi a voluntate imperatus non possit esse falsus, nego. Tunc majorem partem et iterum subdistinguo: adeo, ut non possit esse repudiabilis repudiatione propria, et stricte tali, iterum concedo: repudiatione late tali, nego minorem, et servata proportione distincta minor, nego consequentiam. Ecclesiam Catholicam in Dogmatibus Fidei, et nonnisi errare non posse; sicuti et motiva credibilitatis, quae pro nostra Catholica Religione militant, esse infallibiliter connexa cum veritate mysteriorum, quae ab universa Ecclesia tanquam de fide credendae proponuntur, supra dictum est; ac proinde falsitati subesse non potest illud Dogma, quod tanquam a Deo revelatum universa Catholica Ecclesia tenet, sicuti et esse necessario vera ea doctrina quae ex notis credibilitatis nostrae Religionis rite penetratis quis credentes deprehendit a Deo esse revelatam. Unde et actus Fidei, qui a voluntate imperato ex hujusmodi credibilitatis judicio falsum subesse non potest. Contra vero judicium credibilitatis tantum respective evidens, quo hic privatus, et rudis movetur ad judicandum de divinae revelationis existentia, infallibiliter non connecti cum existentia mysterii, quod tanquam revelatum proponitur, ultro fatendum est. Sed per hoc non sequitur, fidei divinae falsum subesse. Nam actus fidei, qui tunc ab homine rudi elicitur cum videlicet verum non est id, quod a Parocho proponitur tanquam a Deo revelatum, non est actus fidei theologicae vere talis sed putativus, atque adeo est actus tantum naturalis. Quod minime videri non debet, utpote cum ad rationem judicii credibilitatis sufficientis ad actum fidei theologicae imperandum non requiritur, ut cum veritate rei credendae infallibiliter connectatur, sed solum requiritur, ut prudentissime judicetur de existentia divinae revelationis; ita ut nonnisi imprudenter suspicari possit de divinae revelationis carentia.

242 Quod vero spectat ad fidei repudiationem, denotare oportet, quod alia est repudiatio propria, et stricte talis, et alia est repudiatio late, ac improprie talis. Prima tunc habetur, quando in sua vi, ac robore manentibus credibilitatis motivis de se sufficientibus ad hujusmodi judicium credibilitatis prudentissimum, atque moraliter evidens rejicitur, atque repudiatur fides dissentiendo suspicando atque dubitando de veritate tanquam a Deo revelata evidenter proposita. Altera vero est, cum in sua vi ac robore non manentibus motivis credibilitatis aliunde adveniunt fundamenta aliqua contrariam suadentia. Hac vero tantum repudiatione evenire potest ut fides repudiatur, ubi judicium credibilitatis est tantum respective evidens. Quod certe magni nominis Theologis non fuit

damnatam ab Innocentio XI. citatam propositionem ordine 20. proscriptam, cum
memorata propositio loquatur de repudiatione, qua stante judicio evidenti
ti de divina revelatione repudiatur, ut vel patet meditanti propositionem
ordine 19. et quae tanquam suum ante infertur.

243. Ad alteram confirmationem omissa majori nego minorem. Atque in primis judicium illud non est falsum, etiamsi contingere possit, ut non sit verum id, quod ad credendum proponit Parochus. Illud siquidem judicium non enunciat de veritate objecti, sed solum de ejus prudentia, et debito assentiendi: quod est verum, utpote cum legitime deducatur ex duabus praemissis veris, et certis, ut patet meditanti dicta num. 228. Deinde et judicium illud erit supernaturale ubi actus credendi inde imperatus erit supernaturalis, ratione scilicet denique illustrationis Spiritus Sancti, qua intus veritas credenda proponitur: quod ad ejus supernaturalitatem sufficit, licet auctoritas Parochi, in quo tanquam motivo quodam fundatur, sit naturalis. Pariter cum supponamus, eundem hominem in casu omnino habere suo Parocho tanquam docto, probo, ac prudenti existimato et per consequens eum tanquam divino veridicum tenere, hinc locus non est prudenti suspicioni, atque formidini; quae si caeteroquin adesset, evidentia statim cessaret, sicque judicium credibilitatis non esset amplius moraliter evidens. Tandem ad paritatem ultimam disparitas obvia est cuicumque meditanti naturam judicii tum practici, tum speculativi evidentis, ac tandem practici evidentis, quod num. 228. explicabam. Sed jam sit

Caput septimum.

De divinae fidei necessitate.

Praerequisitis necessarijs ad actum divinae fidei eliciendum addimus ejusdem divinae, et supernaturalis fidei necessitatem, inquiramus scilicet modo, an divina fides tum habitualis, tum actualis sit ad aeternam salutem consequendam necessaria; hacque necessitate supposita exponemus, quaenam sint ea mysteria, quae fide divina actuali credenda sunt. Sit ergo

Articulus primus.

De divinae fidei actualis necessitate.

244. Revocatis ad memoriam ijs, quae diximus et de natura et multiplicitate divinae fidei, praesertim habitualis, et actualis, explicitae et implicitae, formalis; et virtualis, hic primo adnotare oportet aliquid dupliciter dici posse necessarium ad utramque salutem, scilicet justificationem, et aeternam beatitudinem consequendam, necessitate nimirum medii, necessitate praecepti, atque necessitate medii, et praecepti simul. Illud est, et dicitur necessarium necessitate medii ad salutem, quod sive ex natura sua, sive ex divina ordinatione seu praesentis providentiae ordine est ita necessarium, ut eo quomodocumque praetermisso etiam inculpabiliter seu etiam ex ignorantia invincibili aut impotentia absoluta et absque etiam ulla hominis culpa, salus obtineri non possit. Hoc modo baptismus est necessarius parvulis, qui in odium Christi, seu Religionis Catholicae non occiduntur, utpote cum isti ex hac vita sine baptismo decedentes nullo modo aeternae saluti consequ

esse absque ulla anima vitra evenat, quod non baptizantur. Aliud vero est tantum necessarium necessitate praecepti, quod ea tantum ratione poni debet, quia praeceptum est, seu datur praeceptum ad illud ponendum et proinde sine eo adhuc salus obtineri sit, ubi nempe illud inculpate omitteretur, v.g. ex ignorantia invincibili, aut alia impossibilitate, aut innotentia a praesenti obligatione excusante; etsi necessarium est ad aeternam salutem vinceti ablata vestitura. Ex quo et patet, quid sit necessarium et necessitate medii, et praecepti simul illud nimirum esse, quod simul est medium absolute necessarium ad salutem, adeo ut eo non posito nullo modo salus obtineri possit, et simul, quia est in nostra potestate illud ponendi, datur praeceptum ad illud ponendum; adeo ut si non ponatur, culpa theologica incurratur: atque hac ratione baptismus vel in re, vel in voto necessarius est adultis ratione utentibus nondum baptizatis.

Secundo notandum est, totam praesentem
245 controversiam procedere de fide divina, et supernaturali actuali, atque respectu adultorum rationis usum habentium. Nam in primis certum est, fidem late talem, qua scilicet ex alio motivo, quam ex motivo divini testimonii omnino infallibilis crederentur veritates a Deo revelatae, ad aeternam salutem, et justificationem non sufficere, ut constat ex propositione ordine 23. ab Innocentio XI. proscripta quae sic sonat: Fides late dicta ex testimonio creaturarum, similive motivo ad justificationem sufficit. Secundo loquendo de parvulis, et adultis ratione destitutis pariter certum est, eos salvari posse sine fide supernaturali actuali. Nam certum est parvulos baptizatos, item et adultos rationis usu carentes ex hac vita decedentes aeternam beatitudinem consequi, ut tota ecclesia catholica permittere tenet; item et certum est, praedictos pueros, et adultos non posse elicere veros actus divinae, et supernaturalis fidei; et proinde certum est, fidem divinam actualem iis necessariam non esse sive necessitate medii, sive necessitate praecepti, nisi forte quis dicere velit praedictis parvulis, et adultis baptizatis applicari fidem alienam ecclesiae, sequentes eos suo modo actualiter credere, ut docet S. Aug. lib. 1. de Peccat. merit. et remiss., ut proinde verum sit, quod sicuti media generatione ab Adamo originariam labem contraxerunt, sic media regeneratione in baptismo alienam fidem sive parentum, sive ministrorum ecclesiae participant, et sicuti iis Adam nocuit peccavit; ita ei ecclesiae fides prosit. Tertio pariter et certum est, praedictis parvulis, et adultis, fidem divinam habitualem sufficere, et absolute necessariam esse, testante Apostolo Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo, et Trid. sess. 6 cap. 8 de imputatione fidei dicente: Fides est humanae salutis initium, fundamentum, et radix omnis justificationis, sine qua impossibile est placere Deo, et ad filiorum ejus consortium pervenire. Quae, cum indistincte, et universim dicta sint, atque juxta SS. Patres et theologos procedant de necessitate medii, nullum dubium esse potest, quin habitualis fides parvulis, et adultis usu rationis carentibus necessaria sit necessitate medii: quod vel etiam illud satis ostendit, quod praedicti parvuli, et adulti sine baptismo salvari non possunt. Porro in baptismo una cum gratia justificante infunduntur habitus divini fidei, spei, et charitatis theologicae, ut habet Trid. sess. 6 cap. 7; ergo etc. Unde tota

in adultos, ut dixi, descenditur ad ipsos Adultos rationis usum habentes. Unde sit

Propositio. Ad utramque salutem, seu justificationis gratiam, et aeternam beatitudinem consequendam juxta praesentis pro-
246. videntiae legem omnibus Adultis rationis usum habentibus necessaria est necessitate medii fides divina, et supernaturalis tum habitualis, tum aliqua actualis. Ita communissime, quinimo certa sententia tum contra Pelagium asserentem divinam fidem per se necessariam non esse ad salutem, tum contra nonnullos catholicos existimantes, divinam fidem esse tantum necessariam ratione divini praecepti, ac proinde hominem in aliquo casu justificari, et salvari posse sine actu divinae fidei, si nimirum ignorantia invincibili mysteriorum credendorum laboret, et aliunde secundum rectam rationem vivat, ac Deum naturae auctorem cognoscat, et amet. Hanc vero sententiam, ut refert Sirobaldus hic Tract. 4 Cap. 1 Sub. 2, nonnulli erroneam, alii Pelagianam appellant, nostram vero de fide, aut fidei proximam. Atque quoad primam partem patet ex paulo ante dictis. Si enim ipsa habitualis divina fides etiam parvulis necessaria est necessitate medii ad salutem; a fortiori, si non a fortiori dicenda est necessaria ipsis adultis rationis usum habentibus. Haec autem veritas magis confirmabitur ex mox dicendis pro secunda propositionis parte.

Quod itaque fides aliqua divina, et superna-
247. turalis actualis necessaria sit necessitate medii adultis usum rationis habentibus, ad hanc utramque salutem consequendam, patet ex perfundata Apostoli doctrina Heb. 11. Ibi enim Apostolus in primis loquitur etiam de fide Adultorum, ut patet ab exemplis Abel, Henoch, et aliorum Il. virorum, quibus ad suam doctrinam probandam utitur: secundo loquitur de fide tanquam necessaria necessitate medii, cum verba illa: Sine fide impossibile est placere Deo juxta Patres, et Interpretes, ac Theologos necessitatem absolutam important. Tertio etiam loquitur de fide actuali, ut ostendunt verba illa: credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, et inquirentibus se remunerator sit. Unde Innocentius XI. damnavit propositionem 22, quae asserebat: Nonnisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita Remuneratoris. Aliqua ergo fides divina, et supernaturalis necessaria est necessitate medii Adultis rationis usum valentibus, cum de hac fide in citatis locis sermo sit, ut et ipse Christus Marc. ult. insinuat verbis illis: Qui non crediderit, condemnabitur. Item et Tridentinum sess. 6. cap. 6 exigens divinam actualem fidem tanquam dispositionem necessariam ad adulti justificationem requisitam. Disponuntur autem ad ipsam justitiam, dum excitati divina gratia, et adjuti fidem ex auditu concipientes libere moventur in Deum credentes vera esse, quae divinitus revelata, et promissa sunt.

248. Id ipsum autem et invicta ratione suadetur. Nam juxta ordinationem praesentis providentiae, homo adultus aeternam beatitudinem promissis meritis, et per sua bona opera consequi conari debet, adeo ut per sola Jesu Christi merita eam obtinere non valeat: interque bona opera inter caetera est ipsa bona

x si quis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

spes et divina charitas supernaturalis: atqui nemo eo merito sperare sit, et diligere Deum, nisi prius eum cognoverit ut auctorem supernaturalem gratiae et gloriae, cum ignoti nulla sit cupido, quod non nisi per fidem praestari sit; et eo magis, quod ipsa sit radix, basis, et fundamentum virtutum ceterarum; ergo etc.

249 Dices contra. Ad utramque salutem consequendam in adultis usum rationis habentibus non requiritur necessario baptismus, aut poenitentia in re, sed sufficit in voto; ergo etiam sufficit eisdem fides in voto; ergo etc. Ant. est certum ex doctrina ecclesiae; consequentia etiam patet, quia scriptura eodem modo loquitur de baptismo, et poenitentia, quo modo loquitur de fide: De baptismo enim Joan. 3. legitur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei: quinimo ipse Christus Marc. ult. comparationem facit inter baptismum, et fidem inquiens: Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: De poenitentia vero Luc. 13. dicitur: Nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis; ergo etc..... Confirmatur. Certa sunt haec principia: Quod nemo adultus rationis compos absque propria, personali culpa damnatur: Quod facienti quantum in se est, Deus non denegat gratiam: Quod quis peccator quacumque hora ad Deum conversus sit, et gratiam divinam recepit: haec autem principia falsa essent, si actualis fides supernaturalis necessaria esset necessitate medii: Nam juxta doctrinam Apostoli Rom. 10. divina fides habetur per praedicationem verbi divini: ait enim: Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante? Plures autem sunt, quibus absque ulla sua culpa praedicatum non fuit, ac nunc non praedicatur evangelium: aut saltem id verum esset de eo, qui in silvis educaretur, ac numquam de Deo ut gratiae, et gloriae supernaturalis auctore instrueretur: quod jam est possibile; ergo etc. Confirmatur 2do. Si contingeret casus, ut filius hominis gentilis baptizatur in instanti immediate ante eum usum perfectae rationis, et quod in hoc instanti usu rationis ille moriatur, etiamsi nihil omnino audiverit de divina fide; hic autem puer in casu non haberet aliquam fidem actualem, et tamen utpote baptismali gratia justificatus salvari deberet; ergo absque actuali fide divina quis adultus potest salvari; ergo etc.

250 Resp. concesso ant. nego consequentiam. Et disparitas est, quia SS. Patres, ac interpretes ipsi scripturis omnes textus, in quibus sermo est de baptismo, ac de poenitentiae sacramento ita exponunt, ut ubi baptismus, aut poenitentia in re suscipi non possit sufficiat baptismus, et poenitentia in voto. Quinimo Trid. sess. 6 cap. 4. de baptismo loquens ait, sine lavacro regenerationis, aut ejus voto adultum non baptizatum non posse transferri de statu peccati ad statum gratiae: quod et ipse Christus videtur voluisse innuere loco objecto ex Marc. ultimo verbis objectis subjungens tantum: Qui non crediderit condemnabitur: nihil tale dicens de baptismo: contra vero aliter loquendo de fide supernaturali. Atque ratio esse potest quia contritio, et charitas perfecta utpote habens vim justificandi potest supplere defectum baptismi in re suscepti: contra nihil est, quod

possit supplere cognitionem supernaturalem Dei, cum haec unice per divinam fidem haberi possit. Ad primam confirmationem omissa majori,

251\. nego minorem, ad cujus probationem primo dico, doctrinam illam Apostoli esse intelligendam de via ordinaria, quatenus ordinarie evenit, ut quis media praedicatione de rebus fidei instruatur, non autem intelligenda est cum exclusione cujuscumque alterius modi, quo evenire fit, ut quis divina mysteria cognoscat, et credat. Deinde dico, quod si qui Gentes fuerunt, et adhuc sunt, qui nihil unquam de rebus fidei audierunt, id eorum culpa factum est, quatenus conformiter lumini naturali non vixerunt, ac divinae gratiae sufficienti divinitus ipsis donatae restiterunt, ac propriis culpis uberiorem Spiritus sancti illustrationem demeruerunt. Cum enim Deus illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum, et iis, qui nihil de divinis mysterijs audierunt, gratiam dedit, qua ad verum fidei lumen pervenire possent. et proinde eorum ignorantia, si qua detinentur, ~~saltem in causa~~ culpabilis est. et propterea si damnantur, propria culpa pereunt. Itaque ad exemplum de enutrito in sylvis dicendum est, quod si ille vixisset conformiter lumini naturali obsequendo gratiae divinae sufficienti, Deus ad illum vel misisset Praedicatorem, vel Angelum, qui mysteria necessaria ad salutem explicaret, atque doceret, vel per semetipsum instrueret, ut docet S. Thomas q. 14. de verit. A. 11. ad 1um Unde et de hoc verum esset, quod facienti quantum fit, id est vivendo conformiter lumini naturali, atque obsequendo lumini divinae gratiae sufficientis, Deus non denegat gratiam uberiorem, qua Deum gratiae, et gloriae supernaturalis auctorem cognosceret per fidei lumen, in eumque speraret, illumque super omnia diligeret, sicque justificationem consequeretur, et tandem aeternam ipsam gloriam

252\. Ad 2dam confirmationem Suarez, Lugo, et alii censent, puerum illum eo in casu salvandum iri, licet fidem actualem non haberet, eo quia nempe si talis puer nihil omnino de fide divina audivit, respectu credendorum non est moraliter adultus, sed adhuc puer esset. Alii vero, ut arbitror, melius existimant, talem casum in praesenti providentia non esse possibilem: vel vero si eveniat, fiet, ut si naturali lumini pro tunc obsequendo, atque pro viribus suis faciat, quod naturale lumen, ac gratia saltem sufficiens ipsi insinuat, Deus non sit defuturus gratia sua, ut supponitum est de enutrito in sylvis.

Articulus Secundus.

De mysterijs divinae fidei explicite credendis necessitate medii.

Mysteria, de quibus controversia est, an necessitate medii explicite credenda sint, sunt existentia unius Dei, illiusque Remuneratoris, Unitas Dei, et Trinitas Personarum divinarum, atque Verbi Divini Incarnatio. Ut autem certa ab incertis separentur primo loco dicam de existentia unius Dei Remuneratoris. Deinde dicturus de Augustissimis mysterijs Trinitatis, et Incarnationis. Sit itaque

§. I. De Fide explicita Dei unius, et Remuneratoris.

253 Cum apud Theologos disputatur de necessitate fidei explicitae existentiae unius Dei, ejusque Remuneratoris, duplici modo quaestio institui potest: et primo, prout Deus est auctor naturae, et principium, a quo tanquam a sua causa efficiente res omnes existunt, conservantur, gubernantur, atque in suos naturales fines diriguntur, atque si rationales sunt, atque secundum rationalis naturae dictamen operantur, naturalis mercedes retribuuntur. Secundo prout Deus est auctor gratiae, et gloriae supernaturalis, quibus rationali creaturae tribuens supernaturalia dona, quibus in aeternam vitam, ac beatitudinem operari possit, et operando consequi aeternam felicitatem consistentem in faciali, seu intuitiva Dei visione, et amore, ac gaudio suavissimo illi visioni correspondente, atque cor hominis replente. Atque in hoc secundo sensu praecipue consistit praesens difficultas, cum juxta plures Theologos ab eo, qui sive ex creaturis, sive ex alio medio certo, ac evidenter cognoscit Deum ut naturae auctorem existere, ac naturale quoddam dare iis, qui naturae legem servant, non possit elici actus, qui sit fidei catholicae, et [illegible] ex eo quia scientiam, et fidem in eodem intellectu componi non posse existimant. Quod tamen supra cap. 6. A. 1. a num. 197 rejecimus. Sit ergo

254 Propositio. Fides actualis explicita Dei existentis saltem ut auctoris supernaturalis, itemque Dei Remuneratoris pariter in ordine supernaturali fuit omni tempore, et adhuc est omnibus adultis ratione utentibus necessaria necessitate medii ad utramque salutem consequendam. Est certa Catholicorum sententia cum S. Thoma 2. 2. q. 2. A. 8. ubi de fide actuali explicita unius Dei existentis, ejusque Remuneratoris inquiens: Dicendum, quod ista duo explicite credenda fuerunt, omni tempore, et quoad omnes necessarium fuit. Atque manifesta est ex dictis in ante Articulo, scilicet ex Apostoli doctrina Heb. 11. tradita, nec non ex propositione ordine 22. ab Innocentio XI. damnata. Quod et luculenter firmatur ratione ibidem insinuata. Deus namque in praesenti providentia hominem adultum rationis compotem justificandum, atque salvandum, nonnisi per bonos actus supernaturales justificari voluit, et salvari, nimirum per fidem, spem, et charitatem supernaturalem, nemo autem amare, ac diligere potest Deum auctorem supernaturalem gratiae, et gloriae, neque in eum pro merito sperare, nisi prius per humanam fidem eum cognoscat, ut gratiae, et gloriae supernaturalis auctorem, atque bonorum operum Remuneratorem, dantem scilicet mercedem bene operantibus, mala autem agentibus poenam: ignoti enim nulla cupido, seu amor, et desiderium, et timor; ergo etc.

255 Dices contra. In lege naturae, ac etiam tempore legis scriptae homines adulti salvari poterant per solam cognitionem Dei ut auctoris naturae, ac bona etiam per opera bona naturalia. Ergo quovis tempore non fuit adultis rationis usum habentibus necessaria necessitate medii fides actualis explicita Dei existentis ut auctoris supernaturalis, itemque etc. Ant. [illegible] quamquod patet ex eo, quod status, qui duravit ab Adam usque ad Moysem, ideo vocabatur status naturae, quia tunc temporis viventes sola naturali cognitione Dei vivebant, probatur ex illo Apostoli Rom. 1. cum cognovissent Deum non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt ubi Apostolus non obscure innuit quod Philosophi illi Gentiles, licet ceteris quam

solo nāāli lumine Deum cognovissent salvi facti fuissent, si conformiter ta-
li lumini vixissent. Quod testatur etiam Ap. 2. quando de Gentilibus loqui-
tur: Gloria et honor, et pax omni operanti bonum: nullam ceteroquin distin-
ctionem faciens inter opera bona in ordine naāli et supernaāli et
cum dixisset, quod factores legis justificabuntur, subjungens: Gentes, quæ
legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, ejusmodi legem
non habentes ipsi sibi sunt lex; ergo &c. et insuper testimonium
Apostoli Heb. 11. debet ac fit commode explicari de Deo existente et
Remuneratore in ordine naāli .... Confirmatur. Et contingere potest,
quod quis non praevio fidei lumine cognoscat Deum tanquam ens sum-
mē bonum, quin eum cognoscat tanquam bonorum, et honestorum operum
Remuneratorem, ac vindicem malorum: hoc certe in casu, potest elicere
actum amoris Dei propter se dilecti; ergo cum charitatis affectus necessa-
rius sit justificare peccatorem, atque etiam salvare, quis justificari, et
salvari poterit absque fide actuali explicita Dei Remuneratoris su-
pernaālis; ergo &c.... Confirmatur 2dō. Lumine, vel omne toto sim-
pliciter cuba non percipit, sed neque valet percipere ideam Dei ut
Auctoris, et Remuneratoris supernaālis, licet utcumque concipiant Deum
ut naē auctorem; ergo nec dicamus omne totum simpliciter ..
damnandum esse, dicendum est ad æternam salutem sufficere fidem
Dei ut naē auctoris, et Remuneratoris necnon naālis. .. Confirmatur
Ultimo. Necessitas fidei actualis explicitæ in adulto a nobis asserta,
vel proveniret ex ipsa rei naā; vel ab aliqua lege positiva divina;
neutrum dici pt: non primum, quia secus neque Deus de sua absoluta
potentia absque tali fide hominem salvare posset; quod non est di-
cendum. non etiam secundum, quia sicuti scripturæ testimonia,
ex quibus arguitur necessitas fidei explicitæ SS. Trinitatis, et In-
carnationis saltem respectu legis naē, ac legis scriptæ, optime
exponuntur de fide divina, et supernaāli implicita talium
mysteriorum; ita et commode explicari pt illud Apostoli Heb.
11; adeo ut solum probet necessitatem fidei explicitæ tempore
legis novæ. ergo &c. Responsio negando ant. ad cujus probationem
256 in primis negandum est assertum discrimen. Status enim naē non ideo talis
vocabatur, quia tunc homines carerent ope supernaāli Dei; sed ita
vocabatur quia necessitatem legis Mosaicæ, et Evangelicæ antece-
debat, atque tunc dicebatur status legis Evangelicæ per Antonomasiam
vocatur status grāē, quia in hoc grāā superabundavit: non propte-
rea sequitur, quod etiam in statu legis naē, et Mosaicæ supernaālis
grāā non fuerit a Deo donata hominibus tanquam omnino necessaria
ad salutem æternam consequendam. Similiter quod ad auctoritatem
attinet, et primo ad illud Apostoli Rom. 1. fatendum est Gentiles
illos Philosophos damnatos fuisse, quia non servaverunt legem
naālem dictantem glorificandum, et colendum esse Deum, quamvis
tandem lumine naāli cognitum ut naē auctorem; sed non pro-
pterea sequitur illos salvos factos fuisse, vel si et omnem naālem
legem servassent, atque conformiter lumini naāli vitam
suam composuissent, atque vixissent, Deumque ut naē au-
ctorem coluissent. Plura enim requiruntur ad justificationis
grāā et æternam salutem consequendam, quam ad ejus-
dem privationem, et damnatiōēm. Nam æterna damnatio venit ex uno

mortale peccatum sequitur, ad aeternam vero salutem totius legis observantia est absolute necessaria. Quamvis interim tenendum sit Gentiles ex toto legem naturalem [illegible] observantes Deum non denegaturum supernaturale lumen, quo ad veram, et supernaturalem fidem perveniant [illegible] sufficientes esset ad illud [illegible] ex eadem [illegible] Apostolus respondit, gloriam scilicet, et honorem, et pacem supernaturalem retribuendam esse omni operanti bonum supernaturale; quis vero tantum operanti bonum in ordine naturali. Quod et in sequentibus intelligendum est. Audi: Factores legis justificabuntur: qui nempe legem gratia ex divina, et supernaturali gratia exequuntur, justificationis gratiam, et aeternam gloriam consequentur. Caeterum nec verba, in nostra ultimo loco objecta, ut explicat [illegible], Apostolus voluit [illegible], et exprobrare judaeis, qui licet illam [illegible] magis [illegible] erant ac peccata, atque [illegible], ipsam legem naturalem etiam, quam ipsi Gentiles, [illegible] naturali ratione [illegible], et [illegible].

257 Ad primam confirmationem respondendum est, in [illegible] providentia [illegible] [illegible] possibilem, aut [illegible], ut vel satis constat ex profunditate Apostoli doctrinae. Heb. 11. Atque [illegible] est, quia in natura lapsa nemo fit perveniret ad amorem purissimum Dei qualis est amor charitatis perfectae, nisi per spem, et timorem se disponat. Sicut enim notitia beneficiorum non solum juvat ad gratias agendas, sed etiam ad amandum amore amicitiae ipsum benefactorem; ita fides existentiae Dei Remuneratoris et vindicis non solum juvat ad spem, et timorem, sed etiam ad amorem purissimum Remuneratoris. Unde S. Aug. lib. de catechizandis Rudibus aiebat = De timore Dei charitas est aedificanda, quia rarissime accidit, imo vero nunquam, ut quisquam veniat volens fieri Christianus, qui non sit aliquo Dei timore perculsus. Ecclesiastici primo dicitur: Timor Dei expellit peccatum: nam qui sine timore est non poterit justificari = Hinc S. Doctor [illegible] doctrinam sequens [illegible] [illegible], [illegible] inquit = Non solum est necessarium credere, quod Deus sit, sed quod habeat providentiam de rebus; aliter nullus iret ad ipsum, si non speraret aliquam remunerationem ab ipso =

258 Ad alteram confirmationem, licet [illegible] tenet, Rudes non valere percipere ideam supernaturalitatis sub ratione scholastica, [illegible] tamen [illegible], quantum sufficit ad salutem [illegible] modo, atque [illegible] dogmatico, quatenus [illegible] concipiunt, Deum alia summum, et [illegible], a quo sunt omnia [illegible] per naturae [illegible] vires [illegible] non possunt, atque [illegible], atque [illegible] coelestem quamcumque [illegible] naturam, [illegible] sunt [illegible] bona, quae nec auribus audiuntur, nec oculis videntur, neque in cor hominis in hoc mundo degentis unquam ascendunt.

259 Ad ultimam denique confirmationem concedo a majori, atque omissa minori quoad primam partem, ad nego quoad secundam, atque ad paritatem disparitas petitur ex eo, quod multo ex majores ac vindiores sunt [illegible], scilicet [illegible] Apostoli Heb. 11. pro fide explicita Dei existentis ac Remuneratoris, quam sint [illegible] explicita [illegible] pro fide explicita Mysteriorum S. Trinitatis, et Incarnationis: quamvis [illegible] [illegible] de [illegible], et Incarnationem ex [illegible]

atque Theologorum [illegible] seu [illegible] relata pro [illegible] actuum explicito-
rum existentiae, aut Remunerationis supernaturalis importat [illegible]
[illegible], et simpliciter talem, [illegible] se [illegible], que de fide expli-
cita SS. Trinitatis, ac Incarnationis Verbi Divini [illegible]
de statu nostro, ac legis scriptae, [illegible] sermo [illegible] in quibus Doctores catho-
lici facile conveniunt circa necessitatem medii fidei Divinae actualis
et explicitae respectu Adultorum ratione utentium [illegible]
Catholici Doctores inter se dissident.

§. 2. De Fide explicita SS.^{mae} Trinitatis, et Incarnationis.

260 Jam supposito [illegible], disputatur de necessitate fidei ex-
plicitae SS. Trinitatis et Incarnationis Verbi Divini, quaeritur, an Adultus
rationis compos utramque salutem, justificationem scilicet, et aeternam
Beatitudinem consequi possit, quin distincte sciat, et firmiter credat
Deum esse unum in essentia, et trinum in Personis inter se realiter distin-
ctis, atque Verbum Dei [illegible] assumpsisse [illegible], atque hominem factum,
passum, et mortuum esse pro totius generis Redemptione, et salute, sicque
pro peccatis nostris suo aeterno Patri satisfecisse. Fidem enim implici-
tam [illegible], in eo consistentem, quod quis distincte sciat ac
firmiter credat, Deum justificaturum, ac salvaturum hominis per me-
dia ab ipso disposita, et ordinata, vel etiam futurum [illegible] Redempto-
rem, seu [illegible] inter Deum, et homines, qui hominem peccatorem
liberaturus [illegible] a servitute peccati, et Daemonis tyrannide, [illegible]
conciliaturus [illegible] ipso Deo, quidquid [illegible] de modo Redemptio-
nis, ac de qualitate Personae Redimentis, [illegible], [illegible] cum hic ex
tali modo explicatam [illegible] Christianorum Trinitatis, et Incarnati-
onis quovis tempore, et adeo etiam tempore legis naturae, et scriptae, [illegible]
se absolute, et simpliciter necessariam omnibus Adultis ratione uten-
tibus, communis, et vera sententia docet. Nam ut legitur Act. 4. Non est ali-
ud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri et 1. Corinth.
3. Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id quod est Christus Jesus.
Unde S. Ignatius in Epist. ad [illegible] ait Omnes [illegible] salvati
sunt per Christum, in ipso sperantes, atque [illegible] et [illegible]
[illegible] contra Pelagium, et [illegible] lib. 2 de [illegible]. Sine fide [illegible]
nis, mortis, et Resurrectionis Christi, neque antiquos justos ut justi essent,
a peccatis potuisse mundari, et Dei gratia justificari, veritas Christiana
non dubitat. Quod et ipsa ratio satis ostendit, si enim omnibus
[illegible] necessaria Redemptio per Christum Jesum operanda, fuit eti-
am necessaria, et quidem similiter, fides saltem implicita in
Christum, cum [illegible] Redemptio per fidem in Jesum Christum applice-
tur [illegible] autem [illegible] Hominis, seu Adami peccato omni-
bus hominibus pro omni statu, et tempore absoluta, et simplici-
ter necessaria fuit Redemptio, per Jesum Christum, Jesum operanda
ergo [illegible].

261 Quibus et addendum est, fidem explicitam
SS. Trinitatis, et Incarnationis Verbi Divini modo [illegible]
[illegible] Evangelii promulgationem omnibus, et singulis [illegible]
[illegible] necessariam necessitate medii ad utramque salutem, seu et
ad ipsam justificationem, et aeternam Beatitudinem consequendam
ut communis Theologorum sententia habet cum S. Thoma 2. 2.
q. 2. a. 7. ac [illegible] = Si qui tamen salvati fuerunt
quibus revelatio non fuit facta, non fuerunt salvati absque fide
[illegible] quia [illegible] non habuerint fidem explicitam, habuerunt

ti idem implicitam in divina providentia, videntes Deum esse libe-
ratorem Hominum secundum modos sibi placitos, et secundum quod
aliquibus veritatem cognoscentibus luminis [illegible] revelasset. Hac An-
gelicus Doctor ejus doctrina satis comprobatur ex Apostolo ad Gala-
tas 3. dicente: Antequam veniret fides, sub lege custodiebamur inclu-
si in eam fidem, quae revelanda erat. Quod et agnovit Aug. lib.
19 contra Faustum cap. 14, appellans fidem illorum, qui ante legis
gratiae justificati fuerunt, fidem opertam, atque occultam. Et revera si
adultis rationis usum habentibus tempore legis nat., aut scriptae, my-
sterium SS. Trinitatis, et Incarnationis [illegible] explicite, [illegible]
oportuisset ipsis esse ita revelatum, ut omnium genera-
litas ei credentium proponeretur. ita autem omnibus et singulis
Adultis ratione valentibus tunc ad credendum non fuit propositum,
ut patet ex Trid.o sess. 6. cap. 2. solum dicente, multis sanctis Pa-
tribus in lege veteri fuisse declaratum; ergo &c. Atque hinc tota
difficultas nostra reducitur ad tempus a sufficienti Evangelii
promulgatione. Circa quam quatuor Theologorum sententias refert
202 P. Lucius Ferraris in verbo Fides a num. 13. Quarum prima docet, fi-
dem explicitam SS. Trinitatis, et Incarnationis Verbi Divini post suf-
ficientem Evangelii promulgationem esse necessariam necessitate
medii ad utramque salutem, nimirum tum ad justificationis gratiam,
tum ad aeternam beatitudinem consequendam. Et haec est sententia Tho-
S. Bonaventurae, Durandi, Gabrielis, [illegible], Valentiae, Sanchez, ali-
orumque plurium Theologorum. Altera e diametro opposita praedictam
negat necessitatem et suos patronos habet, Sotum, Vegam, [illegible]
[illegible], [illegible], [illegible], et plures alios, et quidem magni
nominis Theologos. Tertia, quam tenet [illegible] [illegible], [illegible], Bar-
nes, et alii, inter utramque via media procedit et docet fidem expli-
citam SS. Trinitatis et Incarnationis Verbi Divini in Adultis ratione uten-
tibus esse necessariam necessitate medii ad glorificationem, seu Bea-
titudinem consequendam; minime vero ad ipsam justificationis
gratiam obtinendam. Quarta tandem docet, fidem explicitam
mysteriorum Christianorum per se necessariam esse necessitate
medii tum ad justificationem tum ad glorificationem, per acci-
dens vero, ratione sufficientis ignorantiae invincibilis sufficere po-
se eamdem fidem explicitam in voto; et proinde haec sententia
adstruit eamdem necessitatem fidei praedictorum Christianorum
quam habet Baptismus in lege nova. Hancque sententiam propugnat
Suarez, [illegible] et tanquam sibi probabiliorem P. Dominicus
Viva, et alii. Quo in sententiarum dissidio tanquam nobis probabili-
orem, non tamen tanquam certam ponimus sequentem propositionem
Dico ergo. Propositio. Post sufficientem Evangelii pro-
12 mulgationem omnibus Adultis rationis usu valentibus necessaria est ne-
cessitate medii fides explicita in sensu supra explicato duorum pri-
mariorum [illegible] Religionis Christianorum, scilicet SS. Trinitatis et Incar-
nationis Verbi Divini. Et quoniam duo continentur in propositio-
ne, [illegible] probatur quoad mysterium Incarnationis Verbi
Divini, [illegible] quidem ex ipsis Scripturis sacris. Nam in primis
[illegible] [illegible] Christus Dominus est lapis angularis
[illegible] fundamentalis [illegible] initium et radix nostrae justifica-
tionis [illegible] nostrae aeternae salutis [illegible] Christo Domino parta
est [illegible] Apostolorum [illegible] est lapis angularis. [illegible]

mandatum est a vobis aedificantibus, qui factus est in caput anguli, et non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub coelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. et Apostolus 1. Corint. 3. dicente: Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id, quod est Christus Jesus. Jamvero ad justificationis gratiam, atque aeternam salutem consequendam absolute, et simpliciter, et adeo necessitate medii necessaria est distincta cognitio et per consequens etiam fides explicita illius, qui est lapis angularis, petra fundamentalis, initium, causa, et radix nostrae justificationis, et salutis, ubi maxime Deus dignatus est id ita luculenter nobis manifestare, ut si talis cognitio, et fides non habeatur, id nobis vitio, et culpae sit tribuendum. Hoc jam per se patet. Atqui post Evangelii sufficientem promulgationem in omnibus luculenter nobis manifestatum est, Incarnationis mysterium; et ita quidem ut si quis illud ignorat culpae ejus et vitio eveniat, utpote cum nedum ubique terrarum, et gentium solemniter praedicatum est, et adhuc praedicatur evangelium juxta illud: In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum; verum etiam cuilibet pro viribus legem naturae observanti, ac facienti quantum sit ex viribus gratiae sufficientis, quae cuique a Deo donatur, Deus non denegat uberiorem gratiam quae ad Christi cognitionem et fidem perveniat, ut docet Angelicus Praeceptor in 3. dist. 25. q. 2. a. 2. Quaestiuncula 2. ita scribens = Post adventum Christi, cum jam mysterium Redemptionis impletum est et corporaliter, et visibiliter et praedicatum, omnes tenentur ad explicite credendum; et si aliquis instructorem non haberet, Deus ei revelaret, nisi ex sua culpa remaneret = ergo &c. Ex quo et patet discrimen inter tempus legis naturae et scriptae, ac inter tempus legis evangelicae, eo tunc nempe satis praedicatum non erat, sed occultum mysterium de quo loquimur, ut et ipsa scriptura supra num. 201. relata testatur; et proinde mirum non est, si nunc talis fides sit necessaria necessitate medii, etsi tunc talis non fuerit.

264 Deinde idem Apostolus ad Gal. 2. [illegible] Christum Jesum est. Scientes quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi. et nos in Christo Jesu credimus, ut justificemur ex fide Christi et inde ponens discrimen inter fidem veterem, et fidem Christianorum legem novam, seu evangelicam subjungit: Antequam veniret fides sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem quae revelanda erat. Itaque lex Paedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificemur. At ubi venit fides, jam non sumus sub paedagogo. Omnes enim filii Dei estis per fidem quae est in Christo Jesu. Ex quibus sic licet argumentari. Ea fides est absolute et simpliciter seu necessitate medii necessaria ad salutem [illegible] sine qua [illegible] justificari non fit, et ex qua solum justificatur [illegible], [illegible] fides explicita in Christum Jesum [illegible] [illegible] sit atque ex [illegible] Christum Jesum justificatur. In [illegible] enim [illegible] Apostolus non loquitur de quacumque fide, sed de fide explicita in Christum Jesum. In primo siquidem loco [illegible] loquitur qua ipse credebat in Christum Jesum ut patet meditanti verba illius textus, et fides, quam Apostolus in Christum Jesum credebat, procul dubio erat fides explicita [illegible] [illegible] sermo est [illegible] et distinctior fide habita sive in lege naturae, sive in lege scripta [illegible] non potest non esse explicita, [illegible] in [illegible] ac [illegible] [illegible] [illegible] quomodocumque [illegible], sed tantum quoad mysterium Redemptionis et [illegible] [illegible].

Redimentis; ergo &c. Quod et satis manifestum est ex illo Joan. 17:
Haec est vita aeterna ut cognoscant te solum Deum verum, et quem
misisti Jesum Xtum. In hoc enim testimonio eodem modo scriptu-
ra exprimit determinate, et obligatione credendi in Deum verum,
ac credendi in Xtum Jesum: necessarium autem est, et quidem ne-
cessitate medii absolute, et distincte credere in Deum unum; ergo
et in Xtum Jesum. Quibus et addi potest comparatio à Xto Domino Joan. 3.
facta inter exaltationem serpentis in deserto, et suam exaltationem
in cruce verbis illis: Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deser-
to, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis, qui credit in
eum non pereat, sed habeat vitam aeternam: sicut ergo morsi à ser-
pente non sanabantur nisi propriis oculis de facto in serpentem
exaltatum aspexissent, et adeo ipsum serpentem illum ipse vi-
dissent: ita et sine fide, et quidem explicita in Xtum Jesum justi-
ficatio et aeterna salus ab adulto rationis usum habente obtine-
ri non poterit; ergo &c. Unde merito à Trid.nis Patribus sess. 6. cap. 6.
25 inter dispositiones necessarias ad peccatoris Adulti justificationem
enumeratur atque recensetur fides, qua impius credit, à Deo justifi-
cari impium per gratiam ejus, per Redemptionem, quae est in Xto Jesu
et S. Aug. ep. de correpț. et grat. cap. 7 ait A damnatione eos non li-
berari, qui dicere poterunt, se non audivisse Evangelium Xti
et mox subjungit: Quicumque ab illa damnatione ista divinae gratiae
largitate discreti sunt non est dubium, quod et procuratum eis audiendi
evangelium, et cum audiunt credunt. Porro si fides explicita in Xtum
Jesum non esset necessaria necessitate medii ad salutem aliquo
in casu se à damnatione liberare posset qui evangelium Xti non
audivisset, ut patet; ergo fides explicita in Xtum Jesum est necessa-
ria necessitate medii ad utramque salutem, ut et clare indicant
verba, nem. Nemo liberatur à damnatione quae facta est per Adam,
nisi per fidem Jesu Xti: Quae veritas magnifice à Doctore Gratiae conclu-
denda est cum Symbolo Athanasiano, in quo, ubi exarata declara-
verat doctrina Mysteriorum SS. Trinitatis et Incarnationis Jesu Xti
subjungitur Haec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter
firmiterque crediderit, salvus esse non poterit. Quae certe sonant
necessitatem medii talis fidei, ut et ipsa ratio theologica insinuat.
Rectae rationi namque omnino consonum est, ut quisque absolute
et simpliciter teneatur pro sui status ratione cognoscere, et ex-
plicite credere in suae salutis Auctorem, et Religionis fundamen-
tum. Xtus autem est talis Auctor, et fundamentum, ut supra dictum
est; ergo &c. Atque ex his facile comprobatur alte-
ra propositionis pars quoad SS. Trinitatis mysterium. Nam ut
[illegible] ratiocinatur [illegible] 2 2 q. 2 a. 8 in c. [illegible]
[illegible] Incarnationis Xti explicite credi non potest sine fide Trinitatis quia
in mysterio Incarnationis Xti [illegible] continetur quod filius Dei carnem
assumpserit, quod per gratiam Spiritus sancti mundum renovaverit [illegible]
[illegible] de Spiritu Sancto conceptus fuerit [illegible] ergo sicut mysterium In-
carnationis fides explicita post Evangelium sufficienter promulgatum
est necessaria necessitate medii ad justificationis gratiam, et aeternam

salutem consequendam; ita et fides explicita SS. Trinitatis eorum necessitatis genere est necessaria. Quod etiam videtur docuisse ipse Xtus, cum Matth. ult. jussit Baptismum dari in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti inquiens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti .. Qui crediderint, et baptizati fuerint, salvus erit. Ubi enim Xtus in primis voluit fidem debere praecedere baptismum, ut patet ex verbis illis: Qui crediderit, et baptizatus fuerit. Deinde baptismum non posse dari nisi in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: Porro si aliqua fides explicita praemitti debet baptismo, maxime praemitti debet fides in eum, in cujus nomine baptismus confertur: ergo cum baptismus sit necessarius necessitate medii ad salutem consequendam, ut habetur Joan. 3, etiam fides explicita Trinitatis credenda est necessaria necessitate medii; ergo &c.

57. Opponens cum Patronis sententiae oppositae; Omnia Scripturarum testimonia, et omnes auctoritates superius allatae, sicuti et alia similia commode intelligi, et explicari possunt vel de necessitate praecepti, vel de fide implicita, et in voto in Xtum Jesum; sicuti de facto explicantur de baptismo vel in re, vel in voto ea omnia, quae pro illius necessitate afferuntur; ergo &c. Antecedens pluribus probatur: et primo quia Apostolus Heb. 11. proponens ea, quae necessitate medii explicite sunt credenda, enumerat tantum existentiam Dei Remuneratoris supernaturalis: quae doctrina certe manca, et deficiens fuisset, si etiam fides in Jesum Xtum, et fides explicita Trinitatis esset necessaria necessitate medii ad obtinendam salutem, quod ne somniare quidem licet de Apostolo... Deinde quia Cornelius Centurio, de quo fit mentio Act. 10, ut ibi legitur, erat vir Religiosus ac timens Deum, et proinde ejus Orationes, et eleemosynae ascenderint in memoriam in conspectu Dei, ac propterea Deo placebat, et justus erat, etiamsi caeteroquin tunc non haberet fidem explicitam in Xtum Jesum, utpote cum missus fuerit ad S. Petrum, ut de tali mysterio instrueretur; ergo sine fide explicita in Xtum Jesum, quis justus esse potest; ergo &c. Tertio quia etsi Xtus sit auctor gratiae a Deo donatae justis ante evangelii promulgationem, attamen iis sufficiebat fides implicita in Xtum; ergo etiam talis fides sufficit post evangelii promulgationem; ergo &c. Tandem quia Scriptura, et Patres eodem modo loquuntur de fide Resurrectionis, et Ascensionis Xti Domini, quo loquuntur de fide Nativitatis, passionis, et mortis ejusdem: et tamen fides explicita Resurrectionis, et Ascensionis Xti Domini non est necessaria necessitate medii; ergo neque est necessaria &c, ergo &c.... Confirmatur. Non pauci homines inveniuntur, qui quantamcumque operam, et diligentiam ponant pro edisserendis praedictis mysteriis, numquam vel minimum percipere valent; quinimo Parochis sedulo laborantibus pro eorum instructione ipsi non raro respondent, opus omnino impossibile ipsis imponi; ne dicamus ergo, eos damnari, esse ob praeceptum ipsis observatu impossibile, dicendum est &c.... Confirmatur iterum. Si in institutione Mysteriorum fides explicita esset necessaria necessitate medii ad salutem, multi jam adulti, et aetate matura provecti illa ignorantes, deberent repetere omnes confessiones ante factas, utpote nullas; quod imponere ipsis multis esset onus importabile contra suavitatem legis Xti, ut ergo hujusmodi absurda vitentur, dicendum est &c.

208 Respondeo negando anis cum ejus impleta probatione, de quam satis dictum est supra num 250, et proinde argumentum patitur retorsionem in fide explicita actuali. Ad primam vero antis probationem responsio est cum S. Thoma 2. 2. q. 2. a. 8. ad 1um dicente hoc ita explicite credere de Deo, omni tempore, et quo ad omnes necessarium fuit. non tamen sufficiens omni tempore, et quo ad omnes. Cum ergo Apostolus ibi voluit dare doctrinam complectentem, ac ea attamen omnia ac omnium, sicilicet legis nat., legis scriptae et legis gratiae, praescindendo a particulari tempore legis gratiae, seu evangelicae, doctrina Apostoli non fuit dicenda manca, et deficiens, si ad ejus mentem attendatur.

209 Ad 2dum juxta dicta num 186 dici fit, Cornelium Centurionem nondum fuisse justum justitia supernaturali, sed ad Petrum pro instructione missus fuit. Ceterum etiam dato quod talem justitiam habuerit, argumentum non est ad rem. Nam eo in loco, quo praedictus Cornelius degebat adhuc sufficienter non fuerat evangelium promulgatum, sed solum coeptum fuerat promulgari; et adeo tunc temporis etiam juxta nostram sententiam fides explicita in Xtum adhuc ad necessaria non erat necessitate medii: Fuit tamen ad Petrum missus, ut de tali mysterio instrueretur, quia proxima erat necessitas illud explicite credendi, ne videlicet deinde vincibiliter illud ignoraret.

Ad 3tium disparitas jam data est num. 263

210 Ad ultimum vero praesertim loquendo de Resurrectionis Mysterio, qui stant a nostra sententia, facile concedunt, ejusdem fidem explicitam esse necessariam necessitate medii ad utramque salutem, innixi jam auctoritati Scripturae Lucae 24 ita loquentis. Oportebat Xtum pati, et resurgere a mortuis tertia die, et praedicari in nomine ejus poenitentiam. et 1. Corinth. 15: Si autem Xtus non resurrexit, inanis est ergo praedicatio nostra, inanis est et fides vestra et clarius Rom. 10. Si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris: Quam doctrinam etiam firmant et Patrum auctoritate, et praesertim S. Augustini, et S. Thomae, quorum primus lib 2 de Peccato Originali contra Pelagium, et Caelestium Cap. 29 de fide supernaturali disserens eodem modo meminit mysterii Resurrectionis, ac aliorum mysteriorum, Incarnationis nempe, et mortis Xti, inquiens Sine fide, inquam, Resurrectionis ejus .. quae utique sine Incarnatione ejus, et morte non ut veraciter credi. Alter vero, nempe S. Thomas loco supracitato a. 7. de hac necessitate loquens ait: Post peccatum autem fuit explicite creditum mysterium Incarnationis Xti, non solum quantum ad incarnationem sed etiam quoad ac passionem, et Resurrectionem quibus humanum genus a peccatis, et morte liberatur. Qua doctrina posita, cui et robur addit, quod mysterium Resurrectionis Xti est unum ex praecipuis nostrae Redemptionis mysteriis, argumentum nostram firmat sententiam.

271 Ceterum nonnulli militant rationes, et argumenta pro negando necessitate fidei explicitae Resurrectionis Xti tanquam necessariae necessitate medii, quae non militant pro negando necessitate medii fidei explicitae nativitatis, passionis, et mortis ejusdem Xti: et in primis quod morte impleta mysterium nostrae Redemptionis quoad substantiam fuit consummatum juxta illud quod Xtus jam jam moriturus, ut legitur Joan. 19, dixit: Consummatum est. et quod legitur Heb: 10. Una oblatione con

summam sanctificatos. Deinde quod in libello Doctrinæ christianæ, per Robertum Cardinalem Bellarminum conscripto, atque in Congregatione a Clemente VIII deputata diligenter examinato, et tanquam omnino absoluto comprobato, atque ab eodem Pontifice per speciale Decretum, quod initio Pastoralis Romani Pontificis sollicitudo omnibus consignato, ut reciperetur, et traderetur, nulla fit mentio de Resurrectione Christi Domini, ubi ex principio traduntur, et explicantur præcipua Religionis nostræ mysteria; ideoque tale mysterium inter præcipua enumerandum non videtur; et propterea eadem ratione non est pro Nativitate, Passione, et morte Christi, ac pro ipsa Resurrectione, juxta etiam patet intimius meditanti scripturæ testimonia in fundamento propositionis relato, ac paulo ante adducta pro probanda necessitate medii fidei explicitæ Resurrectionis.

272 Ad primam confirmationem, dummodo sermo non sit de iis rudibus, de quibus merito dubitatur, an, ut ita dicam, sint rationales, de quibus nostra non procedit quæstio, negandum est omnino. Licet enim inter adultos rationis compotes forte inveniantur ita rudes, ut etiam pro viribus laborantes non valeant explicite scire, ac etiam memoria retinere secundum methodum præcipua christianæ Religionis mysteria; inveniri tamen non possunt, qui ea non valeant explicite credere saltem quoad substantiam. Quod ut capias, adnotabis, aliquem dici explicite scire mysteria nostræ Religionis, cum V. G. a Parocho interrogatus, cur V. G. tres sint Trinitatis Personæ, et hæ sint unus Deus, responderet, tres esse Personas, quia Pater a nullo est, Filius a solo Patre genitus est, et Spiritus Sanctus a Patre, et Filio simul procedit; illas vero tres Personas unum Deum esse, quia eandem [illegible] et eandem divinam habent [illegible]. [illegible] vero quis explicite credit dicta mysteria, cum nulla concepta ratione [illegible] unitatem Dei, et Personarum Trinitatem; atque concepta idea, quod Deus sit unus, et quod Pater, Filius, et Spiritus Sanctus sint tres inter se distincti, et nihilominus tres sint, tali veritati suum præbet assensum, quia Deus id dixit. Hoc autem secundum quisque rudis præstare potest, saltem dum a proponente talem veritatem, V. G. a Parocho eum [illegible] proponi audit. Quod sufficere ad salutem iis rudibus, qui nullo modo memoria retinere possunt talia mysteria, tenet P. [illegible] hic Tract. [illegible] num. 21, existimatque nostra, [illegible] Patrum

273. Ad alteram confirmationem, quidquid alter existimet P. Dominicus Viva in expositione propositionis [illegible] ab Innocentio XI. damnatæ, de qua infra dicemus, nostris principiis in [illegible] concessa sequela, minor propositio est neganda. Non enim id est imponere jugum importabile, et onus gravissimum; sicut non est imponere tale jugum, et onus, ubi rudis ex malitia [illegible] [illegible] in Sacramentali confessione aliquod mortale peccatum ex malitia omisisset, eo quia nempe non sufficeret in confessione [illegible] re necessaria, quoniam post diligens examen recordatur. Sic [illegible] ser [illegible], notitiam explicitam Trinitatis, et Incarnationis necessitate medii necessariam esse ad utramque salutem ita ut neque [illegible] communis sententia docens, eandem esse nostram ac veterum Patrum fidem antiqui testamenti [illegible] juxta Augustinum [illegible] 157 ad [illegible] ajentis eadem fides est, et illorum, et nostra, et [illegible] gratia, [illegible] 44 dicentes ea quoniam fides justos sanavit antiquos, quæ sanat et nos Communis omnium sententia, sicut et S. Augustini loquuntur in hac doctrina secundum se, et quoad sui substantiam spectata, non autem in his quoad nos quia sæpius nimis nobis expressius revelatum esset, et ad credendum propositum [illegible] explicite, etiam quoad necessitatem præcepti, quod veteribus, quod est talem. [illegible] id sit

Articulus Tertius.

De explicitè credendis necessitate Præcepti.

274. Dari præceptum obligans adultum rationis compotem ad explicitè credendum, et adhuc etiam ad distinctè sciendum nonnullas veritates à Deo revelatas, docent verba Xti Marc. ult. Apostolis suis in hunc modum præcipiens. Prædicate evangelium omni creaturæ; qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui non crediderit, condemnabitur et Joan. 14. Creditis in Deum, et in me credite. et expressius 1ma Joan. 3. Hoc est mandatum ejus, ut credamus in nomine Filii ejus. Quinimo et dari præceptum speciale, et secundùm se, seu ratione ipsius virtutis divinæ fidei obligans ad distinctè sciendum, et credendum aliquas veritates ex revelatis à Deo, constat ex propositione 16. inter damnatas ab Innocentio XI., quæ asserebat: Fides non censetur cadere sub præcepto speciali, et secundùm se. Atque hinc difficultas solùm oritur in assignandis iis articulis, qui necessitate præcepti sunt credendi. Atque circa dubium hoc multiplex circumfertur

275. sententia. Prima docet, sapientes, et rudes, seu vulgares fideles sufficere explicitè credere, Deum esse unum, et bonorum operum Remuneratorem, et malorum vindicem, ac reliquas fidei veritates implicitè credere, credendo nimirum verum esse, quidquid Deus Ecclesiæ revelavit. Verum sententia hæc nunc ab omnibus rejicitur, quinimo nonnulli inter hæreticos propositiones reponunt, et à Gregorio XI. damnatam asserunt. Ceterum implicitè credere quidquid Deus revelavit ad necessitatem medii pertinet, cum hoc modo credere ipsa divina authoritas infallibilis exigat. Altera sententia est, quod Adulti rationis compotes necessitate præcepti solùm teneantur explicitè, et distinctè scire, et credere mysteria, quæ solemni ritu celebrantur in Ecclesia Romana. Tertia docet, ab Adultis ratione valentibus credi explicitè, et distinctè sciri debere omnes Articulos in Symbolo Apostolorum contentos, et præter hos alios contentos in Catechismo Puerorum vulgari idiomate exarato. Quarta tandem docet, ad satisfaciendum præcepto divinæ fidei sufficere distinctè scire, et credere quoad substantiam singulos articulos in Apostolorum Symbolo contentos. Et cum hæc sententia sit nostra

276. Propositio. Tenetur Adultus rationis compos ut satisfaciat præcepto speciali divinæ fidei, secundùm se spectato, secundùm substantiam saltem non solum distinctè scire, et explicitè credere debet, Deum esse unum in essentia, ac trinum in Personis, Remuneratorem bonorum operum, ac vindicem malorum, ac Verbum Divinum esse incarnatum; sed etiam reliquos Fidei Articulos in Symbolo Apostolorum contentos; ita tamen ut satis sit, reliquas veritates à Deo revelatas, credere implicitè. Ita Salmanticenses, Palaus, Bonacina, Valentia, Vasquez, Suarez, et alii quamplures. Atque sententia est ad mentem D. Thomæ qui postquam 2.2 Q. 1. A. 9. in C. [illegible], quod necessarium fuit, fidei veritatem in unum colligi, ut facilius posset omnibus proponi ne aliquis per ignorantiam fidei à veritate deficeret. Deinde Q. 2. A. 5. in C. subjungit: Quantum ergo ad prima credibilia quæ sunt Articuli fidei, tenetur homo explicitè credere, sicut et tenetur habere fidem. Quantum autem ad alia credibilia non tenetur homo explicitè credere, sed solum implicitè, vel in præparatione animi. Quoad [illegible] autem [illegible] nemo [illegible] unitatem Dei Remuneratoris, Trinitatem Personarum, atque incarnationem [illegible]

ex supradictis. Ea enim nedum sunt primarium objectum fidei nostrae, sed etiam sunt necessario credenda necessitate medii. Quoad ceteros vero Symboli Apostolorum Articulos vel satis evincitur ex eo, quod Apostoli, ut legitur in Catechismo Romano part. 1 Cap. 1 num. 2, Spiritu Sancto afflati talem regulam fidei condiderunt, cum a Christo Domino mandatum accepissent, ut in universum Mundum proficiscerentur; atque omni creaturae Evangelium praedicarent, ea quidem intentione, et fine, ut omnes idem sentirent, et dicerent, neque ulla schismata essent inter eos, quos ad unitatem fidei vocassent, sed essent perfecti in eodem sensu, et in eadem sententia, seu ut est Aug. serm. 181 de tempore, Apostoli certam regulam fidei tradiderunt quam secundum numerum Apostolorum duodecim sententiis comprehensam symbolum vocaverunt, per quam credentes catholicam tenerent unitatem, haereticam convincerent pravitatem. Porro in tali regula [illegible], quae non sit ab ipsis Apostolis, ipsi a Spiritu afflatis, aut confecisse, seu conventum provenisse, aut plura, quam sub praecepto divino fidei cadunt, credidisse, ergo fides omnium Articulorum Symboli Apostolici sub praecepto divino fidei cadit; ita tamen ut tali praecepto attento illos explicite credere Adultis ratione utentibus sufficiat. Quod vel etiam patet ex eo, quod cum mandatum fuerit Apostolis praedicare Evangelium, per consequens et praeceptum sit omnibus scire, et credere summam doctrinae evangelicae; summa autem doctrinae evangelicae praecipue continetur in Apostolorum Symbolo juxta illud Aug. quod habet serm. 135 de Tempore inquiens de Apostolico Symbolo: Symbolum est regula nostrae fidei, brevis, et grandis, brevis numero verborum, grandis pondere sententiarum: ergo &c. Et sane si juxta certam sententiam Adulti ratione utentes tenerentur aliqua contenta in Apostolorum Symbolo explicite credere, et quidem ex praecepto divinae fidei, quare et non tenebuntur reliqua in eo contenta et scire, et credere; cum tali praecepto attento non sit potior ratio pro uno, ac pro altero articulo? ergo &c. Unde in Canone Ante viginti dies, in Canone Baptizandos, et in Canone Non liceat de consecrat. dist. 4. mandatur, ut Adultus baptizandus prius symbolum sciat. et in Canone Symbolum eadem dist. praecipitur, ut ~~octo~~ octo dies Dominicae Resurrectionis Symbolum praedicetur in ecclesiis, ut sciat quisque illud sciat, ut praesente fidei [illegible] satisfaciat: Et, omissis aliis, in Canone Deus, de Poenit., et Remiss. in [illegible] ad [illegible] symboli requiritur; ergo &c.

277 Dico 3o primo. Ut satisfiat praecepto speciali divinae fidei, secundum se spectato Non ~~[illegible]~~ [illegible] enim sed ubi lator, per accidens, et vi aliorum praeceptorum et alia distincta scire, et explicite credere oportere ab ipsis Adultis rationis usum habentibus, et primo, tenetur est quemlibet Adultum rationis compotem saltem quoad substantiam tenere scire praecepta Decalogi et Ecclesiae, Orationem Dominicam; quibus saltem ex Ecclesiae consuetudine addenda videtur Salutatio Angelica. Et primo quidem Praecepta Decalogi, et Ecclesiae, quia unusquisque servare tenetur, non ea tam non scitur, ut servanda, et servanda sunt. 2o et Orationem Dominicam, quia cum ex praecepto teneamur [illegible] orare, atque Oratio Dominica quae vulgo dicitur Pater noster, sit illa Oratio, quam Christus Dominus [illegible] ~~[illegible]~~ saltem quoad substantiam [illegible] 3o et Salutationem Angelicam, quae vulgo Ave Maria nuncupatur, quia cum sit modus singularis [illegible], et instrumentum speciale [illegible] ad Sanctos [illegible], quos veneramur, [illegible] tanquam totius generis humani advocatam, et [illegible] nostram, nequit non [illegible] saltem sub levi Christianos, ut apud Salmanticenses plures sentiunt Doctores.

278 Secundo etiam fatendum est, fideles Adultos scire debere, et credere ea quae pertinent ad sacramenta, et praesertim quoad ea, quae tenentur, aut volunt suscipere. Scire scilicet debent, quid ea sint, et quam habeant efficaciam; et virtutem, quosque effectus producant, nec non quaenam dispositiones ad illa rite suscipienda sint necessariae; tandem an, et quando ad ea percipienda urgeat obligatio, ut per se patet. Horum enim omnium cognitio jam est necessaria ad satisfaciendum suae obligationi, et ad recipiendum rite, et cum fructu ipsa sacramenta. Quibus et addes, unumquemque teneri scire obligationes ad suum statum, munus, ac officium pertinentes, utpote cum quodlibet praeceptum ad sui cognitionem obliget.

279 Dixi 2do in propositione secundum substantiam saltem; quamvis Sacerdotes, et praesertim animarum Curatores, Parochi, Confessarii, et Concionatores teneantur habere eam scientiam rerum fidei, et Praeceptorum quae et aliis explicare, et difficultates saltem communes intelligere, ac diluere possint juxta illud Malac. 2 Labia sacerdotis custodiant scientiam, et legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est: utpote cum sine tali cognitione alios valide instruere non possint: Quinimo quamvis Episcopi longe ampliorem, et perfectiorem cognitionem habere debeant, cum ex officio teneantur fidem explicare, tueri, et haereticorum fallacias dissolvere juxta illud ad Titum 1., et 1mae ad Timot. 3. Oportet Episcopum esse doctorem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt arguere: Quamvis, inquam, praedictae personae talem scientiam rerum credendarum, ac praeceptorum habere teneantur; attamen loquendo praesertim de indoctis, agrestis, et rudibus hominibus, qui nullo speciali munere ad docendum alios tenentur, sufficit, si vel substantiam articulorum credendorum percipiant, et firmiter credant, licet modum, et rationem ipsorum Articulorum ignorent. Sic v.g. sufficit, quod sciant Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum esse tres inter se distinctas Personas, ac unamquamque esse Deum, et tres unum tantum esse Deum, licet nesciant rationem reddere, cur illae tres Personae sint inter se distinctae et unus Deus: Sic loquendo de Deo Omnipotente Creatore caeli, et terrae, satis est, si cognoscant, creaturas omnes ab ipso Deo conditas esse, licet ignorent in tempore, et ex nihilo factas esse, et sic cum proportione de ceteris Symboli Articulis loquendo. Atque ratio est, quia fidei veritates quantum ad fidei praeceptum, sufficit scire eo modo, quo in fidei regula, qualis est Symbolum, ab Apostolis expositae fuerunt, ne dicamus, eos nos diminute docuisse, quoad substantiam autem, et non quoad modum talium Articulorum fides in Symbolo exponitur. Dicit, ergo Deus Fides tum fundamento. Si Fides explicita omnium Articulorum,

280 qui in symbolo Apostolorum continentur, caderet sub [illegible] necessarium, nemo Adultus justificari posset sine tali fide; hoc autem falsum est: Nam ad justificationem gratiam, quamvis vitae aeternae consequendam sufficit fidei [illegible] ac Rationis, ut patet ex illo Matth. ult. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: utpote cum ad baptismum recipiendum nonnisi Fides Trinitatis requiratur: Et clarius ex illo Joan. 3. Qui credit in Filium, habet vitam aeternam: et omissis aliis ex illo ad Gal. 2. Scientes, quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi. ergo Deus 2do Ad satisfaciendum Praecepto fidei sufficit explicite credere ea mysteria, quae solemniter in Christi ecclesia celebrantur, ut docet S. Thomas 2.2. q.

A 7 in 8. requiri. Post tempus autem gratiae revelatae tam majores, quam minores tenentur habere fidem explicitam de mysteriis Xti, praesertim quoad ea, quae communiter in ecclesia solemnizantur, et proponuntur: Sed autem veritates, et mysteria in Apostolorum symbolo contenta ritu solemni in ecclesia non celebrantur, ergo &c. ..... 3tio. Ut praecepti divini fidei non videtur necessarium credere 1mo B. Virginem mansisse virginem etiam post partum: 2do circumstantiam patiendi Xti sub Pontio Pilato, aut etiam genus mortis ipsius Xti, scilicet crucifixionem. 3tio circumstantiam sedendi Xti ad Patris dexteram: et tandem 4o minus Xti descensum ad inferos, qui hic in Niceno symbolo omittitur; ergo &c. Pariter praeceptum latum omni fideli debet esse cujusque capacitati proportionatum: porro plures sunt rudes, qui nonnullos ex Articulis in Apostolorum symbolo contentis non valent percipere, ut ipsa praxis monstrat, ergo &c. Respondeo ad 1um quaerendo, an argumentum
281 procedat de Adulto rationis compote invincibiliter ignorante; an vero de Adulto vincibiliter ignorante mysteria in Apostolorum symbolo contenta: si 1um, cum tunc a culpa habeat excusare; et adeo gratiam justificationis non impediat talis ignorantia, dummodo non sit circa ea, quae necessitate medii sunt necessaria, neganda est, propterea major: sin vero secundum contingat, tunc iterum advertendum est, an taliter ignorans sincere doleat de sua negligentia, et efficax propositum ignorata addiscendi eliciat; vel non? si hoc secundum contingat, certe justificari non poterit, utpote cum velit in peccato perseverare affectum nutriendo ad suam ignorantiam jam culpabilem: si vero illud primum contingat, jam poterit justificari, dummodo fidem habeat de necessario credendis necessitate medii; sicuti fit justificari, qui de furto a se facto sincere dolet, et efficax propositum ablata restituendi quamprimum potest, elicit.

282 Atque ex his quoad ad minorem spectat dicendum est, scripturam ijs in locis asserentem necessitatem fidei explicitae Articulorum fundamentalium nostrae Religionis, aut etiam necessitate medii necessario credendorum, non excludere necessitatem praecepti aliorum Articulorum, qui in Apostolorum symbolo continentur, sicuti non excludunt necessitatem fidei explicitae [illegible] existentis, ac Remuneratoris supernaturalis et proinde scripturam in sensu positivo, non exclusivo loquitur.

283. Ad 2dum negandum est assumptum, quod ex D. Thoma non probatur. Nam, ut patet ex titulo Articuli, s. Doctor ibi non instituit quaestionem de omnibus fidei veritatibus ex praecepti necessitate credendis; sed tantum de credendis circa Incarnationis mysterium. Quanquam si ex praecepto generali omnia fidei explicite credenda essent omnia mysteria, quae solemni ritu in ecclesia celebrantur, plura etiam quae in symbolis expressis saltem non continentur, credenda forent: puta Xti circumcisio, Adoratio Magorum, Praesentatio in templo, Spiritus sancti Adventus, B. Virginis Immaculata Conceptio, Nativitas, Annunciatio, Purificatio, Assumptio, et hujusmodi alia, quorum celebris, et solemnis festivitas fit in Xti ecclesia: quod si communiter rejicitur a Doctoribus.

284. Ad 3tium, si vera sunt, quae ibi afferuntur, et a nonnullis asseruntur dicendum est, ea non pertinere ad substantiam Incarnationis Verbi Divini, Reparationis humani generis re-

mortem ipsius Xti operatam esse, sed esse circumstantias accidentales, tales enim, ut sine illis eo modo mysterium adhuc intelligatur: et proinde nostram sententiam non oppugnant, utpote cum vi praecepti fidei asseramus, nos tantum teneri quoad substantiam scire, et credere explicite singulos Articulos, seu mysteria in symbolo Apostolorum contenta. Ceterum quod attinet ad B. Mariae virginitatem etiam post partum, Salmanticenses de Principiis Moralitatis Tract. 21. Cap. 2. Punct. 4. §. 1. num. 42 cum Suarez, Bañez, Palao, et aliis pluribus censent, adultos eam explicite scire, et credere debere, tum quia in Apostolorum symbolo distincte dicitur Christum natum esse ex Maria Virgine: ac nomen Virginis absolute prolatum virginitatem dicat pro omni tempore, tum quia talis virginitas etiam post partum quam maxime commendat excellentiam Incarnationis Divini Verbi.

285\. Quoad secundum vero iidem Salmanticenses loco mox citato quamvis fateantur, circumstantiam patiendi sub Pontio Pilato mere accidentalem esse ad Redemptionem humani generis, atque ad eam nullum conducere, atque adeo in praecepti fidei fideles ad eam credendam explicite non teneri, id tamen non extenditur de genere Mortis Xti, quae fuit crucifixio; et proinde hanc distincte sciendam, et explicite credendam probant, tum ex eo, quod specialiter haec circumstantia crucifixionis praedicatur a D. Paulo 1. Corint. 1. dicente: Praedicamus Xtum crucifixum. tum quia sacra Congregatio de Propaganda Fide sub Innocentio XI. Ministris evangelicis quaerentibus, an tenerentur in Regno Chinarum praedicare Xtum crucifixum, ejusque sanctissimam imaginem ostendere maxime in ecclesiis, cum eveniat, ut Gentiles scandalizarentur ex tali praedicatione, et ostensione, et magnam stultitiam judicarent? Sacra ipsa Congregatio respondit, non tamen tali ratione abstinere a Praedicatione Passionis Domini, et convenientem esse imaginem Xti crucifixi haberi in ecclesiis, quinimo curandum, ut quoad opportune fieri possit, tales imagines exponerentur.

286\. Hoc idem praelaudati Salmanticenses ad ultimum respondent, quemlibet nempe adultum vi praecepti fidei teneri explicite credere Xti Domini sessionem ad Patris dexteram, scilicet, quatenus Deus est, aequalem gloriam cum Patre habere, et quatenus homo est, habere summam potestatem in Angelos, et homines, ac gloriam ejus superare quamcumque aliam creaturarum gloriam, et excellentiam. Quod et de descensu ad inferos asserendum, cum per hujus Articuli fidem cognoscatur, efficaciam Redemptionis Xti usque ad inferos penetrasse.

287\. Ultimum tandem argumentum non urget; nam in minimis non est denegandum alicujus praecepti existentia ex eo, quod unus vel alter ex iis, quibus imponitur, sit impotens ad illud implendum, quia alias vix ullum praeceptum humanum assignari posset, cum semper inveniantur, qui eo exequi nequeunt. Praeterea in casu nostro absoluta impossibilitas locum non habet; nemo enim, quantumvis maxime rudis, dummodo usum rationis habeat, est, qui adhibita sibi possibili morali diligentia, saltem crasso modo non possit nonnisi substantiam Articulorum Symboli Apostolici [illegible] et qui forte aliquis ob impotentiam a transgressione [illegible] excusabuntur. Verum in praxi cauta procedatur, ne ignorantiam invincibilem [illegible] [illegible], ubi saepe est vincibilis ob negligentiam sive procurandi instructionem, vel curandi ipsi parochi addiscendi. [illegible]

Pro dictorum complemento, quaeres primo an sit obligatio non tantum [illegible], sed etiam memoriae mandandi Symbolum Apostolorum, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, praecepta Decalogi etc.: 2do Quonam tempore Adulti ad ea addiscenda

teneantur? et tandem an absolvendus sit, qui mysteria Fidei divina ignorare dignoscitur?

289 Ad primum ex dictis jam patet quemlibet Adultum sub gravi teneri quoad substantiam instructum esse, uno veritates singulas in Apostolorum symbolo contentas, adeo ut interrogatus suae responderet, v. g. Deum esse unum, et tres esse ejus Personas, quarum quaelibet est verus Deus: Verbum Divinum, scilicet secundam Trinitatis Personam carnem assumpsisse humanam ex Maria Virgine, et adeo Christum esse verum Deum, et hominem simul, ac deinde passum, et mortuum esse pro humani generis Redemptione, et salute &c. Quamvis deinde contingat ut de ijs rationem reddere nequeat. 2do quoad Dominicam Orationem teneri sub gravi scire, omnia bona tum animae, tum corporis, scilicet tum Spiritualia, scilicet remissionem peccatorum, gratiam bene operandi, et adimplendi legem, nec non aeternam beatitudinem; tum etiam corporalia, nimirum salutem corporis, victum, et vestitum, atque alia a Deo petenda esse, atque ab ipso Deo provenire, et nobis donari: 3tio quoad Decalogi praecepta pariter sub gravi teneri scire, a nobis laudandum, benedicendum, et colendum esse Deum, proximum diligendum, Parentes honorandos, neminem injuste laedendum &c. peccatum esse blasphemare, pejerare, mentiri, Parentibus non subservire &c. Quorum omnium ratio est, quia obligatio explicite credendi omnes fidei Articulos in symbolo Apostolorum contentos, ad Deum per orationem recurrendi, nec non Decalogum, ac ecclesiae praecepta exequendi est gravis; implicat autem alicui obligationi satisfacere, quin sciantur ea, quae sunt credenda, et facienda sub vi talis obligationis; ergo &c. Atque hinc solum difficultas remanet, an ex praecepto symbolum, Dominica Oratio &c. memoriae mandari debeant ab adulto rationis compote?

290 Circa quam communis sententia, tamen falsa, quinimo vera, testibus Salmanticensibus loco supracitato § 2. num. 50, docet, Adultos ratione praeditos sub veniali solum teneri memoriter scire, ac memoriae mandare praelaudatum symbolum, Orationem Dominicam &c. eo ordine, quo sunt composita atque in puerorum Catechismo leguntur; atque adeo ad vitandam culpam gravem sufficit illorum substantiam scire, etiamsi inverso ordine sciantur, ac composita sunt in praedicto Puerorum Catechismo. Et quoad primam partem vel patet ex juris Capitulis num. 270 relatis, et praesertim ex Concilio Moguntino tempore Caroli Magni habito, in quo can. 45 dicitur = Symbolum, quod est signaculum fidei, et Orationem Dominicam discere, semper admoneant Sacerdotes populum christianum, volumusque, ut disciplinam condignam habeant; qui haec discere negligunt, sive in jejunio, sive in alia castigatione corrigantur. Propterea dignum est, ut filios suos donent ad scholam, sive ad monasteria, sive foras Presbiteris, ut fidem catholicam recte discant, et orationem Dominicam, ut domi alios edocere valeant. et qui aliter non potuerit in sua lingua hoc discat = Hoc Concilium, quorum et ratio est quia symbolum praefatum orationem Dominicam atque Decalogi praecepta memoriae mandare non parum confert ad substantiae retentionem, quinimo si verba memoriae non mandantur, facile est, ut ceterae immutentur verbis, ac fortasse sensum contrarium habentibus utantur; ac proinde ad hoc incommodum vitandum obligatio saltem sub levi ad memoriter addiscendum est utcumque asserenda; cum &c.

291 Haec tamen ita intelligenda sunt, ut solum sit obligatio sub gravi memoriae retinendi ordinem, et verba ipsius symboli, et Orationis dominicae, et praeceptorum decalogi, aliorumque, dummodo jam memoriae retineatur ipsa substantia, quia nempe memoria verborum materialium et ordinis illorum est certe tantum medium levis in ordine ad sciendam, et credenda mysteria fidei, et praecepta Dei, et ecclesiae, cum ad his satisfaciendum sufficiat scientia quoad substantiam, ut dictum est; ergo &c.

292 Ubi tamen notandum est, nihil referre, an quis suo vulgari, an alieno idiomate praedictum symbolum, Orationem dominicam, praecepta decalogi &c. memoriae mandaverit, dummodo tamen sensum, et substantiam rei credendae, a Deo petendae, aut faciendae sciat, ut jam supra notavi. Quod dico, quia certe nihil prodesset, memoriae mandare sive suo, sive alieno idiomate verba, quibus praedictum symbolum, dominica oratio &c. constat, si interim nihil de substantia credatur, sciatur, et intelligatur, quia videlicet tunc quidem haberetur notitia verborum rerum credendarum, sperandarum &c., non autem mysteriorum, et rerum credendarum &c. Et proinde Animarum curatores, dum talia suis fidelibus sive alieno, sive suo idiomate proponunt, curent, et omnem dent operam, ut substantiam diluciddent, et clare exponant. Atque haec circa primum dubium, nunc

293 2° vero dico, unumquemque pro primo morali tempore, quo rationis usum adeptus est, teneri pro suo captu praelaudatum symbolum, Orationem Dominicam, decalogi, et ecclesiae praecepta &c. addiscere. Eo enim tempore, ut infra dicam, unusquisque tenetur vitam suam ad ultimum finem dirigere eliciendo actus fidei, spei, et charitatis theologicae, servando Dei mandata. Quod utinam alte insideat menti Parentum, ac Pastorum animarum, ne in re tam magni momenti suo muneri desint, redditurí rationem de animabus ab ipso Deo suae curae concreditarum. Atque ex his

294 Ad tertium dubium propositum distinguendum est in primis, an ignorantia poenitentis sit circa ea, quae certe sunt necessario explicite credenda necessitate medii, puta circa existentiam Dei Remuneratoris supernaturalis? An vero sit tantum circa ea, quae probabiliter, aut probabilius necessario sunt explicite credenda necessitate medii, puta circa mysterium SS. Trinitatis, et Incarnationis Verbi Divini? An sit tantum circa ea, quae necessitate praecepti sunt explicite credenda? Si primum dicendum est, quod sive talis ignorantia esset vincibilis, sive invincibilis, neque valide, neque licite poenitens absolvi possit, quantumcumvis doleat, et poeniteat suae ignorantiae, nisi prius distincte instruatur, et explicite credat. Fides siquidem fides est, ut ait Trid. humanae salutis, initium, radix, et fundamentum nostrae justificationis, sine qua, teste Apostolo Heb. 11., impossibile est placere Deo.

295 Si vero secundum eveniat, tunc neque sic tam facile poenitens absolvi poterit, praesertim extra mortis articulum, ut constat ex propositione damnata 64a ab Innocentio XI. proscripta, quae asserebat: *Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia Mysteriorum Fidei, et etiamsi per negligentiam, etiam culpabilem, nesciat Mysterium Sanctissimae Trinitatis, et Incarnationis Domini nostri Jesu Christi.* Et vero est non solum, quia quamvis iste Deo vero credatur, et illa addiscere proponat, non

pcitis praesumi sit emendatio, et debita deinde addiscendi sollicitudo, sed etiam, immo praecipue, quia sacramenti periculo frustrationis exponendum ob defectum fidei explicitae talium mysteriorum si non probabilius, saltem probabiliter necessariae necessitate medii ad justificationis gratiam obtinendam, ut supra dictum est. Ideo ergo non licet exponere sacramentum periculo frustrationis, quod semper fit cum tutiore omissa probabilem opinionem sequimur, cum nobis est, non licere &c.

246 Dixi tamen primo: saltem licite poenitentes absolvi non posse: quia videlicet non est ita certum, invalidam fore talem absolutionem, ubi poenitens sincere, et ex animo de sua ignorantia et negligentia addiscendi doleret; sicut certum est, eam fore illicitam. Absolutio enim tali poenitenti ignoranti data non fit dici nisi probabiliter, aut probabilius invalida, cum ejus invaliditas ex alio capite pati non fit, quam ex eo, quod talium mysteriorum fides explicita sit necessaria necessitate medii ad utramque salutem. Id tamen est tantum probabile, aut probabilius, ac proinde neque absolutio ... fit, ut supra innuimus ex S. Thoma, renatandos esse confessiones ab eo factas, qui laborabat ignorantia inculpabili mysteriorum Trinitatis, et Incarnationis; sed id tantum probabiliter, aut probabilius asseri fit. ... Dixi secundo: Praesertim extra mortis articulum.

247 Quia quamvis neque in mortis articulo constituto danda sit absolutio ignoranti talia mysteria, ubi instructio ad absolutionem praemitti possit; in rarissimo tamen casu, ubi nempe non suppetere tempus simul instruendi, et absolvendi moribundum, sub conditione absolutio danda erit, instructione non praemissa; quia semper loquendo de sacramentis ad salutem necessariis, sicut est poenitentiae sacramentum, licet sequi probabilem de valore sacramenti, sub conditione sacramentum administrando, ubi tutior sententia non est moraliter practicabilis, utpote cum per conditionem appositam irreverentia sacramento tollatur, et Christus Dominus sacramentorum auctor voluerit potius succurri necessitati indigentis sacramento, quam reverentiae sacramento: Porro certum est probabilem esse sententiam negantem necessitatem medii fidei explicitae SS. Trinitatis, et Incarnationis; ergo &c.

248 Quod si ignorantia mysteriorum fidei sit solum de iis, quae tantum necessitate praecepti sunt explicite credenda, tunc attendere oportet, an talis ignorantia sit invincibilis, et inculpabilis; an vero sit vincibilis, et culpabilis. Si jam invincibilis fuerit, puta quia instructorem non habuit, aut numquam venit in mentem de talibus mysteriis cogitare, aut quia ita hebes est, ut quantumvis omnem sibi possibilem diligentiam adhiberet, ut addisceret, percipere tamen non potuit, tunc videtur talem poenitentem absolvi posse, dummodo se paratum exhibeat ad mysteria ignorata addiscenda. Non enim videtur adesse causa, cur ei absolutio denegetur. Quamvis tunc consequi curabit confessarius brevem instructionem, quantum per tempus licebit, semper absolutioni praemittat, saltem efficiendo, ut ipso recitante, et explicante saltem fidei articulos, poenitens actum fidei eorum eliciat.

249 Sin autem ignorantia culpabilis fuerit eo quia v. g. noluit poenitens ... et alios instructorem quaerendo ... tunc absolutio deneganda est absolutio poenitenti non ... signa sincerae poenitentiae, et doloris de sua negligentia ... ita, ut supra num. 281. dictum est. Ubi vero poenitens det signa doloris, et sincerae poenitentiae, et ostenderet firmum, et efficax pro-

posito ignorata addiscendi, regulariter differenda est absolutio, cum non facile praesumi sit emendatio, ubi praesertim poenitens ad senium quod notabile tempus in tali ignorantia perseveravit. Non est tamen negandum, talem poenitentem ignorantem absolvi posse, ubi extraordinaria signa doloris daret, puta multis lacrymis suum malum statum deploraret, ac firmissime proponeret emendationem, aut etiam, ut docet Benedictus XIV. Pontifex doctissimus in Constitut. seu Epist. encyclica quae incipit: Etsi minime, data die 7. Feb. an. 1742. §. 12; eo casu, quo poenitens, se reum agnoscens de tali negligentia per se ipsum, et confessario non interrogante accusaret se, ac intime doleret, et ita [illegible] veniam deprecaretur, et confessario serio promitteret, impensam operam se daturum, ut ignorata disceret, et retineret: hinc siquidem emendatio facile praesumi fit. Sed jam ad exercitium actus divinae fidei.

Punctum Octavum.

De tempore, quo actus divinae fidei, elici debet.

300 Ab omnibus Adultis ratione utentibus debere distincte sciri quoad substantiam saltem singulas veritates in Apostolico Symbolo contentas, item Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Decalogi, et Ecclesiae praecepta, nec non ea, quae ad sacramenta cum fructu percipienda spectant, jam supra ostensum est, et sapientissime monuit Benedictus XIV. in nuperrime citata Constitut. §. 1. inquiens = Supervacaneum ducimus pluribus urgere argumentis, non satis esse ad caelestem Beatitudinem assequendam, confusum, et imbutum credere a Deo revelata, et ab Ecclesia Catholica proposita mysteria; sed hanc caelestem doctrinam divinitus traditam, et quae, ex auditu concipitur, Doctoris legitimi, ac fidelis ministerio itidem esse accipiendam, ut singillatim illius capita explicentur, et eorum aliqua necessitate medii, aliqua vero necessitate praecepti fidelibus ad credendum proponantur. Tertia licet per fidem justificari dicamur, cum ea sit humanae salutis initium, et fundamentum, [illegible], quam inquirimus [illegible], ut servari aliquando mereamur, satis compertum est, solam fidem non sufficere; sed viam nosse, constanterque tenere oportere, nempe praecepta Dei, et Ecclesiae; has virtutes, quas prosequi, haec vitia, quae studiose declinare debemus = Haec Summus Pontifex; et proinde modo solum restat videre de tempore, quo quis in actibus divinae fidei se debeat exercere [illegible].

301 Notandum est, praeceptum divinae fidei aliud esse negativum, et positivum aliud. Negativum est, quod semper, et pro semper, seu quolibet momento obligat ad non dissentiendum, aut supplicandum, vel dubitandum de ullis veritatibus sufficienter propositis ad credendum. De hoc autem praecepto divinae fidei in praesenti non est disputatio, quia certum est, vel ad minimum temporis deliberate dissentiri, vel [illegible], aut dubitare de minima etiam veritate a Deo tanquam revelata cognita maximam Deo inferre injuriam, utpote cum ipse Deus tanquam falli, aut fallere potens reputaretur, et proinde tota controversia est circa praeceptum positivum divinae fidei, quod scilicet pro certo tempore, sed non quolibet momento nos obligat ad eliciendum actum divinae fidei, scilicet ad explicite credendas nonnullas veritates a Deo revelatas, caeteras vero implicite per clausulam illam: credo quidquid Deus revelavit ecclesiae, et ecclesia mihi credendum proponit. Atque circa hoc

302 Iterum notandum est, bifariam aliquem posse obligari ad eliciendum actum divinae fidei, directe scilicet, seu per se et indirecte, seu per accidens. Tunc quis directe, seu per se tenetur

actum divinæ, et supernaturalis fidei explicite elicere, cum præcise attento, et spectato præcepto ipsius divinæ fidei quis tenetur firmiter assentire veritatibus à Deo revelatis, ut contingeret in casu, quo quis à Tyranno de fide interrogaretur, cum tunc præceptum divinæ fidei præcise secundum se spectatum nedum obligaret ad exterius profitendum ipsam fidem, sed etiam ad interius assentiendum veritatibus, de quibus interrogaretur. Tunc verò quis indirecte, seu per accidens obligatur ad actum divinæ fidei eliciendum, cum aliquo præcepto distincto à præcepto fidei urgetur, quod sine actu divinæ fidei exacte adimpleri non potest, ut eveniret in casu quo quis v.g. teneretur ad sacramentalem confessionem, quæ sine prævio fidei actu recte institui non potest. Hac utraque sic distincta obligatione, nunc quod ad primam spectat,

303. Dico primò ab ipsis Infidelibus exordiendo, Infideles, sub cujus nomine et veniunt judæi, teneri exercere actus divinæ fidei, et quidem vi præcepti talis virtutis, cum primum mysteria nostræ Religionis ipsis sufficienter proponuntur. Et ratio est manifesta. Infidelis enim, cum primum Religio catholica ei sufficienter proponitur tanquam vera, eam amplecti tenetur, et quidem vi præcepti divini ex vi ipsius divinæ fidei obligantis: Nullus autem prudenter operando potest amplecti Religionem, nisi prius tanquam vera admittat mysteria, quæ in ea traduntur, et adeò quin assentiatur eisdem, ut per se patet; ergo &c. Quod vel etiam constat ex eo, quòd si Infidelis tunc non teneretur fidem amplecti per exercitium actus ejusdem divinæ fidei, nec alio tempore ad id teneretur, utpote cum non possit reddi major ratio pro alio, quàm pro illo tempore; ergo &c.

304. Difficultas tamen est primò, an Infidelis nedum primo instanti morali, in quo omnes conveniunt, sed etiam primo instanti metaphysico teneatur amplecti fidem catholicam, et actum divinæ fidei elicere, postquam divina fides ei est sufficienter proposita? 2dò quomodo fides catholica censeatur sufficienter proposita, adhoc ut Infidelis eam amplecti teneatur?

305. Circa primum Sanchez lib. 2. cap. 1. num. 3. putat, illud primum instans moraliter accipiendum esse, sicuti de facto accipitur de baptismo loquendo, et proinde dilatio ad primum instans morale non est notabilis. Quod tamen non admittit Salas hic Tract. 4. Disp. 1. Sect. 12. num. 9 cum Coninch, Bannes, et alijs. et proinde existimat Infidelem primo instanti metaphysico, quo ei sufficienter proponitur nostra fides, teneri eam amplecti. Quod vel probat ex eo, quod si Infidelis vel per punctum metaphysicum resisteret, aut dubitaret de divina fide, postquam illi sufficienter est proposita, certè reus esset infidelitatis peccati: vix autem moraliter loquendo contingere potest sine suspicione, aut dubio saltem, quod quis suspendat actum divinæ fidei postquam illi est sufficienter proposita ipsa fides, cum tunc nulla ratio suspendendi assensum habeatur, quinimo adsit auxilium supernaturale ad assensum movens, et inclinans, ergo &c. Atque hinc ad paritatem de baptismo respondet, multas posse adesse causas illum suspendendi; quæ jam adesse non possunt in casu nostro pro actus fidei suspensione, et proinde sicuti quis suspendendo baptismum peccat, ubi nulla adest causa illum suspendendi; ità et in casu nostro peccat &c. Hæc Salas, quæ, ut verum fatear, in praxi satis dura mihi videntur.

306 Circa secundum autem supponendum est et tanquam certum tenendum, fidem nostram non posse dici sufficienter propositam Infideli et adeò non teneri eam amplecti,

cum à quolibet viro, etiam catholico, tanquam veram, et unicam in via
salutis [illegible] audit. Non enim viri prudentis est cujusque dictis as-
sentiri, nisi insuper ratio gravis assentiendi habeatur, juxta illud Eccles.
19. Qui cito credit, levis est corde. Et proinde Fides solum fit dici suffici-
enter proposita ad credendum infideli, cum vel per ministerium præ-
conii evangelici, vel alio modo ipse infidelis agnoscit talia, ac tanta
motiva militare pro fidei nostræ veritate, quæ ei suadeant nostram
Religionem tanquam evidenter credibilem, aut saltem tanquam proba-
biliter, aut probabilius veram, et unicam in via æternæ salutis. Ubi est
adnotandum est, tanquam certum, ac indubitatum ab omnibus admitti, In-
fideli esse sufficienter propositam nostram fidem; adeoque eam statim
amplecti teneri, cum primum advertit, talia, ac tanta motiva pro ipsa mi-
litare, quæ illam tanquam evidenter credibilem ostendant. Tunc enim
infidelis fidem nostram ita agnoscit esse medium necessarium in via
æternæ salutis, ut nullo modo prudenter suspicari, aut dubitare de eo
possit. Porro quisque tenetur statim tale medium amplecti; ergo &c.
Atque hinc tota difficultas est, an infideli censenda sit nostra fides
sufficienter proposita ad credendum, ita ut eam amplecti teneatur,
cum per motivum probabile, aut probabilius ei proponitur? Et circa dif-
ficultatem hanc   Dico, infidelem saltem indirecte teneri ample-
307. cti nostram fidem, nedum cum ei probabilior, quam sua secta, ap-
paret; verum etiam cum certo probabilis, seu sub motivis vere gra-
vibus tanquam vera, et credibilis ei exhibetur. Quod ita probatur. In-
fidelem enim saltem indirecte teneri amplecti nostram fidem,
nedum cum ei probabilior, quam sua secta apparet; verum etiam
cum certo probabilis, seu sub motivis vere gravibus tanquam vera,
et credibilis ei exhibetur, stat in hoc, quod tunc infidelis teneatur
diligenter inquirere de fidei nostræ credibilitate, et veritate, adeundo
viros doctos, et peritos pro instructione, [illegible] Deum orando, ut ei
veritatem ostendat, ac veræ fidei lumen, et donum sibi concedere
dignetur: Et quod hac diligentia, et studio adhibito, fides nostra
ex tunc ei fiat ita credibilis, ut nonnisi per summam imprudentiam
de eadem suspicari, aut dubitare possit: utrumque ita est; ergo
infidelis saltem indirecte &c. Major utpote continens ideam obli-
gationis indirectæ talis per se est manifesta, minor autem quoad
primam ejus partem vel ex eo constat, quod ubi agitur de mediis absolu-
te necessariis ad æternam salutem, qualis est vera fides, cum sine eo
impossibile sit placere Deo, quisque tenetur sequi partem tutiorem,
et nunquam quiescere, quousque evidenter ei innotescat, qualis sit vera
Religio, in qua recte vivendo æterna salus tuto possit comparari.
Quoad alteram vero partem eadem minor patet etiam ex eo, quod
nostra fides reipsa est unica via, qua æternam salutem consequi
possumus, atque pro ea militant argumenta evidenter suadentia
ejus credibilitatem, adeo ut nonnisi per summam imprudentiam
de ea suspicari, aut dubitari possit, verum etiam Deus, qui illumi-
nat omnem hominem venientem in hunc mundum, ita operante, et
[illegible] quantum fit, non denegabit gratiam, qua ad veræ fidei
lumen perveniat. Tenendum ergo est &c. Unde merito Innocen-
tius XI. damnavit hanc doctrinæ propositionem. Ab infidelitate excusa-
tur infidelis non credens ductus opinione minus probabili: cu-
jus sensum exponebam num. 238. quem attente, et diligenter
[illegible]

308\. Dixi autem: *infidelem saltem indirecte teneri amplecti nostram fidem*: ut indicarem, nostram mentem non esse, quod infidelis, statim ac nostra fides ei appareat tantum tanquam certo probabilis, aut etiam probabilior, eam amplecti teneatur circa ejusdem mysteria actus fidei eliciendo. Sic enim, et supra num. 229. ex doctrina ecclesiae, propugnavi ad actum divinae fidei eliciendum non sufficere judicium credibilitatis mere probabile, aut etiam probabilius de divinae revelationis existentia. Hac vero ratione arbitror, posse conciliari sententias doctorum, quorum aliqui, ut Salmanticenses, Bannez, Ledesma, Laymann, Sporer, et alii absolute sustinent, infidelem teneri nostram Religionem amplecti, statim ac ei probabilior prae sua secta appareat: Alii vero, inter quos Salmant. allegant Thomam Sanchez, Vasquez, Aragonium, et alios, talem obligationem absolute negant. Haec circa infideles. Nunc de Fidelibus loquendo

309\. Dico 2do, Omnes Fideles, cum ad usum rationis pervenerint, eisque sufficienter proposita fuerint mysteria Fidei, teneri elicere actum divinae et supernaturalis fidei, qui scilicet sit assensus propter divinum testimonium infallibile. Ita communis sententia, quae non obscure videtur suaderi ex illo Marc. ult. *euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae: qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit, qui non crediderit, condemnabitur*. Ubi Christus annunciationi evangelii conjungit fidei exercitium. Ratio autem est, tum quia reverentia debita divinae veracitati in revelando exigit, ut assensum cito praestemus veritatibus ab ipso Deo revelatis, nobisque sufficienter propositis, adeo ut non nisi summa injuria in ipsum Deum talis assensus ad notabile tempus differri possit; tum quia homo ut est a Deo elevatus ad Beatitudinem supernaturalem ad longum tempus differre non potest uti mediis ad ipsam beatitudinem consequendam ordinatis; inter quae media primum est ipsa divina fides; ergo etc.

310\. Dixi 2do: *eisque proposita sufficienter fuerint mysteria fidei*: ut indicarem ad incurrendam a pueris hanc obligationem de convertendo ad Deum per actum divinae fidei non sufficere rationis usum, sed requiri, ut eis a Doctore proponantur ipsa mysteria credenda, et simul obligatio credendi. Quandoquidem enim fides sufficienter non proponatur, ejusque obligatio cognoscatur, non potest dici obligatio. Ex quo patet vero quemadmodum possit damnari pueros tanquam reos peccati gravis per talem omissionem, eo quia vel nondum fuerunt instructi de mysteriis credendis, vel de praecepto, et obligatione credendi, vel etiam quia moraliter longa non fuit eorum dilatio, sed tantum ad breve tempus morale, quod tamen morali modo in praesenti est accipiendum, ut notant Doctores.

311\. Dico 3tio, Adultos rationis compotes teneri exercere actus divinae et supernaturalis Fidei tum in Mortis Articulo, cum scilicet probabile mortis periculum imminet, tum etiam cum contra fidem tentantur, ubi sine tali exercitio est periculum succumbendi tentationi; item et ubi adest praeceptum, … se obligans ad exterius fidem profitendam; similiter et ubi Fidelis adultus habitum divinae fidei per infidelitatem amisit, tunc scilicet quam primum ipsi fides sufficienter proponitur, actum fidei exercere tenetur. Et quoad primum partem quae est communis sententia, vel patet ex eo, quod si homo aliquo tempore tenetur se Deo conjungere per actum divinae fidei, eo certe tenetur,

quo ultimum vitæ sibi superesse videt, præsertim cum Divina fides sit radix
et fundamentum cæterarum virtutum, quibus imminens tunc tendere vitæ,
cumque colere debet, ut hinc verificatur, quod sicut justus ex fide viva
re, sic et ex fide mori debeat. Unde patet, ab animarum curatoribus
moribundos præter cætera excitandos esse ad actus Divinæ Fidei, Spei,
et Charitatis theologicæ, et doloris de peccatis commissis.
312. Quoad alteram vero partem quæ pariter est
sententia communissima in scholis, ostenditur ex eo, quod sicuti Divinæ
fidei præceptum obligat ad nunquam dissentiendum veritatibus à Deo
revelatis, atque sufficienter ad credendum propositis, ità et obligat
vitare periculum proximum dissentiendi mysteriis ejusdem, cum
quodlibet præceptum per se non obligat tantum ad declinandam
ejus transgressionem; verum etiam ad evitandum periculum pro-
ximum transgressionis illius. Hic tamen moderatione utendum erit à Di-
rectorio cum conscientiis scrupulosis, et delicatis, quæ in fide tentan-
tur. His enim melius erit præcipere, ut advenienti tentationi po-
tius resistant mente alio statim divertendo, nihilque ei attenden-
do, cum plerumque eveniat, ut robustior evadat tentatio, ubi per
actus directè contrarios hujusmodi homines pugnare volunt, ut
313. ipsa docet experientia. Item quoad tertiam partem suadetur
ex hoc, quod quis nequit veraciter fidem suam profiteri, nisi
simul et interius veritatibus, quas confitetur, firmiter assentiatur;
sicut nequit quis dici orare, nisi mentem suam Deo, rebusque
divinis teneat applicatam. Cui et accedit præsertim pro casu, quo
fidelis à Tyranno ad fidem negandam adigebatur, quod nisi interno
fidei assensu firmissimo se armaret, facilè eveniret, ut fidem
desereret; et proinde ad tale periculum vitandum se interno
fidei actu munire debet juxta illud 1. Petri Cap. 5. Cui resistite for-
tes in fide. Tandem quoad ultimam partem patet, tum quia
314. fides actualis explicita utpote basis, radix, et fundamentum justifi-
cationis per se est necessaria adulto carenti habitu divino fidei
ad veram justificationem; tum quia injuria per infidelitatem divinæ
veracitati illata nonnisi divinæ fidei exercitium est reparanda;
ac proinde solum difficultas esse fit, an quamprimum suffici-
enter advertitur ad injuriam Deo illatam, talis infidelis, seu hæ-
reticus teneatur actum divinæ fidei elicere. Talis autem obligatio
suadetur exemplo infidelis, qui ut supra dictum est, primo sibi
morali tempore à sufficienti propositione nostræ fidei eam
amplecti tenetur; pari ergo ratione et hæreticus primo morali
tempore, quo advertit sufficienter ad suum errorem, tenetur
denuo fidem amplecti, quod præstari non fit nisi, per actum
ejus divinæ fidei. Ità P. Antoine[?] La-Croix cum Oviedo, et aliis
hic Cap. 2. § 11. num. 52. Cui non officit paritas petita à præ-
cepto pœnitendi, quod non statim post mortale peccatum commissum
obligare videtur. Nam in primis cum satis probabilis sententia dicat illud
præceptum statim à commisso mortali peccato obligare, et sic par-
tes nobis favet. Cæterum discrimen est, quia ubi quis infidelis
veritati fidei sufficienter proposita primo morali tempore non as-
sentitur, cum medium suspensivum manere non possit intellectus inter
assensum, et dissensum; videtur non deponere, sed continuare in
suo dissensu et infidelitate. Quod tamen regulariter saltem non dici-
tur de eo, qui mortale aliquod peccatum commisit, licet actum vir-
tutis contrarium non eliciat. Tertio quia Fides est prima, et maxime ne-
cessaria virtus ad omnem actum supernaturalem. Pœnitentia autem talis
virtus non est, ac proinde paritas non subsistit.

315. Dico 4.º, divinam, et supernaturalem fidem per se, et directè pluries in vita, præterquam in supra relatis casibus, obligare Adultum rationis usum habentem ad sui exercitium. Hæc sententia ita generatim probata certa est ex pluribus propositionibus ab Alexandro VII., et Innocentio XI damnatis: Primo enim Alexander VII. damnavit hanc ordine primam propositionem: Homo nullo unquam vitæ tempore tenetur elicere actum Fidei, Spei, et Charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium. Deinde Innocentius XI sequentes proscripsit propositiones quarum prima ordine 16. dicebat Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, et per se. Altera ordine 17 erat his terminis expressa. Satis est actum fidei semel in vita elicere. Tertia ordine 65. est. Sufficit illa mysteria semel credidisse. Aliquoties ergo in vita ex præcepto divinæ fidei nostræ in ejusdem actibus nos exercere debemus. Quinimo non sufficit ad satisfaciendum tali præcepto si singulis quinquenniis actus fidei divinæ eliciamus, ut clare colligitur ex propositione 5. ab eodem Innocentio proscripta, quæ est hujus tenoris: Probabile est, ne singulis quidem rigorosè quinquenniis per se obligare præceptum charitatis erga Deum. Cum jam eadem saltem esse debeat vis præcepti divinæ Fidei, ac divinæ charitatis, dum utraque est necessaria necessitate medii ad utramque salutem. Pluries ergo in vita nobis incumbit obligatio exercendi actus divinæ fidei.

316. Atque hinc ~~satis recepta~~ sententia docet, unumquemque Adultum rationis compotem teneri saltem semel in anno in [illegible] actibus divinæ, et supernaturalis fidei se exercere. Quod ostendi solet, et probari exemplo præcepti confessionis sacramentalis, et Eucharistiæ, quæ licet sint affirmativa, et ideo non quolibet tempore obligent, sed tempus indeterminatum respiciant etiam, ut patet ex Ecclesiæ determinatione semel in anno obligant; sic ergo saltem semel in anno præceptum divinæ fidei obligabit, utpote cum hæc virtus nedum sit nobilissima, sed etiam absolutè necessaria, ut homo Deo placeat. Ratio autem est quia si saltem semel in anno non teneremur, actum divinæ fidei elicere, hæc virtus esset ferè otiosa, et valdè refrigesceret, atque insuper homines essent in maximo periculo eam perdendi, ut per se patet; ergo quisque Adultus &c.

317. Dixi: saltem semel in anno, quia sunt nonnulli, inter quos Joannes Nider, qui volunt præceptum divinæ fidei obligare ad ejusdem exercitium iis saltem diebus, quibus solemniora Religionis nostræ mysteria ab Ecclesia celebrantur. Alii verò sunt [illegible] in [illegible] Dist. 9. q. unica § Dico secundo, qui docent, omnibus diebus festis esse obligationem actum divinæ fidei exercendi, cum jam iis diebus debeant exercere actus Religionis in ipsum Deum qui veluti fidei tanquam suo fundamento, et basi innituntur. Atque huic sententiæ non parum favere videtur Benedictus XIV. felicissimæ memoriæ Pontifex in præfundata Constitut. Etsi minimè, § 18 sic Episcopis mandans, et præcipiens = Et cum Christianam Religionem profitenti maximè necessaria sit consuetudo, et exercitatio sæpius eliciendi dictos actus (nempe, Fidei, Spei, et Charitatis Theologicæ), idcircò ne eorum usus circumscribatur angustis finibus, et exiguo numero, quibusdam singulis annis praefinito Episcopus suæ non minus, quam aliorum salutis studiosus, providè statuat ut in Parochijs, tum Urbis, tum Regionis Rectores Animarum, post Missam die festo celebratam, statim ante Aram provoluti, clara, et intelligibili voce dictos virtutum actus eliciant, et pariter satagant Populo, voce ab ipsis prolata devotè recitare. Hoc enim pacto Fideles sensim illos memoriæ mandabunt, et assuescent, nedum Festis, sed aliis etiam diebus, in hac re exercitatione versari = Hæc Summus, et magnus Pontifex, ex quibus si non [illegible] singulis diebus festis se exercendi in actibus virtutum theo-

loquendo, cuiquam, concluderem, mi laudabilem, et omnino imitandam esse maxime saepe sequens se in huiusmodi actus exercendi, et praesertim ab iis qui Populo tanquam viros suos praefuere, dorant, nempe a Clericis, vero ex iis qui in sortem Domini vocati sunt.

319 Si ita est, quaeres ergo, an ad satisfaciendum praecepto praedicto sufficiat credere in universum, v.g. dicendo: credo, quidquid Deus summa veritas in loquendo Ecclesiae revelavit, et Ecclesia mihi credendum proponit: vel saltem sufficiat explicite credere mysteria necessaria necessitate medii, implicite vero tantum mysteria necessaria solum necessitate praecepti?

Respondeo, quod quamvis frequentius fideles debent se exercere debent in illo actu credendi in universum, sicuti et in actu fidei explicitae circa mysteria necessaria necessitate medii, tamen nisi huiusmodi fides sit etiam explicita circa reliquas veritates in symbolo Apostolorum, et adeo necessarias necessitate praecepti non subierit, ut quis eas sciens, aut invincibiliter illas non ignorans, praecepto divino fidei saltem semel in anno obliganti satisfaciat. Ratio primi est, quia modus ille credendi in universum multoties opportunus videtur tum ad superandas tentationes contra fidem, ac Daemonis insidias eludendas, tum ad firmius manendum in fide. Secundi vero ratio est, quia veritates necessitate medii credendae sunt propria Christianae Religionis mysteria, quorum illius fundamentum, non sic veritates tantum necessario credendae necessitate Praecepti, sed hae sunt veluti quid accessorium illis, scilicet necessitate medii credendis. Porro ipso rationis lumine duce omnibus compertum est, nobis solertius elaborandum esse circa nostrae salutis fundamentum, quam circa reliqua minus necessaria, quae sunt tantum veluti quid accessorium illi; ergo etc. Tertii denique ratio est, quia, ut supra probatum est, Praeceptum divinum fidei obligat nedum ad sciendas, sed etiam explicite credendas veritates in Apostolorum Symbolo contentas; et proinde sicuti ad satisfaciendum praecepto virtutis Poenitentiae non sufficere dolor implicitus, et virtualis contentus nempe in actu charitatis Theologicae, qua Deus super omnia diligitur, ita non sufficit fides implicita Articulorum fidei, qui in Apostolorum Symbolo continentur, sed explicita est necessaria. Quamvis interim non dubitarem, eum satisfacere huic praecepto, qui mente sua retinens omnia in praedicto symbolo contenta, pronunciaret in hunc actu: Credo, quidquid Deus revelavit Ecclesiae, et Ecclesia mihi credendum proponit: utpote cum hic actus aequivaleat actui, quo distincte pronunciantur et crederentur Fidei Articuli in Apostolico Symbolo inclusi.

323 Dicebam contra huiusque dicta. Si res ita esset, non recte se gererent nonnulli Animarum Curatores, atque Ministri Evangelici unice contenti docere et instruere Fideles, eosque excitare ad explicite credendas veritates necessarias necessitate medii, puta Unitatem Dei, Remuneratoris bonorum operum, et vindicis malorum, Trinitatem Personarum, et Verbi Divini incarnationem, passionem, et mortem; reliquas vero fidei veritates necessarias nempe tantum necessitate Praecepti, implicite solum docent per clausulam illam: Credo, quidquid Deus revelavit Ecclesiae etc., ut habetur in formula actus Fidei typis edita, quae tam passim omnium manibus habetur: Hoc dici non potest; ergo etc. Quod etiam confirmatur ex ipsa praxi. Nam certi sunt non pauci inter ipsos Fideles, qui neque semel in anno illos actus fidei explicitos eliciunt, vel si eliciunt, solum eliciunt circa mysteria necessaria necessitate medii; et tamen nullus est, qui in sacramentali confessione id sibi accuset; imo vix est Confessarius qui id ab eis exigat, et ob hoc poenitentes suos neque tantum contingere audeat; ergo etc.

320\. . . . . Respondeo omittendo factum, et admittendo formulam illam Verum Parochis Animarum Curatoribus et Evangelicis Ministris oppono praxim longe plurium et piorum, et doctorum virorum, qui Animarum curæ saluti, et magno cum fructu invigilant, qui contenti non sunt docere, et instruere Fideles sibi demandatos, et ab ipsis repetere similem actum divinæ fidei, atque ultro amplectuntur aliam formulam, et typis editam, et ubique divulgatam immo oppositam compendio Doctrinæ Christianæ Venerabilis Bellarmini pro Romanis elaboratæ; [illegible] præfatorum virorum praxis, et formula ab ipsis adhibita nos non [illegible] a nostra sententia [illegible] præsertim cum, ut arbitror, mens non est prædictis viris loqui in sensu exclusivo, sed positivo tantum, quatenus volunt instruere præsertim rudes in magis necessariis, ac [illegible] mysteriis, quæ et ipsi rudiores et crassiores homines scire, et credere [illegible] debent, ab ulteriori instructione præscindendo an sit necessaria, ac satisfaciendum divinæ fidei præcepto saltem semel in anno obligante,

321\. [illegible] actum præparatorium ad sacramenta [illegible]
[illegible] contentantur. [illegible] est [illegible] tantos rudes simul et indoctos, ac nihil, aut parum de sua æterna salute sollicitos, et inter Pænitentes doctos, atque simul de sua salute saltem ordinario modo sollicitos. Si de primis sermo sit, licet forte eveniat, ut hi de sua culpabili omissione non accusent [illegible] nunquam [illegible], ut doctus, et prudens confessarius illos non interroget. Si vero de aliis loquamur, tunc confessarii eos non solent interrogare [illegible] quia prudenter supponitur, eos necessaria ad salutem scire [illegible] vix accidere fit, ut suæ obligationi non satisfecerint. Nam [illegible] evenient, ut ii neque per totum anni decursum actum divinæ fidei elicuerint ex animo, et intentione, ut præcepto divinæ fidei satisfacerent; attamen vix fieri [illegible] ut exercitio aliarum virtutum, Religionis V. G. aut sacramentorum [illegible] occasione, aut alia de causa actum divinæ fidei non elicuerint. Quod utique sufficere [illegible] est, ut dixi in Tractatu de Legibus [illegible] 6. § 3. num. 399, ubi ostendi ad satisfaciendum Præcepto affirmativo non requiri intentionem satisfaciendi Præcepto, et adeo sufficere ut opus præceptum [illegible] modo ponatur. Atque hæc de divinæ fidei præcepto per se, et ratione sui [illegible] obligantis ad sui exercitium. Nunc de obligatione indirecta divinæ Fidei loquendo . . .

Dico 3tio, quemlibet Adultum rationis compotem

322\. per accidens teneri elicere actum divinæ Fidei, cum urgetur præcepto alicujus operis [illegible], quod sine fide vitè, et recte [illegible] modo præstari non sit. Atque res ipsa est manifestum, cum [illegible] quod obligat ad opus aliquod vitè, et recte peragendum hoc ipso obligat ad [illegible], sine quibus tale opus vitè, et recte peragi non [illegible]. Atque hinc cum quis nequeat pro merito diligere Deum, atque ipsum diligere sine fide [illegible] talium [illegible], [illegible] nequeat vere, et sincere dolere de [illegible] suis, veramque pœnitentiam agere quin prius credat [illegible] revelata, et promissa [illegible], ut [illegible] pariter nemo possit cum fructu sine fide orare juxta illud Rom. 10 Quomodo invocabunt in quem non crediderunt. Insuper quis cum [illegible] et sancta Ecclesiæ Sacramenta suscipere, quin prius eorum cognoscat, et credat virtutem, et efficaciam, jam cum urget obligatio eliciendi actus divinæ Spei et Charitatis, Theologicæ agendi pœnitentiam pro peccatis commissis, orandi, aut suscipiendi aliquod sacramentum, hos actus divina fides præcedat, necesse est. Quod et [illegible] est, scilicet unumquemque per accidens teneri [illegible] actum fidei cum urget gravis tentatio V. G. contra castitatem, temperantiam,

humilitatem Dei, ubi tentatio nonnisi per exercitium actus divinæ fidei v. g. credendo mortem, judicium, infernum &c. superari potest, ut monemur i. Petri 5: Cui resistite fortes in fide.

553. Hæc, inquam, argumenta quidquam non evincunt. Nam quod ad 1um spectat, falsum est, idem esse periculum perversionis, ubi simpliciter quis audit librum prohibitum legentem, ac ubi quis per semetipsum illum legit, ut ipsa ostendit experientia. Concessum etiamsi id concedamus, adhuc argumentum non urget, quia, ut probavi in Tractatu de Legibus Can 8. §. 3 à num. 565, ob similitudinem, ac etiam identitatem rationis non est facienda extensio à casu comprehenso sub verbis legis ad casum sub verbis legis, ne in sensu quidem morali intellectis, non comprehensum: ubi autem quis casu audit legentem, ne in sensu quidem morali dici potest legere; non delinquit ergo in legem prohibentem legere. Hæcque etiam est ratio, quia facilius est habere librum, qui legatur, quam invenire, qui legat; et adeò lex potuit comprehendere, quin voluerit comprehendere quemcumque.

554. Atque ex his etiam patet ad secundum, quia est, rationem prohibitionis legendi libros hæreticos, et alios esse quidem, ne perniciatur doctrina hæretica, et per medio ita facili, et secreto, quale est lectio propria talis; non autem medio non admodum facili, quale est casualis auditio prædictorum librorum.

555. Ad ultimum tandem admittendum est percaptionem sensuum, et verborum esse proximam actionem, et partem lectionis; attamen non est tota, et adæquata lectio, cum ad hanc etiam requiratur influxus in verborum prolationem. Atque ex his tota proposita difficultas soluta manet; et quo patet, jam peccaturum in legem ecclesiasticam, et censuram ecclesiasticam incurrere ludimagistrum, qui admitteret pueros discentes legere V.G. ex Cathechismo Hæretico, hocque non solum quia ipsa docendo, et corrigendo lucrat, verum etiam quia ipse positivè influeret in lectionem libri hæretici: ad jam.

556. Ad alteram difficultatem, in qua tacitè conveniunt Doctores, in libri prohibiti lectione dari posse materiæ levitatem; et propterea venialem tantum culpam posse intervenire. Ast deinde in assignanda materia, quæ sit notabilis, et ad mortale sufficiens, non conveniunt, sed multum inter se controvertunt. Soletus enim docet, ad mortalem culpam, et censuram etiam contrahendam sufficere, unam, vel alteram lineam legi, ubi in ea sollis, et aperta hæresis possit inveniri. Sed hæc sententia, ut nimis rigida, teste D. Julio Ferraris Verbo prohibiti, paucos adinvenit Patronos. Contra Azorius apud Ferrariam in Summa Verbo Hæreticorum libri num 39 pro materia gravi assignat eam libri partem, quæ per se, et secundum se sumpta valeret constituere librum et quod infra est, dicit esse levem, hæc sententia sic universaliter sumpta paucos invenit sectatores. Sanchez autem, Sà, et nonnulli alij volunt, minus quam paginam in folio ad mortale non pertingere. Atque hæc sententia quamvis sua gaudeat probabilitate, non tamen universaliter est amplectenda, utpote cum etiam in minori parte, quam sit pagina, tot errores possint inveniri, ob quos lectæ liber [illegible]

grav. prohibebatur. Hinc meritò dicunt Marchantius, Tronca, Ja-so-
it, et plures alij volentes, attendendam esse in hac re materiam,
non jam secundum se, sed secundum finem prohibitionis, qui
est perversionis periculum. Unde docent, quod si quis eiusm.
librum aperit, statim incidit in unam, vel alteram lineam con-
tinentem hæresim, totam, et apertam, mortaliter peccat, si
non desistat statim, ac id advertit; et per consequens etiam in-
currat censuram, si in talem librum legentes lata est, quia vi-
delicet nedum ita se exponit periculo perversionis, verum
etiam agit contra totum finem legis, ut patet ex eo, quod vel
ob unicam hæresim liber solet ab Ecclesia sub gravi prohi-
beri. Si vero incidat in materiam indifferentem, et ut talem
eam cognoscat, tunc graviter non peccat, nec censuram
incurrat, quamvis etiam integram paginam, et fortè ampli-
us legat, quia nimirum tunc legendo neque se exponit pe-
riculo perversionis, neque agit directe contra finem
legis. Advertendum tamen hic cum Keleo, quod qui-
557. dam mortaliter peccat ille, qui intentione legendi ma-
teriam notabilem incipit legere librum prohibitum sub gravi,
etiamsi inde pœnitentia ductus desistat, antequam notabi-
lem lectionem perficiat, et consummet; ita tamen ut non con-
trahat censuram, si reipsa materiam gravem non legat; ea
sane ratione, qua quis peccat graviter, dum concepit efficax
desiderium furandi in notabili, et gravi quantitate, non
tamen incurrerat excommunicationem, si quæ lata esset
in furantes, ubi reipsa non furatur materiam gravem,
quia nempe Ecclesia suis pœnis nonnisi externam acti-
onem punire vult, et coercere. Atque hæc de prima acti-
one prohibita, nimirum lectione. Nunc
Ad alteram actionem, nempe retentionem li-
558. brorum prohibitorum, circa quam hic adnotandum est, nomine reten-
tionis non solum denotari dominium in librum prohibitum, verum
etiam quamcumque detentionem. Unde in legem Ecclesiæ circa
retentionem retinere libros prohibitos peccat, quicumque absque
[illegible] licentia apud se habet librum, sive proprium, sive alie-
num, quomodocumque illum habeat, sive interim illum retineat
nomine proprio, sive nomine alieno; immo etiamsi retineat in
aliena domo, ut tenet Bonacina, Castropal., Pignatelli, Felix
Potestas, et alii cum communi sententia. Atque hinc Ecclesiasticam
legem violat, et censuram, si quæ lata est, incurrit omnis, qui
[illegible] dat, aut accipit commodatum, vel pignus tradit, aut accipit
librum ecclesiastica lege retineri prohibitum, quinimo etiam,
qui illum consignarat alijs habentibus facultatem et legendi, et
retinendi, ubi ipsis prædictum librum non donarat a se domi-
nium abdicando, quia videlicet in omnibus ijs casibus vere, et
proprie retinerat librum prohibitum. Atque vera sunt non solum
de libris absolute, et absque ulla clausula prohibitis, verum etiam
de prohibitis, usque dum expurgentur, ut patet ex sequenti cir-
ca 45 inter damnatas ab Alexandro VII propositione, quæ est hujus

tenoris =: libri prohibiti, donec expurgentur, possunt retineri, usque
dum adhibita diligentia corrigantur =.

559. His tamen non obstantibus circa hoc punctum nonnul-
la dubia excitata fuerunt inter Doctores, et primo dubitatur, an ubi
in retinente nullum est perversionis periculum, cuique liceat li-
brum prohibitum retinere vel ad solum ornatum suae bibliothe-
cae, vel proposito animo confutandi errores in tali libro pro-
contentos? Ad quod cum communi sententia contra nonnullos recen-
tiores dicendum est, neutrum licere, nisi forte in secundo casu
urgens necessitas confutandi interveniat, atque tempus petendi, et ex-
spectandi licentiam ab habente facultatem eam dandi non suppeteret.
Ecclesia enim absolute prohibet talis libri retentionem, et non
respicit intentionem, et affectum retinentis, sed actum, et adeo
recta intentio, et affectus non potest cohonestare actum retinendi.
Deinde finis adaequatus prohibendi retentionem libri perponti-
nentis doctrinam malam, et perversam non est solum per-
versionis proprie periculum, sed est etiam abolitio perver-
sorum librorum, odium Auctoris eorum, detestatio doctrinae
malae, et praesertim haereticae, et hujusmodi alia quae jam ha-
bentur, ubi etiam non extat periculum perversionis in retinen-
te. Denis acced., quod is, qui se firmum fore in fide praesumit, saepe
cadit, et laqueis, quos facile dissoluturum existimabat, non raro
comprehenditur, et adeo in re non extat perversionis peri-
culum; et proinde nullo modo potest dici licita in dictis casibus
libri prohibiti retentio, et ea quidem alia ratione, quoniam sui
venenum tam pro se, quam pro aliis conservatur. Atque ex
his rationibus etiam dicendum est in legem ecclesiasticam pec-
care eos, qui libros prohibitos, aut eorum partem retinent
ad involvenda in talibus libris aromata, medicinas &c.

560. Dixi autem Nisi forte in 2do casu urgens
necessitas confutandi &c. Nam in casu bonum fidei, et animis
aut saltem utilitas proximis urgentissima praevalet legi eccle-
siasticae. Itaque etiam valent pro casu, quo quis antequam
liber prohiberetur, illum redegit in compendium. Talem vide-
licet compendium retinens legem ecclesiasticam violaret,
et censuram latam in retinentes librum incurreret, utpote in
tale compendium sit moraliter ipse liber prohibitus, quinimo in
re solet esse perniciosius toto libro.

561. Secundo dubitatur quanto tempore
quis retinere debeat librum prohibitum retinere, ut hoc mo-
raliter peccet, atque ecclesiasticam censuram incurrat?
Circa hoc dubium cum Laymann, Salas, Ca-
strop., Reiffenstuel, Ferraris, et quamplurimis aliis communiter
est, a peccato excusari, atque censuram non incurrere, qui eum
tum agnovit, librum, quem habet, esse prohibitum, retinet et
proponit, illum tradere Inquisitori, aut denare habenti auc-
toritatem eum legendi, ac retinendi, atque hoc suum propositum abs-
que gravi incommodo exequi non potest, et proinde summo otio tempus
maneat in suo proposito tradendi, opportunum tamen citra ullam

culpam poterit expectare, quia nimirum non sit dici vere retinere contra praeceptum ecclesiae, qui expectat opportunum sibi tempus tradendi, cum leges ecclesiasticae sub gravi incommodo non habeant obligare. Atque idem dicendum videtur de eo, qui tantisper retinet librum prohibitum, ubi jam petiit, et expectat licentiam similes libros legendi; poterit scilicet absque ulla culpa retinere, ubi quamprimum expectat responsum pro concessione, aut denegatione licentiae petitae, dummodo paratus sit tradere Inquisitori, si ipsi licentia denegaretur. De benignitate sanctae ecclesiae bene jure praesumitur, tale breve tempus nolle sub sua lege comprehendere. Quae temporis brevitas est attendenda, quia si nonnisi post longum tempus morale responsum licentiae petendae, aut petitae, haberi ab eo possit, tunc liber tradendus erit ubi comode id fieri sit, quia aliud dicat tunc indulgentia ecclesiae non sit jure praesumi.

502. Atque hinc difficultas solum est pro casu quo quis et commode librum suum tradere sit Inquisitori, et tamen non expectat retinendi facultatem. Atque circa hoc Sanchez, Reginaldus, Palaus, Diana, Pignatelli, Suarez, La Croix, Ferraris, et alii passim Doctores docent, tantum venialiter peccare, et adeo censuram ecclesiasticam non incurrere, qui animo firmo tradendi concepto ex negligentia, et desidia, modo ad unum, vel alterum diem retinet, cum hec mora in morali hominum sensu levis existimetur. Unde ut retentio libri prohibiti ad gravem culpam sit imputabilis, et sufficiens ad incurrendam censuram, debet esse longa, idest talis, ut tamen [illegible] expectatur tradere, ut prudenter praesumi possit habere animum retinendi, et non consignandi. Quod addo, quia si quis tandiu expectaret consignandum, ut moraliter loquendo praesumi possit habere animum retinendi, gravis culpae esset reus. Unde si quis potens [illegible] absque [illegible] incommodo id decem, aut viginti dies retardaret, graviter peccaret, etsi interim firmum propositum tradendi retineret; ea sane ratione, qua graviter peccat qui [illegible] tempus [illegible] restitutionem [illegible] [illegible] est, quamvis nutriat animum restituendi.

Dixi autem qui animo firmo tradendi [illegible] negligentia etc. Quia ubi quis facto proposito absolute [illegible] post horam etiam hoc suum propositum retractaret, ac sin[illegible] [illegible], et animum [illegible] tradendi librum Inquisitori [illegible] quamvis juxta sententiam, quam tanquam sibi probabiliorem [illegible] Reginaldus, Palaus, Suarez, Diana, La Croix, et alii [illegible] [illegible] libri prohibiti num. 51, non incurrit censuram latam in retinentes; adhuc tamen graviter peccaret; sicut [illegible] graviter, licet excommunicationem non contra[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] percutiendi clericum, etsi deinde contingat, ut [illegible] [illegible] propositum non exequatur, seu actu non [illegible] [illegible] [illegible] est, quia vel sola voluntate peccatum [illegible] [illegible] [illegible] nonnisi post effectum consummatum, et [illegible] in

an proprie nonnisi post actualem retentionem, que sane non sit notabilis, et gravis, ut in simili supra num 557. dictum est. Hoc quod dictum est de retentione libri prohibiti, cum Bonacina, Ugolino, Filliuccio, aliisque etiam dicendum est de retinente partem libri prohibiti, nempe cum ubi in tali parte reperitur error, propter quod sub gravi prohibetur mandare libri et extantis ... [illegible] ... Ecclesia ad christianam ... [illegible] ... in quo haeresis, aut error contra bonos mores intolerabilis ... prohibitum, contrahetur.

554 Tertio dubitatur an ... et a censura contrahenda excusetur nemo, qui cum prius agnoscit se habere librum sub censura prohibitum, illum statim comburit aut lacerat, et omnibus ... [illegible]

Ad quod dubium respondendum cum Salas, Bordonio, Ferraris, et aliis communiter, graviter quidem peccaturum non tamen censuram incursurum taliter comburentem, aut lacerantem libros retineri prohibitos sub censura, ubi absque suo gravi incommodo et periculo Inquisitori eos consignare posset. Atque primum constat ex Bulla Julii III, que incipit cum meditatio, et ex constitutione Pii IV, que incipit Pro munere, in quibus in virtute s. obedientie praecipitur consignare, et tradere Inquisitoribus ... [illegible] ... libros quoscumque prohibitos que ... [illegible] ... gravi obligare, ut ... est in Tractatu de Legib. Cap. 4. A. 1. § 4. num. 209. Unde nisi moraris impotentia exorta a gravi incommodo et periculo incur... [illegible] ... mortaliter peccare taliter comburens aut lacerans ... [illegible] ... cum praedicte constitutiones Pontificie adhuc vigeant quoad obligationem consignandi ..., licet correcte fuerint quoad poenas per constitutionem ... [illegible] ... VII, que incipit: Speculatores domus Israel, quam retuli supra num 544. ... [illegible] ... Bullis Innocentij XI, quarum prima ... [illegible] ... et alia ... [illegible] ... quas infra ... [illegible]. Atque id absque ratione factum est. Ita enim ... [illegible] ... Pontificis, ut sic Auctor libri cognoscatur, et errores, qui in eo sunt, melius emendantur, ut patet ex eo, quod Inquisitores, ... [illegible] ... prohibentur ... [illegible] ... a quo acceperit et ... [illegible]

555 Quoad secundum autem, videlicet quod taliter comburens aut lacerans excommunicationem non contrahat, etiamsi talis liber sub censura prohibitus esset, constat ex eo, quod nulla Apostolica Constitutio in medium afferri potest, ex qua inferri, et concludi possit, taliter comburentem aut lacerantem censuram ... [illegible] ... excommunicationem. Nam in primis constitutiones praefatae, Julii III, et Pii IV infligentes excommunicationem ... in non consignantes Inquisitoribus libros prohibitos ... fuerunt ab ... VII per laudatam Bullam Speculatores domus Israel, et redacta ad terminos Bullae ... [illegible] Pii IV. Porro in hac Constitutione Pii IV. non infligitur censura in

non comprehendentes libros prohibitos Inquisitoribus, sed solum in retinentes, et legentes, ut patet meditanti verba constitutionis supra num. 542. relata. Quinimo licet Alexander VII. in laudata Constitutione, peculatores domus Israel, excipiat libros praefatos, et prohibitos in Bulla coenae, non tamen excommunicationem dictae Bullae contrahunt ut supra comburentes, et lacerantes, cum per ipsam Bullam solum excommunicentur legentes, retinentes, [illegible], et quomodolibet [illegible] [illegible], ut constat ex [illegible] Bullae relatis supra num. 53[illegible]. ac proinde in ea non comprehendunt comburentes, ac ut supra lacerantes libros [illegible] continentes, aut ex professo de Religione [illegible], cum jam simus in odiosis, in quibus propterea rigor [illegible] regulam juris in 6. odia restringi, et favores convenit ampliari: et eo magis, quia si Summus Pontifex [illegible] comburentes, et lacerantes, [illegible] Capit. Inter corporalia, de Translat. [illegible] § [illegible] neque, et ex [illegible] de [illegible], nec non ex [illegible] de [illegible]. Quare merito Innocentius XI. in citatis Constitut. num. ant., cum sub poena excommunicationis majoris prohibuisset lectionem, et retentionem [illegible], deinde absque ulla expressione censurae [illegible], ut qui eos habuerint, teneantur tradere, atque consignare locorum Ordinariis, vel Inquisitoribus, [illegible] tradita illico flammis aboleri curarent. Atque haec de [illegible] libro prohibitorum. Modo loquendo

566 De tertia actione circa libros prohibitos, quae [illegible] nomine imprimentis veniunt omnes, qui ad libri impressionem proxime concurrunt, et sunt vere causa moralis illius. Hi autem omnes vere impressores dicuntur. Atque a Doctoribus communiter enumerantur sequentes et primo Typographus, aut Patronus Officinae, etiamsi [illegible] manus non [illegible], sed solum mandat, quum typis [illegible]: 2do qui literas componit, et ordinat, aut humectat, seu praeparat chartam, aut atramentum imponit, aut chartam [illegible] [illegible] sub torculari premit, aut aliud [illegible] [illegible] qui licet non [illegible], composuit, aut etiam non composuerit, suo nomine curat imprimi, et de facto [illegible]; item et qui librum transcribit; quinimo et hic [illegible] et tanquam legens [illegible], ut constat ex dictis supra. His adde, quod etsi [illegible] sub nomine [illegible] non veniat is [illegible], et pro impressione, ut [illegible], quia videtur solum [illegible]; peccat tamen in [illegible] legem tanquam errorum fautor [illegible] et incurrit poenas [illegible] in [illegible] [illegible] auctoris haeresim [illegible] ex professo [illegible] de Religione. [illegible] [illegible] de correctore librorum prohibitorum, et hunc namque saltem delinquere in legem [illegible] retinentem legere librum prohibitum, cum vere [illegible] corrigendo; quidquid postea sit, an peccet tanquam

imprimenti, in quo dubitat Lalaus quia videtur levis inspectio, et correctio influit in hoc quod emendata imprimantur. Secus autem dicendum est de ijs, quae tantum remote concurrunt ad impressionem, quales sunt vendentes impressioni characteres, chartam, atramentum et alia hujusmodi, ubi de causa negotiationis, et justi lucri ipsa faciant. Quod dignanter notandum est, quia si [illegible] talia venderet ut errores in libro ipso mandando contentos faveret, tunc tanquam fautor peccat, et poenas in fautores, si quae latae sunt, incurrit.

568. Ubi et addendum est, ab impressoribus librorum observanda esse ea, quae per sacros canones [illegible] à Tridentino circa imprimentes statuta fuerunt. Atque primo, ut constat ex indice Trid. Regula de impressione librorum, à tempore Trid. nullus liber excudendus est, qui non praeferat in fronte nomen, cognomen, et Patriam auctoris. Quod ita intelligendum est, ut, teste Lambertino, sufficiat ponere in fronte verum nomen Academiae, Collegii, Ordinis [illegible] quo est ille auctor qui ei opus tradit, potest enim et ea [illegible] [illegible] auctor, aut communicanda [illegible] respondere [illegible], et [illegible] [illegible], prius leges [illegible] [illegible]. Item et intelligendum est de impressione [illegible] librorum, quorum auctor sciri potest, et nulla justa causa praetermittendi nomen auctoris intercedit, quia ut habetur in citato indice Trid., ubi non constaret de Auctore, aut aliqua justa causa illius nomen tacendi intercederet, tunc si censione et [illegible] [illegible] libri edi posse viderentur, imprimi potuerint, dummodo describatur nomen illius, qui libros examinaverit, et approbaverit.

569. [illegible] Secundo etiam nomen impressoris, locus impressionis, et annus, quo liber impressus est, in principio atque in fine annotari debet, ut [illegible] constat ex citato Trid. indice § 3., ubi [illegible], et [illegible] quae [illegible] super [illegible] imprimere mandatur. [illegible] inter abusus [illegible] [illegible] usus, qui invaluit imprimendi libros ficto nomine Auctoris, variato loco, et anno impressionis, adeo ut neque [illegible] id sit ex eo quod nonnulli viri docti, et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Nam, teste [illegible], omnino excusandi non videntur. Tertio item, ut statuitur in Trid. sess

570. 4 in decreto de editione, et usu sacrorum librorum sub poena anathematis lata in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] impressores, quorum imprimere [illegible] quosvis libros sacros seu de rebus sacris tractantes nedum omnino [illegible] nomen auctoris ut dictum est, sed etiam [illegible] eos tradere Ordinario loci, et Inquisitori ut examinentur et approbentur ita ut nonnisi post approbationem eorum [illegible] imprimere et ita quidem, ut haec approbatio, et licentia Ordinarii [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in fronte libri, et [illegible], ut [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] tenent, sub poena pecuniae gravis incurrendi. Quae prohibitio et per Trid. extenditur [illegible] eos, qui scripto communicant, vel vulgant libros nisi ea examinati probatique fuerint, item et [illegible] eos qui tales libros [illegible], aut apud se retinuerint, ut patet ex [illegible] praefato decreto Trid. [illegible], [illegible] [illegible] [illegible],

si auctor non sit Regularis, ultra examinationem, et probationem ab Ordinario necessariam, impetrare etiam debet licentiam a suis superioribus juxta formam earum Ordinationum. Hæc ab impressoribus diligenter attendenda sunt circa libros de rebus sacris tractantes, et non ab eis, qui libros tales emere volunt, ac proinde ante lectionem a [illegible] libri videndum est, an talia habeat requisita, ut inde lectio sit cauta ac secura. Quæ et observanda sunt circa libros de rebus sacris non tractantes juxta regulam decimam, nisi [illegible], quod legere poteris. Quibus positis

571 Circa quartam actionem, quæ est defensio libri prohibiti, sive sit publica, sive occulta, quovis ingenio, vel colore facta, notare oportet talem defensionem fieri posse et factis, et verbis. Factis quidem, ut si librum occultas, aut alio modo impedias, ne judicibus fidei consignetur, ne comburatur animo eum servandi, aut hujusmodi alia facias: verbis autem, si ex pravo animo, vel ex respectu auctoris inquiras, aut proponas rationes, et argumenta pro talis libri defensione, et conservatione, ac retentione etiam si diluas ex malo affectu argumenta quibus impugnatur etiam si coram hæc occulte, et solus facias, sicuti etiam verbis librum defendis, si animo aut impediendi damnationem aut, si [illegible] eta est, reparandi, hos laudes stylum, vel doctrinam in eo contentam, aut etiam scriptis, aut etiam voce saltem coram [illegible] dicas, librum seclusa heresi, elaborationis non esse dignum retractione, et combustione, etiam si id facias etiam absque animo defendendi heresim, aut [illegible] auctorem, et tandem si vel dicas etiam, [illegible] [illegible] [illegible] etiam esse talem librum defendere, præsertim ubi [illegible] esses in provincia defendendi, aut alios ad certamen provocares.

572 Quæ diligenter notanda sunt, et primo [illegible] si [illegible] [illegible] tanquam insufficientes rationes, [illegible] [illegible] liber [illegible] impugnatur, dicat, tales rationes esse [illegible] et ex illis male oppugnari, non id dici talis [illegible] sed [illegible], [illegible] et simul, illum improbandum esse [illegible] rationibus, dum non solum impugnantur [illegible] [illegible] male [illegible] impugnantes. 2do [illegible] si liber de religione tractat sanamque doctrinam contineat, vel stylo methodo, et modo ingenioso sit compactus, nec si quis laudet vel doctrinam, stylum, methodum aut auctoris ingenium, non [illegible] secundum [illegible] alio doctrina præsentatur [illegible] libro, est stylus et methodus talis auctoris, aut est talis auctor, sed secundum se, et absque ulla relatione ad [illegible] auctorem, non notari [illegible] [illegible] prohibitum defensor, ut notant Sanchez, Raffaelus, [illegible], Bonacina [illegible], et alii passim doctores apud Fattoris loco citato num. 66, ut [illegible] se est manifestum.

573 His quatuor actionibus aliqua modo vindicatis addendum est, et Pontificiis constitutionibus, [illegible] Julii III, Pii IV, Clementis VIII, et Pauli V. [illegible] Pontificum prohiberi emptionem, venditionem, et exportationem librorum

prohibitorum, et recte cum communiori sententia probat Salaus Tract. 4. Disp. 2. Sect. 10. §. 2. num. 15. et per se patet, cum hæc absque retentione præstari nequeant. Unde Bibliopolæ, aut alii librorum prohibitorum mercaturam facientes, emendo nempe, vendendo aut asportando de uno in alium locum in legem ecclesiasticam delinquunt, et præsertim cum nedum ii retentores merito dicantur, sed etiam sint talium librorum fautores, et eorum disseminatores. Quod ita intelligendum est, ut etiamsi quis emendo deceptus fuisset, nullo modo liceat revendere præsertim non habenti legendi, ac retinendi tales libros licentiam; quamvis forte cum nonnullis concedi possit, quod possit restituere venditori pro suo pretio recuperando, cum non videatur spoliandus jure, quod habet non standi illi contractui utpote quoad sui substantiam vitioso, cum jactura pecuniæ suæ bona fide solutæ.

574. Atque ex his etiam constare videtur Bibliopegos, librorum scilicet compactores, seu ligatores peccare tanquam retinentes, et alieno peccato cooperari, ubi prædictos libros compingerent pro iis, qui legendi, ac retinendi facultatem non haberent. Quod addo, quia juxta nonnullos non peccaret in legem ecclesiasticam, et nec consequenter censuram incurreret, qui compingit, quin legat, ubi statim mittat ad habentem et legendi, et retinendi facultatem. Nam cum hic legere, et retinere possit, potest etiam sibi per alium tales libros compingere. Ex quo etiam patet, non peccaturum famulum, qui jussu domini ex uno ad aliud locum dictos libros asportat, aut etiam custodit, dummodo dominus legendi, et retinendi facultatem habeat et ipse famulus quidquam ex talibus libris non legat.

575. Ubi cum P. Claudio La-Croix annotandum est, quod si quis hæreditate libros prohibitos acceperit, eos possit vendere, aut commutare cum libris non prohibitis cum eo, qui tales libros legendi, ac retinendi habet licentiam. Quod et alii extendunt cum eodem La-Croix ad casum, quo hæreticus ad veram fidem conversus venderet libros prohibitos à se retentos Bibliopolæ hæretico, qui talium librorum copiam habet, cum ex una parte tali venditione deterior non fiat catholicorum causa, et ex alia non videatur æquum, quod debeat subire jacturam pretii magni valoris, ut frequenter accideret. His autem explicatis de actionibus vetitis circa libros prohibitos, jam sit

§. 3 De Pœnis legentium, retinentium libros prohibitos.

576. Qui et quales sint libri prohibiti in Bulla Cœnæ, item et scienter legentes, retinentes, imprimentes, ac quovis ingenio, et colore, ac prætextu defendentes, item et ementes, vendentes, aut asportantes libros in dicta Bulla prohibitos incurrere excommunicationem majorem S. Sedi

reservatæ, constat ex supra dictis à num. 532, usque ad num. 540
item quinam, et quales sint libri sub excommunicatione non reser-
vata S. Sedi, et quinam, et quales sint ij, qui sub excommunicatione non
sint prohibiti, constat ex dictis à num. 541 usque ad num. 548 in-
clusivè. Præter hanc pœnam autem et aliæ in jure statutæ sunt, ut
passim probant, et ostendunt Doctores, inter quos Salaus loco supraci-
tato § 4 ostendit, componentem librum præ se ferentem hæresim
tanquam hæreticum puniendum esse, ubi is ex proposito hæreses
scripserit, aut defenderit etiamsi in principio libri protesta-
tionem fecerit se animo catholico scribere. Quod diligenter no-
tandum, quia, si facta præsertim tali protestatione, non ex propo-
sito, sed veluti per transennam hæresim scripserit, nisi aliunde
constet, præsumitur non ex malitia, sed ex negligentia scrip-
sisse, præsertim ubi res obscura, et difficilis erat, et signa
animi catholici semper dederit. Secundò idem Salaus ostendit, scienter
577 transcribentem hæretici librum suspicionem hæresis contrahe-
re, et tanquam hæreticorum fautorem puniendum esse, ubi
aliquo facto non monstrasset, se animo, et affectu hæresis non
traxisse, uti dicendum esset pro casu, ubi vel statim post tran-
scriptionem libros lacerasset, aut combussisset vel tantum jussu
domini, ac metu coactus scripsisset, aut non denunciasset vel
si tanquam discipulus suum magistrum catholicum credens librum
transcripsisset. Tertiò, ut prosequitur citatus Auctor, li-
578 brum hæreticum imprimens ultra excommunicationem tan-
quam hæreticorum fautor pœna arbitraria puniendus erit. Quod
idem dicit de ementibus, vendentibus, et annotantibus libros hæreti-
corum. De retinentibus verò, defendentibus, ac legentibus subjungit
quod etiam tanquam de hæresi suspecti sint damnandi, si vi-
delicet hæc absque speciali licentia præstent. Atque hæc de
pœnis, quibus Pro complemento addas primò, et quæras,
579 quisnam libros prohibitos legendi facultatem, seu licentiam
concedere possit? Respondeo hodie nullum posse concedere
licentias legendi libros prohibitos, nisi Summum Romanum
Pontificem, et sacram Congregationem S. Officij, aut specialiter
ab ipsis deputatos, ut expressè statuit Gregorius XV. in Consti-
tut. incipiente Apostolatus Officium edita die 30 Decembris
1622, et innovata ab Urbano VIII. die 2 Aprilis 1631., ubi cum
expressè revocasset, omnes, et quascumque licentias hac-
tenus concessas quibuscumque personis sive laicis, sive ec-
clesiasticis tam sæcularibus, quam Regularibus cujuscumque or-
dinis, Societatis, Instituti existentibus, ac quacumque digni-
tate, etiam ecclesiastica fulgentibus, cujuscumque status, gra-
dus, conditionis, qualitatis, et præeminentiæ, etiam speci-
ali nota, et mentione dignis, deinde subjungit: Neque
de cetero similes licentiæ, nisi à Congregatione S. Offi-
cij singulis hebdomadis coram nobis habetur, vel ab aliis
per nos etiam in eadem congregatione specialiter de-

putandis concedantur. Quare nunc neque Inquisitores, neque Episcopi, aut Archiepiscopi, neque Cardinales tales licentias dare possunt vi sui muneris, officii, et dignitatis, nisi forte ab ipso Summo Pontifice, aut Sacra Congregatione S. Officii, privilegiati fuerint. Quod et dicendum est, ut ipse probat P. Claudius La-Croix, et P. Dominicus Viva in expositione propositionis 45. ab Alexandro VII. damnatae, sub num. 11. de Generalibus Regularium respectu suorum subditorum.

580 Quaeres 2do, an qui a Summo Pontifice, vel a S. Officii Congregatione, vel ab alio ab iis facultate legitime obtinuit licentiam libros prohibitos legendi, peccet eosdem absque necessitate, aut magna utilitate, sed solum ex curiositate legendo?

Respondeo, in hac re certum esse graviter peccaturum contra legem naturalem, qui tales libros legendo exponeret se imminenti periculo proximo perversionis. Nam nulla Pontificia licentia eximit ab onere fugiendi occasionem, quae proxime inducit ad peccatum. Unde difficultas solum esse potest extra casum periculi proximi perversionis, atque tunc distinguendum est inter licentiam absolutam, et illimitatam, seu nulla apposita conditione concessam; et inter licentiam limitatam, seu sub aliqua conditione, v.g. sub hac: Ad salutem animarum, et ad effectum haereses et errores redarguendi, et confutandi concessam. Atque tunc si primo modo licentia data est, legens ex sola curiositate [illegible] quidem redarguendus, [illegible] curiositas, quae regulariter solum venialis esse solet; non autem peccabit contra legem ecclesiasticam talium librorum lectionem prohibentem, utpote cum per licentiam illam prohibitio ecclesiastica fuerit sublata; atque hinc nec minus ecclesiasticam censuram, siqua lata est, incurret, ut per se manifestum est.

581 Si vero secundo modo licentia fuerit concessa, tunc etiam observandum erit, an etiam clausula irritatoria, v.g. nec alias non suffragetur, [illegible] et irritans [illegible] clausula tali licentiae fuerit adjuncta, utpote cum licentia tunc solum sit pro causa, scilicet ad salutem animarum, et ad effectum haereses, et errores confutandi, et redarguendi, atque ad ceteros casus non extendatur, tunc peccabit ex curiositate tantum legens, et ecclesiasticas poenas in [illegible] latas incurret. Non tamen incurret, [illegible] licentiam obtinuerat [illegible] irritatoria [illegible] non [illegible], tunc P. Claudius La-Croix cum aliis docet, legentem ex sola curiositate non incursurum censuram in legentes latam, quia tunc talis conditionis observantia non reputatur substantialis ratione licentiae, sed accidentalis, et proinde solum spectat ad liceitatem usus licentiae; quamvis interim citatus Auctor velit graviter peccaturum, qui v.g. ex sola curiositate [illegible], et communicare [illegible], quia [illegible] in re gravi ageret contra finem saltem extrinsecum, quem legislator intendit et observari.

582 Quaeres 3tio, an Episcopi [illegible] pro suis respectivis Dioecesibus [illegible] possint eosdem libros [illegible], quia suos [illegible] pro-

Resolvitur, contra nonnullos absolute tenendum, episcopos posse pro locis suae jurisdictioni subjectis. Nam episcopi, ut probavimus in Tract. De Legib. Cap. 4. A. 1. § 1. num. 173, et constat ex illo Act. 20. Posuit vos Spiritus Sanctus episcopos regere ecclesiam Dei, episcopi, inquam, a Xto Domino constituti sunt Pastores cum potestate regendi ecclesias suas, et pascendi oves sibi commissas ipsis ostendendo pascua noxia ab innoxiis, eaque illis prohibendo; atque ut contingere possit casus, quod liber aliquis sit noxius alicubi, aut alicui tantum respective ecclesiae, episcopus notavit illius lectionem suis subditis interdicere. Quod consonat Regula 10 Indicis Trid., in qua ubi expresse legitur salvum sit Episcopis, aut Inquisitoribus Generalibus secundum facultatem quam habent, eos etiam libros, qui his regulis permitti videntur, prohibere, si hoc in suis Regnis, aut Provinciis, vel Dioecesibus expedire judicaverint. Neque his obstat Decretum Innocentii XI. die 2 Martii 1679 emanatum, et in Constitutione Sollicita Benedicti XIV. anno 1753 edita, et ad communem omnium instructionem Indici librorum prohibitorum praefixa confirmatum, ubi in virtute s. obedientiae praecipitur ut tam in libris imprimendis, ac manuscriptis, quam in thesibus, disputationibus, ac praedicationibus [illegible] caveant ab omni censura, et nota, necnon a quibuscumque conviciis contra eas propositiones, quae hinc inde adhuc inter catholicos controvertuntur, donec a S. Sede recognitae sint, et super iisdem propositionibus proferatur: sicuti neque obstat quod idem Benedictus XIV. Lib. 7. Cap. 1. et 2. De Synodo Dioecesana docuit, scilicet neque in Synodis Provincialibus, neque Dioecesanis decidendas, aut definiendas esse quaestiones inter Doctores catholicos controversas, et a Sede Apostolica nondum definitas; et tandem neque obstat, quod judicium episcopi non sit infallibile, et proinde ad Crisim revocabile, et sic possit esse damnabile, et proinde non metuendum; quinimo quod fieri possit ut episcopus damnaret librum, quem alius legendum approbat: et sic divisio, et schisma [illegible] in ecclesia oriretur. Haec, inquam, non obstant. Nam

Quod ad primum spectat, Innocentius XI. et Benedictus XIV. ibi non revocant potestatem in Trid. Indic. [illegible] episcopis libros pro suis Dioecesibus prohibendi, [illegible] ibi, sicuti neque de episcopis, neque de [illegible]; sed unice verba faciunt de [illegible] seu [illegible], atque de propositionibus in scholis catholicis controversis, ut patet legenti verba [illegible], et [illegible]. Ex quibus et constat ad [illegible]. Aliud enim est prohibere alicujus libri lectionem, aut etiam [illegible] et aliud est librum aut [illegible] censura [illegible]. Hoc enim secundum [illegible] et notare librum illum tanquam continentem doctrinam aut [illegible] aut scandalosam, aut piarum aurium offensivam, aut [illegible] innovat. Primum vero tantum dicit, librum

sub culpa peccati legendum non esse ob malum, quod legentibus immi-
nere praevidetur à Legislatore, quodque certè non rarò ob res earum
personarum, quibus lectio interdicitur, imminere fit, ut experientia com-
pertum est, quamvis talis liber non praeferret propositiones
falsas, temerarias, piarum aurium offensivas aut his similes; quas ante
Pontifex Benedictus XIV. in sua Diaecesana Synodo hoc non tacu-
it, ut constat ex cap. 8. libri citati, in quo prius ostendit, itaque
esse [illegible] aliquid citra violationem regulae opposita, [illegible]
[illegible] quaestione nondum ab Ecclesia definita, putà cum disputa-
tur, an aliquid sit necne jure communi prohibitum, adhuc
sit illud suo particulari statuto prohibere, ubi justa, et ratio-
nabilis causa prohibendi intervenerit, et [illegible] Ponti-
fex exemplificat. Atque hinc ad 3tium, quod certè non
385 urget. Nam ad praecipiendum, aut prohibendum praecisè aliquid
auctoritas infallibilis non requiritur, sicuti requiritur ad ju-
dicium definitorium infallibile, quia nullus homo [illegible]
tor, si excipias Summum Pontificem ex Cathedra loquentem, aut
Concilium [illegible] congregatum, et à Summo Pontifice specialiter
confirmatum, quidquam sub obligatione conscientiae praecipere
aut prohibere [illegible]; quod est omninò falsum, et [illegible]
ac proinde tale praeceptum, judicium prohibitorium in casu non est
ostendendum, saltem regulariter, ad crisim revocabile, et damna-
bile; quod neque evincitur ex eo, quod [illegible], quia [illegible] et pro
diversis locis, ac circumstantiis diversa sunt [illegible]
[illegible], ut ipsa experientia manifestum est. [illegible] sit

Q. 4. Quae Personae sub dictis legibus comprehensae.

Neminem ex baptizatis, et proinde Ecclesiae subditis libros
quoscunque ab Apostolica Sede prohibitos legere, aut retinere
posse absque speciali licentia ab ipso Summo Pontifice, aut à
Congregatione S. Officii, aut à [illegible] S. Sede, constat ex su-
pra citatis Pontificiis constitutionibus, scilicet ex Constitut. [illegible]
Praedicatio [illegible] Julii III, et ex Constitut. Quae in [illegible]
[illegible], [illegible] Pii IV, et clarius ex Con-
stitut. Apostolicus Officium Urbani VIII. Unde sub [illegible]
ca lata prohibente legere libros à S. Sede prohibitos, compre-
henduntur nedum laici omnes etiam Principes, Reges et Im-
peratores, verùm etiam omnes Ecclesiastici personae quacun-
que fulgeant dignitate; et adeò etiam Episcopi, Archiepis-
copi, Patriarchae, [illegible] et ipsi Inquisitores hae-
reticae pravitatis, et Cardinales; et [illegible]
[illegible] Summus Pontifex excipiendus. Quare, ut arbitror, non sa-
tis benè Palaus cum Pegna, Ugolino, Azorio, Graffio, et [illegible]
a prohibitione eximit Inquisitores Haereticae pravitatis,
atque quosdam Inquisitionis Commissarios, ut [illegible]
Romae, [illegible], Veronae, [illegible], Ferrariae, et alios proxim-
iores, ut [illegible] colligitur ex citata Constitut. Urba-
ni VIII., cujus verba ad majorem [illegible] juvat [illegible]

587 Sunt autem verba haec = Omnes praeterea et singulos licentias legendi, et habendi libros quoscumque ex haeresi vel, iuxta Indicis prohibitionem, seu per Constitutiones Apostolicas, etiam ratione Astrologiae iudiciariae, vel alias quomodolibet prohibitos, quibuscumque personis locis, et ecclesiasticis, tam saecularibus, quam Regularibus cuiuscumque Ordinis, Societatis, et Instituti existentibus, ac quacumque etiam dignitate ecclesiastica fulgentibus, cuiuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, et praeeminentiae etiam speciali nota, et mentione dignis, ac per litteras Apostolicas ad tempus, seu ad vitam, et alias quomodocumque a Praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, seu a quibuscumque aliis a nobis, vel ab eis facultatem, et auctoritatem habentibus, non tamen a Nobismetipsis per litteras Apostolicas etiam in forma Brevis, seu per Chirographum manu nostra signatum concessas, earum tenores praesentibus pro expressis, et insertis habentes, hac nostra perpetuo valitura constitutione revocamus, cassamus, et annullamus &c. = Haec Summus Pontifex Urbanus VIII, quae et praxi confirmata, et roborata fuerunt.

588 Notandum tamen est, me supra dixisse nemine ex damnatis ut indicarem, quod liceat infidelibus non baptizati, utpote non subditi ecclesiae, dictis legibus prohibentibus [illegible] mali, et prohibiti libri lectionem, retentionem &c. non arctantur; ligantur tamen, et comprehenduntur etiam haeretici, quinimo, et ipsius libri auctor, qui proinde si talis est haereticus, non solum excommunicatus manet propter [illegible], sed etiam propter retentionem, aut lectionem [illegible], ubi ad veram fidem conversus fuerit [illegible] [illegible] communicatus. Nam prohibitio [illegible] universalis respicit omnium [illegible] Ecclesiae, et [illegible]. [illegible] de libris prohibitis, quibus et [illegible] Bullae [illegible] de Pontificiis Constitutionibus [illegible] satis diximus in [illegible] Cap. 4. §. 6., et 7. a num. 216., ibidem dicta vide. Interim sit

Articulus Octavus.

De Haeresi, Apostasia, et Schismate.

589 Haeresis generatim sumpta, prout in praesenti accipitur, est error hominis baptizati contra veritates a Deo revelatas, qui error si voluntarius erit, et cum pertinacia, haeresis erit formalis; si vero erit involuntarius, vel saltem carens omni pertinacia, haeresis erit materialis (de qua hic non agimus) utpote cum error contra veritates fidei proveniens ex ignorantia saltem non affectata vel [illegible] cap. 24 § 3., et ex Clement. unica [illegible] Unde haec de haeresi formali [illegible] num. 427. cum qua omnino cohaeret ea, quam [illegible] Salmanticenses [illegible] cap. 12 [illegible]

A 1, et 2. dicentes: Haeresis est error voluntarius, et pertinax contra aliquam doctrinam, et veritatem fidei christianae in eo, qui eam recepit. Dicitur autem primo haeresis est error, siquidem intellectus quia sicuti fides est actus intellectus, idest assensus praestitus veritatibus a Deo revelatis, ita et haeresis est judicium erroneum, seu assensus falsus seu dissensus praestitus veritatibus a Deo revelatis, qui proinde perficitur, et consummatur in intellectu tanquam sua potentia. Dicitur 2do voluntarius, imperatus nempe ab ipsa voluntate, tum quia sicuti assensus fidei est actus a voluntate imperatus, ita et dissensus eiusdem fidei veritatibus debet a voluntate imperari, tum quia nullus actus fit esse culpabilis, sicuti de facto est haeresis formalis, nisi sit a voluntate imperatus, atque ab ipsa aliquo modo procedat. Dicitur 3tio et pertinax, quia ille, qui animo est comparatus ab Ecclesia corrigi, ejusque judicio subjici, ubi suum cognoverit errorem, non fit omnino haereticus, ut docet S. Aug. Epist. 162, relatus in citato Canone Dixit Apostolus, dicens = Qui sententiam suam quamvis falsam, atque perversam nulla pertinaci animositate defendunt, praesertim quam non audacia suae praesumptionis pepererunt, sed a seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quaerunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati cum invenerint, nequaquam sunt inter haereticos deputandi = Unde et de Samaritano dicit ib. est error quidem [illegible], sed non ero haereticus, quia voluit Ecclesiam [illegible] [illegible]. Dicitur 4to contra aliquam doctrinam, et veritatem fidei christianae, tum quia error in aliis, quae a Deo non sunt revelata, etsi voluntarius, non erit haeresis, quamvis aliunde culpabilis esse possit; tum quia si talis error circa revelata a Deo erit circa omnes fidei veritates, tunc erit Apostasia, quae ut notat ex Suarez citatis num. 427, in eo differt ab haeresi, quod haec sit tantum contraria alicui fidei veritati, aut aliquibus solum; illa vero omni veritati a Deo revelatae opponatur. Dicitur tandem in eo, qui fidem recepit, quia qui nullo modo fidem catholicam recepit, non haereticus, sed vel Judaeus, vel Paganus, et infidelis est. Quare ad formalem haeresim primo requiritur, quod sit error, et error, pertinax, 2do quod veritas, cui opponitur, sit non solum a Deo revelata, sed etiam tanquam revelata cognoscatur, et non obstante tali cognitione eidem contradicatur, ac repugnetur. Verum quamvis haec ab omnibus admittantur, attamen in casibus quibusdam non ita facile conveniunt Doctores, quos proinde hic placet subnectere, quibus et addemus nonnulla circa haereticorum [illegible] [illegible].

§. 1. Solvuntur nonnulla dubia huc spectantia.

§40 Quaeres ergo primo, an ille, qui interius in mente sua bene sentit de veritatibus ab ipso Deo revelatis, sive ea [illegible] proponit, atque firmiter attentitur, sit haereticus, ubi metu compulsus, aut mentis tractus profert verba vel externus aliquid agat contra ipsam fidem, v.g. si fidem denegaret, cornua [illegible] conculcaret, sacras imagines laceraret, et [illegible] [illegible], [illegible], et [illegible] operam daret, haereticus [illegible] nominatur [illegible].

Respondeo, quod quamvis regulariter saltem in foro externo iste talis tamquam hæreticus sit reputandus; attamen in foro interno, seu conscientiæ verè non est hæreticus, neque excommunicationem aliasque ecclesiasticas pœnas præsertim in hæreticos latas incurrit. Ratio autem primi est, quia semper rectè præsumitur, neminem facere aut dicere, nisi id quod sentit, atque in animo habet, nisi aliunde aliter constet; et ideò proferentem verba, aut facientem aliquod opus hæreticale, nisi oppositum rectè judicamus animo hæretico id præstare, quousque oppositum constet. Unde talia facientes, ac dicentes, et [illegible] ipso jure puniuntur tamquam hæretici, aut absolvuntur, et reconciliantur, ubi signa sufficientia dant pœnitentiæ, ut testatur Salmanticenses hic Tract. 21. Cap. 3. Punct. 5. num. 42. Declaravit Joannes XXII. Quod quidem æquum omninò est, quia non sufficit [illegible], quod quisquam [illegible] non vitet se ab [illegible] damnandum, dicat, et protestetur se malè locutum esse, sed non animo contradicendi ecclesiæ, et repugnandi omnino auctoritati ejus [illegible] manerent [illegible] &c.

Secundi verò ratio est, quia fides est assensus et quidem voluntarius [illegible] veritatis à Deo revelatis; hæresis autem est peccatum fidei omnino directè oppositum: et [illegible] et hæc necessario internum dissensum [illegible] veritatis a Deo revelatis requirit; ita ut cessante interno hoc dissensu peccatum hæresis formalis cesset ex suo [illegible] consequitur, proferentem verba, aut [illegible] actionem supra relatas aut [illegible] sine interno dissensu veritatis revelatæ minimè [illegible], [illegible] hæreticum esse, et proinde [illegible] excommunicationem in hæreticos latam non incurrere, quia videlicet [illegible] non sunt extendendæ ad alia delicta præter ea, quibus [illegible] fuerint. Atque hoc modo ostenditur [illegible] communem cum sententia Cajetani asserentis incurrere excommunicationem, aliasque ecclesiasticas pœnas à [illegible] sine interno dissensu veritatis a Deo revelatis, quatenus [illegible] id verum est pro foro externo; minimè verò pro foro interno.

[illegible] præsertim in hæreticos latas

[illegible] quia si quis [illegible] sine [illegible] verbis aut factis [illegible] animo [illegible] hæreticus, [illegible] non [illegible] excommunicationem aliasque pœnas ecclesiasticas [illegible] in hæreticos incurrerit in excommunicationem, aliasque pœnas [illegible] hæreticorum [illegible], ut [illegible]

Quæres 2do, an qui ratione ignorantiæ [illegible] laborat, [illegible] veritatem à Deo revelatam, sit censendus hæreticus [illegible] an ignorantia excuset ab hæresi [illegible]

Pro præsentis difficultatis intelligentia hic revocare oportet ea quæ de ignorantia diximus tum in Tract. de [illegible] Cap. 2. A. 2. num. 50, et sequenti, tum in Tract. de Actibus Humanis Cap. 3 A 4 à num. 121 usque ad num. 148. tum denique in Tract. [illegible] Cap. 6 A 1 a num. 238 usque ad num. 240, ex quibus percipias, primò quid, et quotuplex sit ignorantia, item et quam [illegible], ubi sit invincibilis, quinimò etiam [illegible] majori, ubi [illegible] sed tantum leviter [illegible] [illegible] ignorantia ab [illegible], quæ [illegible] difficultas est solum circa ignorantiam [illegible]

cibilem, quæ sit ad gravem culpam imputabilis. Atque circa hanc difficultatem multiplex est Doctorum sententia. Nonnulli enim, inter quos Petrus Lopez, Loren. tenent errantem circa fidei veritates ex quacumque ignorantia graviter culpabili neque non esse ab hæreticorum pœnis immunem. Alij autem talem sententiam limitant ad ignorantiam crassam nimis et fere vincibilem aut vero ad ignorantiam affectatam, et sic tenent Navarrus, Valentia, Cordub., et Bonacina cum alijs, et proinde hi Doctores concedunt quamlibet ignorantiam, dummodo non sit affectata, ab hæresi et ex consequenti ab ejusdem pœnis excusare, negant vero errantem circa res fidei veritates ex ignorantia vincibili, et crassa, quæ simul sit affectata, immunem esse ab hæresi atque a pœnis in hæreticos latis. Verum neque hæc limitatio placet Recentioribus, Lalao, [illegible] pro se allegante Azorium, Aragonium, Banez, Coninck, Suarez, Lugo, Hurtado, alijsque, atque hinc docent, quamcumque ignorantiam, etiam affectatam [illegible], ejusque pœnis excusare errantem circa veritates a Deo revelatas, quamvis interim ultimi [illegible] graviter peccare contra præceptum divinum fidei obligans ad inquirendas, et sciendas ejusdem veritates, et mysteria, et mandata.

629. [illegible] annotare oportet plures pœnas tam spirituales tum temporales a jure [illegible] canon[ico] et [illegible] in ipsos hæreticos statutas esse. Atque inter pœnas spirituales prima est excommunicatio major ipso facto incurrenda, ut decernitur in Capit. Ad abolendam, et in Capit. Excommunicamus 1. et 2. De Hæreticis, et in Capit. Noverit, De Sent. excom. nec non in Capit. Achatius causa 24 q. 1. quinimo [illegible] per Bullam Cœnæ, in § 1. talis excommunicatio est Papæ reservata. Secunda est irregularitas, et inhabilitas ad Ordines, [illegible]tates, Officia, et beneficia ecclesiastica ut statutum est per [illegible] [illegible], et Capit. Convenientibus causa 1 q. 7. et per Capit. Nos consuetudinem, Dist. 12, et, ut alia mittam, per Capit. Quicumque, De Hæreticis in 6. Tertia est privatio jurisdictionis spiritualis, et exercitij Ordinum, ut desumitur ex Capit. Audivimus, Capit. Apostolicæ [illegible], Capit. [illegible] et Capit. Miramur causa 24 q. 1, et constat ex eo, quod omnis hæreticus externus est excommunicatus, qui privatus est omni usu ecclesiasticæ potestatis, et usu passivo, et activo sacramentorum, et officiorum divinorum et ecclesiasticarum functionum privatus existit, ut ex[pressius] demonstratum est in Tract. De Censuris capite Ultimo A. 1 num. 294. Quarta est privatio beneficiorum, Officiorum et dignitatum ante [illegible] obtentarum, ut habetur in citato Capit. Ad abolendam, De Hæreticis, Capit. Statutum, [illegible], eodem Titulo in 6. et in Capit. Ut Commissi pariter De Hæreticis in 6, [illegible] per Capit. Quicumque, § Ad hæc eodem titulo in 6. extenditur etiam [illegible] ad casum quo Clericus vere catholicus [illegible] hæreticorum, vel credentium ipsis, vel receptatorum vel fautorum conniventia dignitates, Officia aut beneficia ecclesiastica obtinuisset et ea quidem ut collatio sit ipso facto irrita, et nulla, et si scienter [illegible] factum fuerit, is impetrans ad alia non debeat admitti. Quinta est privatio ecclesiasticæ sepulturæ, etiamsi interim ab hæresi decedens non fuerit denuntiatus, sed tantum fuerit [illegible]ratus, et notorie in hæresi decessisse ut decernitur in citato Capit. Quicumque De hæreticis in 6, et in Capit. Excommunicamus 1, 2. hæreticis § Credentes in fine, et hoc ita, ut qui ausus fuerit illum in loco sacro sepelire, sit excommunicatus, nec absolvi non possit, nisi proprijs manibus publice tale exhumaverit cadaver.

630 Inter poenas autem corporales plures numerantur à Doctoribus, quarum aliquas tantùm referemus, utpote spectantes ad totum examinum, de quibus proinde agere nostri non est instituti. Sunt autem sequentes, et prima est confiscatio omnium bonorum, ut decernitur in Leg. Manichaeos, Cod. De haereticis, et in Capit. Excommunicamus, §. Damnati pariter De haereticis. Secunda est infamia, ob quam haeretici inhabiles fiunt ad omnes honores, dignitates, officia, et munera civilia publica, v.g. judicis, Notarij &c., ut statuitur est in Capit. Excommunicamus 1. §. Credentes, De Haereticis, et in Capit. Statutum 2 eodem titulo in 6. in quo et poena haec extenditur ad eorum filios, praesertim in haeresi genitos. Tertia est poena perpetui carceris contra eos, qui agere poenitentiam, et in Ecclesiae gremium venire voluerint, ut habetur in Capit. Excommunicamus 2. De Haereticis; poena autem mortis contra eos, qui in suis erroribus obstinati vivere volunt, ut decernitur in Capit. Ad abolendam, De haereticis, et in Leg. Ariani, ac in Leg. Quicumque Cod. De haereticis. Alias autem poenas statuit utrumque Jus, et sunt prohibitio testandi, haereditatis, successionis, legati et donationis, amissio patriae potestatis, privilegij, et beneficij specialis, et dominij in servos; de quibus Doctores poteris consulere, et quas utpote ad externum forum pertinentes specialiter examinare relinquimus. Pro intelligentia tamen poenarum praesertim spiritualium

631 Quaeres primò, an praedictae poenae praesertim spirituales statim à commisso delicto incurrantur, et subire debeant ante quamcumque judicis sententiam etiam declaratoriam criminis?

Respondeo, loquendo de poenis spiritualibus, difficultatem solùm esse posse circa privationem jurisdictionis, suspensionem ante haeresim possessae et exercitij Ordinum ritè susceptorum, nec non beneficiorum, dignitatum, ac Officiorum antea ritè obtentorum. Caeterae enim poenae ipso facto incurruntur, et executioni mandari debent etiam non expectata judicis sententia, ut manifestant Canones, quibus infliguntur, patet. Pro primi autem solutione repete ea, quae dixi in Tract. De Censuris parte ultima, d. 1. De excommunicatione à num. 295. usque ad num. 309. inclusivè, ubi ostendi, in quibus casibus liceat communicare vel non communicare etiam cum excommunicatis in spiritualibus. Pro secundi verò resolutione vide dicta in Tract. De Legibus Cap. 7. §. 3. à num. 472. usque ad num. 480. inclusivè, ubi notavi, quod etsi leges poenales tum impropriè tales, tum etiam propriè tales, sed privativae juris nondum acquisiti, aut acquirendi, et nullam externam Rei actionem requirentes ad sui executionem obligent ante quamcumque judicis sententiam ad poenam subeundam; non obligant tamen eae leges propriè poenales, quae privant jure acquisito, aut acquiri coepto, et ad sui executionem externam Rei actionem exigunt. Unde cum in casu nostro supponamus, beneficium, dignitatem, ac officium ritè possessum, id obtinens dimittere non tenetur ante judicis sententiam

criminis declaratoriam. Hec de infundatis poenis generatim, nunc de his singillatim loquendo circa finem.

632 Quaeres 2do, an ad incurrendam excommunicationem in haereticos latam requiratur, quod haeresis sit publica, vel saltem externa, licet occulta, an vero etiam sufficiat interna?

Respondeo, tum ad incurrendam excommunicationem, tum alias poenas ab ecclesia contra haereticos latas non sufficere haeresim pure mentalem, seu internam; sed requiri haeresim, quae sit interna, et externa simul, quamvis ad ipsam excommunicationem incurrendam sufficiat etiam occulta. Ita cum Salmanticensibus, Sanchez, Palao, Bannez, Valentia, Suarez et alijs passim Doctoribus contra nonnullos alios. Atque quoad primam, et secundam partem responsio patet ex supradictis, et praesertim sub num. 590, ubi ostendimus ad haeresim non sufficere exterius fidem negare, nisi etiam interius dissentiatur veritatibus ab ipso Deo revelatis, et sub num. 615, ubi ostendi, dissentientem veritati per privatam revelationem etiam sufficienter propositae, ac credendae in facie ecclesiae, non reputari haereticum nec haereticorum poenas subire, quia, quicquid sit de possibili, de facto ecclesia non solet dijudicare, et punire actus mere internos. Quoad tertiam vero partem vel constat ex eo, quod haeresis interna simul et externa, quantumvis occulta sit, licet de ea per accidens non possit constare ecclesiae; attamen per se et ex natura sua est tale delictum, quod foro ecclesiae subjicitur, sicut est occulta comestio carnis die Veneris, occultus labor servilis die festo, et hujusmodi alia; atqui ecclesia saltem per sententiam generalem, sicuti facit in casu nostro, potest punire delicta, quae ejus foro subjiciuntur, quia videlicet ad hoc non requiritur cognitio causae, sicuti requiritur ad particularem sententiam, sed sufficit, quod semel lata sit lex sub poena prohibens delictum, eaque a subditis transgrediatur, ut patet, quia sane nulla lex delictum prohibens sub poena latae sententiae ferri posset; ergo etc.

633 Dixi tamen in responsione: Quamvis ad ipsam excommunicationem incurrendam sufficiat etiam occulta: quia quamvis dicendum videatur cum Sanchez, et aliis plurimis ab eo relatis Lib. 2 Cap. 8 Tom. 1 in praecepta Decalogi num. [illegible] et seq. poenas in haereticos latas incurri propter haeresim internam, et externam simul, quantumvis occultam, ex ratione paulo ante adducta pro excommunicatione; non tamen ita certa haec communiter Doctores, sicuti circa excommunicationem; quinimo nonnulli ex his qui stant, et tenent incurri excommunicationem propter haeresim occultam, id negant de ceteris poenis in haereticos latis.

634 Hic tamen adhuc restat difficultas, qua ratione externe debeat haeresis manifestari, ut relata poena incurratur, seu quaenam sint verba, facta, et signa sufficientia ad externam haeresim manifestandam? Ad hoc autem cognoscendum tres conditiones exigunt Doctores, quas Sanchez loco paulo ante citato suo num. 7 refert, et sunt sequentes. Prima est quod verbum, aut scriptura, aut signum sit ex se, et ex natura sua, aut ex consuetudine, aut ex circumstantiis antecedentibus, concomitantibus, aut consequentibus, aut etiam ex qualitate personae, ut

ita expressivum hæresis internæ, ut adstantes, et audientes, aut videntes,
aut legentes omnibus pensatis animum, et sensum hæreticum agnos-
cere, et colligere recte possent. Si enim verba, scripta, aut alia si-
gna externa talia non sint, ad hæresim internam indicandam,
et manifestandam perinde se habent, ac si non essent. Altera est,
ut signum, et actus externus, quo hæresis interna manifestatur,
sit ex se peccatum mortale, et adeo non solum per relationem ad
actum internum, sed etiam secundum operis externi qualitatem, et
quantitatem. Quod vel ex eo patet, quod excommunicatio major,
aut alia gravis pœna ecclesiastica non incurritur nisi ob pecca-
tum grave externum, cum hoc tantum puniat ecclesia. Tertia tandem
conditio est, ut signum, et actus ille externus sit ipsius hæresis confes-
sio, quia ut infra ex ipsis exemplis patebit, si signum illud, et actus
externus non indicat animum hæreticum [illegible], vel adhibetur
ad alium finem distinctum a professione hæresis, ac uterque non
notarit [illegible] hæreticus externus.

Hinc sequitur primo, quod etiamsi requi-
635 des esset tanquam hæreticus externus, qui mentaliter credens, B.
V. E. esse puram creaturam, ab aliquo homine interrogatus, an
id ita se haberet, respondendo diceret, res ita se habet, quia
nempe talia verba ex adjunctis circumstantiis determinarentur
ad illam internam hæresim manifestandam, non esset tamen
hæreticus externus qui in animo suo talem hæresim fovens
intra suum cubiculum existens, ac [illegible], et manus percuti-
ens V. E. simpliciter diceret: Ita est: sic credo: est pura cre-
atura: et hujusmodi alia, quia videlicet talia verba de se sunt
indifferentia ad quamcumque rem creatam exprimendam,
et non adsunt circumstantiæ determinativæ eorum ad prædictam
hæresim significandam. Hocque idem dic etiam de cæteris ver-
bis secundum se indifferentibus ad plura significanda, item et
de actis aut etiam de omissionibus plura significare haben-
tibus. Unde qui credens in animo suo, Ecclesiam die Veneris, ac
alterius vigiliæ non posse prohibere carnium esum, aut audi-
tionem sacri die festo, ~~aut~~ præcipere mandatum, et jejunandum non esse
ex intrinseco malum, fornicationem non esse peccatum [illegible]
item &c., die Veneris, et vigiliis comesse carnes, sacrum
in die festo omitteret, in [illegible] jejunaret, et [illegible]
[illegible], fornicaretur &c., nullo alio signo externo edito, non
esset hæreticus externus, quia videlicet tales actiones sunt in-
differentes ad significanda alia, quam animum hæreticum, ut
[illegible] ad dominium ac alios fines, etiam plerumque ste-
ut V. G. ad gulam saturandam, ob laboris molestiam, et tædium,
ad [illegible] concupiscentiam &c. Quod tamen per se loquendo
est [illegible] quia negandum non est posse intervenire
[illegible] in illis, aut aliis similibus actionibus, aut omissionibus circumstan-
tias satis indicantes animum hæreticum, sicuti contingeret pro
casu quo quis credens ecclesiam non posse præcipere auditio-
nem sacri aut abstinentiam a carnibus, aut hujusmodi alia, num-
quam [illegible] cuiquam, aut non soleret detegere caput
et genuflectere ante hostiam consecratam, et adorationi [illegible]
tam, aut malam vitam ducens indiscriminatim omnibus diebus

carnes comedere, ac nunquam jejunare; sicuti et in casu, quo animo retinens Religionem Catholicam Romanam, frequenter cum Judaeis, et Gentilibus conversaretur, eorumque synagogas ingrederetur, et templa adiret, ibique conciones audiret, ritibusque adstaret.

636. Hisque ipsum dicendum videtur cum Lezao et aliis de utente verbis ambiguis, et aequivocis, ac amphibologicis ad suam haeresim melius occultandam, in casu videlicet si verba sint perfecte ambigua, seu aeque de se habeant significationem sensum haereticum, ac catholicum, tunc absolute pronunciandum non est pro haeresi externa, quicquid aliter sentiant Salmanticenses, Sanchez, Bonacina, Suarez, et alii; sed recurrendum est ad circumstantias, et praesertim ad sensum, in quo iis in locis, in quibus proferuntur, communiter accipi solent. Unde quamvis talibus verbis utens etiam in foro exteriori sit haereticus, ubi talia verba communiter in malam partem accipi solent, etiam et ubi persona proferens est malae vitae, aut etiam proferuntur in occasione, in qua esset obligatio dogma catholicum profitendi, et commode [illegible] haereticus tamen externus habendus non esset, ubi talia, aut similia non contingerent. Nam non solum certum est hujusmodi signis, et verbis ex justa causa licitum esse catholico uti, verum etiam interpretanda esse in sensum catholico, ubi id commode fieri [illegible], ut communiter sentiunt doctores.

637. Sequitur 2do, non fore haereticum externum, qui animo trahendi in suum errorem, quem interius servat in animo, alium dat amicitiae signa, [illegible] mutuat aliaque beneficia confert, ut suo tempore eidem suam indicet haeresim [illegible] efficiat, quia minimum haec sunt signa de se indifferentia ad bonum, et malum usum, et minime haeresim internam non exprimunt. Quod et dicendum esset, ubi quis suam haeresim quibusdam caracteribus, vel notis signaret [illegible] extra vocentur, quae talia sint, ut sibi soli sint nota, et ab alio nullo valeant intelligi, cum tales caracteres et notae, [illegible] se habeant ac si non essent respectu aliorum, quicumque ii sint.

638. Sequitur 3tio, non esse censendum haereticum externum, ut tenet Sanchez cum Cyro, et aliis, qui ex [illegible] in animo suo ecclesiam die veneris esum carnium prohibere non posse, tantidem carnis tali die [illegible], etiamsi [illegible] circumstantiae, in quibus esus carnis in magno, et notabili quantitate esset indicium sufficiens haeresis. Nam talis esus, scilicet [illegible] non est [illegible] catholici, sive tamen [illegible] animi [illegible]. [illegible] ubi haereticus internus exerceret opera bona, aut omitteret mala, quae haereticorum secta, quam interius in [illegible] suo servat [illegible], et omittere [illegible], nisi [illegible] in haereticorum terris iis in circumstantiis, in quibus reliqui inde cives tanquam haeretici [illegible] opera, et omissiones [illegible] non sunt mala, sed boni hominis indicia.

639. Sequitur 4to, non esse censendum tanquam haereticum externum, qui in sacramentali confessione sacramentaliter confitetur suam haeresim internam, aut alio

animo petendi consilium aut ex alio recto fine eam manifestet viro docto, ut v.g. accipiat opportunum remedium, vel saltem convincatur, modum tentationi resistendi [illegible] &c. Ratio autem est quia talis manifestatio non est actus malus, sed bonus, et laudabilis, et proinde non est professio haeresis. Quod tamen ad externam haeresim requiritur. Atque ita docent Salmanticenses cum Suarez, Tanno, Azorio, Palao, [illegible], et Sanchez, qui lib. 2 cap. 8 in Decalogum num. 17 contra Sayrum cum Covarruvia, Corduba, et Azorio addit, fore haereticum, qui in Tribunali etiam Poenitentiae ita suam internam haeresim manifestaret confessario, ut ostenderet, eam adhuc intus fovere, nec paratum esse corrigi, utpote cum nec illo modo [illegible] esset confessio sacramentalis, sed confessionis simulatio, nec esset actus bonus, sed malus, et haeresis professio; quamvis in [illegible] idem Sanchez non dubitatur dicere, non esse necessarium, ut talis poenitens [illegible] dolens, et ab haeresi resipiscens; sed satis esse, ut accedat animo bono, et ex fine recto ad eam patefaciendam confessario, v.g. ut consilium petat, aut de suo errore convincatur, quia nempe licet ad sigillum confessionis non sufficiat sola intentio consulendi ob bonum animae, sed sit necessaria intentio se accusandi coram [illegible] a Xto constituto; sufficit tamen [illegible] in casu nostro esset bonus, et proinde nullo modo professio haeresis esset. Quod et sequenti numero idem Sanchez servata proportione extendit ad casum consilij ab amico, aut viro docto, aut inquisitore, aut ab alio capiendi, ubi rejicit limitationem **Azorij** asserentis, non fore quidem haereticum, qui causa capiendi consilij manifestaret alteri suam haeresim internam, in qua olim fuit, secus vero si afferat, hic et nunc se quoque in ea esse; sicuti et rejicit hanc alteram nonnullorum dicentium, consulentem virum doctum non fieri haereticum externum, ubi eum consulit, ut ab eo instructus acquiescat Ecclesiae; secus vero si animo non acquiescendi Ecclesiae, sed tantum dictis, et rationibus ab illo viro docto [illegible], et contrarium docet in utroque casu absolute vitari haeresis externae notam; in primo quidem, quia etiam ubi actualiter haereticus dirigit virum doctum consulere, actum bonum elicit; in [illegible], quia ex una parte talis animus, scilicet non standi Ecclesiae, sed dictis, et rationibus viri docti, manet penitus internus, et ex alia parte talis actus petendi consilium secundum se est bonus, et laudabilis.

Sequitur quinto, neque censendum esse haereticum externum, qui legendo, narrando, disputando, libros, aut [illegible] transcribendo haeresim, quam antea conceptam in mente retinebat, lingua pronunciat, non jam voluntate eam confitendi [illegible] asserendi, sed tantum gratia legendi, disputandi, narrandi, et transcribendi, quia nimirum in casu talem haeresim non pronunciat tanquam suam, sed alienam, ut patet.

Tandem, missis alijs, quae facile ex supra dictis [illegible] possunt, sequitur, non fore haereticum externum eum, qui tempore somni, ebrietatis, et phrenesis profert haeresim [illegible] enim [illegible] probat [illegible] antea etiam requirunt [illegible] et [illegible] sufficientem non adhibuerit [illegible] eam non proferendam, sicuti tenent Salmanticenses cum [illegible], Sanchez, Palao, Suarez, et alijs, et jam notavi in Tract. de actibus humanis cap. 2. A. 3. num. 44, atque [illegible] ostendi [illegible]

quòd ad hæresim foltem externam necessariò requiritur, ut actus externus, quo ipsa interna hæresis manifestatur, ab ipsa interna hæresi procedat, adeò ut non sufficiat, quòd procedat ex prava consuetudine; et proinde in somnis, ebrietate, ac phrenesi suam internam hæresim manifestans, nonnisi hæreticis materialis dici potest. Sed jam

642 Quæres 3tiò, an nedum propter hæresim publicam, seu notoriam, verùm etiam propter occultam incurratur pœna irregularitatis, atque inhabilitatis ad obtinendum de novo dignitates, officia, ac beneficia ecclesiastica, nec non ad Ordines suscipiendos, atque ad susceptorum officia peragenda?

Respondeo, quòd ad irregularitatem attinet, conveniunt inter se Doctores, eam ab hæretico contrahi, ubi hæresis est publica, et delinquens sufficientia signa emendationis, ac pœnitentiæ non dedit; hocque evidenter constat ex supra citatis juris textibus sub num. 629. et aliis, et præsertim ex cap. Si quis Presbyteri caus. 1. q. 7. Dissidium tamen est inter ipsos Doctores, ubi vel hæresis est occulta, et talis manet, vel si publica facta est, delinquens dedit sufficientia signa pœnitentiæ, et emendationis. Ast et tunc incurri dicendum est cum Sanchez, Castro Palao, pro sua sententia allegante Farinacium, Donatum, Sylvestrum, Azorium et Reiffenstuel, ac dicente hanc esse veriorem et communiorem sententiam. Atque fundamentum desumitur ex paulo ante citatis juris textibus, et præsertim ex cap. Salvatorinum, in quo redeuntibus ad fidem catholicam adimitur spes promotionis ad sacros Ordines, et pro magno beneficio conceditur in susceptis perseverare, et ministrare, sine iterata unctione, hoc est, sine reiteratione, fuerint maculati: atque adeò non infamia, ut contendunt Salmanticenses, seu ex delicto hæresis orta est ipsa irregularitas, et proinde sicuti excommunicatio contrahitur etiam propter hæresim occultam, neque tollitur absque absolutione, etsi quis sit caré de eadem dolet, et pœnitet, ita et contrahitur irregularitas. Quod omnino conforme est Constitutioni Clementis VII. incipiente Cum sicut, quæ refert Pegna in fine Directorii Inquisitorum, in qua Summus Pontifex Inquisitoribus dedit facultatem dispensandi in irregularitate ob hæresim occultam, quæ esset si omnino manifestum, eam etiam incurri ob occultam hæresim, alias concessa facultas superflua omnino fuisset; ergo &c.

643 Atque ex his etiam patet, inhabilitatem ad beneficia, officia, et dignitates ecclesiasticas nedum contrahi ob hæresim publicam et notoriam, ut manifestum est ex claris juris textibus, scilicet ex cap. Quicumque, § Hæretici et ex cap. Statuta. de Hæreticis in 6. ubi delinquentes ob hæresim ... ordines non fuerint, verùm etiam ob hæresim occultam et eò magis ob publicam, etiam per sinceram notoriam pœnitentiam retractatam. Et constat tum ex paulò ante dictis de irregularitate, cum ex modò citatis juris textibus indistinctè et indiscriminatim loquentibus. Unde cum ubi jus non distinguit, neque nos distinguere debeamus, dicendum est, pœnitentem pœnam inhabilitatis incurri nedum ob hæresim publicam non retractatam, sed etiam ob retractatam, sive publicam, sive occultam.

644 Neque his obest primo Capit. Si qui voluerint caus. 1. q. 7., in quo Novatianis hæreticis ad ecclesiam Catholicam venientibus conceditur, ut possint ordinari, et sic in Clero manere: 2do laudatum jam Capit. Saluberrimum, in quo Clericis hæreticis ad fidem Catholicam conversis, ac vere pœnitentibus conceditur in Ordinibus susceptis ministrare, nulla facta mentione dispensationis: Quæ textus minus recte dicerentur, si tota quanta est irregularitas ob hæresim contracta, non contraheretur tantum ob infamiam, quæ delictum consequitur; et proinde soli hæretici publici, et notorii minime pœnitentes irregulares, et inhabiles ad beneficia, et officia ac dignitates ecclesiasticas dicendi sunt. Quod etiam constat ex eo, quod Canones, qui afferuntur in nostræ sententiæ favorem exigunt notorietatem criminis, utpote cum ii jam non dirigantur ad hæreticos, sed ad ecclesiæ Pastores, quibus præcipitur, ne hæreticos ad Ordines promoveant, aut ad publica officia, beneficia et dignitates ecclesiasticas; item et mandant fieri solemnem hæresis abjurationem, quod minime de occulta hæresi exigere potuit ecclesia; ergo &c.

645 Respondeo primo relatum juris textum Si qui voluerint intelligi debere ita, ut ex dispensatione S. Sedis obtenta possint ad Ordines promoveri, ut constat meditanti Capit. Maximus, et Capit. Donatum eadem causa, et quæstione citatis. Hocque modo etiam venit intelligendum Capit. Saluberrimum, ut cum Suarez, et aliis exponit Sanchez, quatenus videlicet Clericus hæreticus ad altiores Ordines promoveri non fit absque Romani Pontificis dispensatione, quamvis Episcopus cum eo dispensare possit, ut in Ordinibus jam susceptis ministret, si præsertim exercitia sacerdotium, quia quoad usum sacerdotii in altaris sacrificio sacerdos hæreticus ad fidem conversus Pontificis dispensatione indiget juxta Suarez, et Pegna in Directorio Inquisitorum 3. part. q. 126. ubi refert, Pium V. anno 1567 inhibuisse Generali Hispaniæ Inquisitori, ne posset reddere habilitatos pœnitentes hæreticos, ut in Altaris ministerio deservirent.

646 Ad id vero, quod additur, fatendum est, in citatis juris textibus videri de primario damnari, ac puniri hæresim publicam et manifestam, negandum vero est, etiam de secundario non puniri hæresim occultam, sicuti constat ex Constitutione Clementis VIII. num. 622 relata, edita contra eandem canonum. Quare sicuti excommunicatio in hæreticos lata licet de primario feriat hæreticos notorios, et manifestos, ferit tamen etiam occultos; ita et dicendum est de irregularitate, et inhabilitate ad officia, beneficia, et dignitates ecclesiasticas. Quibus expositis.

647 Quæres ultimo, quanam pœna puniantur Credentes, Receptatores, Defensores, et Fautores hæreticorum, et quinam ii sint?

Respondeo, inter plures, et varias pœnas in ipso jure statutas contra prædicta personarum genera, et præsertim in Capit. Excommunicamus § Credentes, in primis esse excommunicationem majorem ipso facto incurrendam, ac S. Sedi reservatam juxta mox citatum Capit. Excommunicamus, et Bullam Cœnæ. 2do inhabilitatem ad beneficia, officia, et dignitates ecclesiasticas,

ut habetur expressè in Capit. Quicumque § Haeretici, et in Capit. Statutum de Haereticis in 6°, ubi et haec poena extenditur ad filios ipsorum haereticorum, credentium, receptatorum, defensorum, et fautorum usque ad secundum gradum in linea recta. Unde beneficia ecclesiastica, et officia publica ipsis invalidè conferuntur; ita ut si forte collata fuerint, una cum fructibus perceptis dimittere, et restituere debeant etiam ante quamcumque judicis sententiam, ubi ad ea in haeresi existentes promoti fuerint.

48 Nomine autem credentium, seu credentes haereticis sunt, qui eorum erroribus, sive in particulari, sive in communi, sive expressè sive implicitè, et confusè assentiuntur suumque assensum externis quibusdam signis manifestant sufficienter. Itaque hinc inter credentes haereticis non solum est, qui scit alicujus haeretici errores contra fidem ejus dicta, doctrinam etc. et eamque veritatem continere dicit; sed etiam qui ignorans particulares haeretici errores, sciens tamen illum ab Ecclesia damnatum eidem adhaeret sensu suo, eumque rectam fidem habere dicat, aut quid aliud facit; ex quo recte colligi possit, unanimem sensum cum haeretico habere, ejusque falsis dogmatibus assentiri, sicuti contingeret, ubi in terris Catholicorum quis cum haereticis conveniret ad conventicula, quae ab ipsis haereticis occultè celebrantur.

49 Receptatores vero haereticorum sunt, et dicuntur, qui haereticum scienter ob causam haeresis hospitio recipiunt, et abscondunt vel in domo, vel in agro, vel in civitate, sive in alio quocumque loco, quamvis vel semel id faciant ut tradunt Pegna, Sanchez, Ugolinus, Suarez, et Farinacius apud Palaum hic Disp. 3. Pun. 5. num. 9., sive interim id publicè, sive occultè fiat, sive talis haereticus sit denunciatus, sive non denunciatus, dummodo recipienti haeresis sit nota, et manifesta, ut pariter notat idem Palaus cum pluribus aliis doctoribus. Requiritur tamen, ut receptio sit ob causam haeresis, quia si ob aliam causam recipiat haereticum v.g. ob homicidium, et nullo modo de causa haeresis agatur, aut agendum sit, tunc ille occultans dici non poterit haereticorum Receptator.

50 Defensores sunt, qui quovis modo, vi, aut dolo, verbis, aut calamo haereticorum errores vel etiam personas ob causam haeresis defendunt, et impediunt, ne cum eis justitia [illegible] et ideo haeretici defensor non solum est qui vi et armis defendit haeresum promulgatores, ac disseminatores, aut impedit ne a judice capiatur, aut et eo captum liberat, aut impedit ne corrigatur, et puniatur, aut removet conantem impedire haereticum, ne actum haereticalem exerceat, verum etiam qui affert argumenta, et rationes in haeresis favorem, aut Catholicorum momenta dissolvit, aut verbis aut scriptis haereticam doctrinam laudat et extollit, ut [illegible] Palaus, et cum eo quamplures alii. Unde [illegible] defensionem personae haeretici, debere fieri ob causam haeresis, quia si quis v.g. haereticum a latrone defenderet, aut etiam ab alio privata persona, ne injustè offendatur, minimè haeretici qua talis defensor dici poterit, ut per se patet

651 Tandem Fautores hæreticorum dicuntur, qui eisdem favorem, et gratiam præstant, unde eorum hæresis aut immunis permaneat, aut ipsi liberius defendere possint, et exercitia sua hæretica, conventicula, aut alia quæque ad hæresim fovendam, et promovendam spectantia exercere valeant. Quod jam dupliciter contingit, commissione scilicet, et omissione, seu positivè, et negativè. Tunc quis commissione, seu positivè favere hæreticis dicitur, cum verbis, aut factis favorem aliquem ipsis hæreticis præstat: Verbis quidem, ut si hæreticum ut talem laudet, affirmans esse hominem probum, ac injustè damnari; si consilium præstat, ut errores celet, aut modum celandi, et condemnationem evitandi doceat, aut quid simile dicat. Factis autem, cum hæreticum sive in propria domo, sive alibi occultat, aut è manibus justitiæ eripit, aut auxilium præstat ut fugiat, carcerem rumpit, pecunias aut alimenta subministrat, processum falsificat, aut abscondit, aut quid aliud simile agit.

652 Omissione autem, seu negativè quis hæreticis favet, seu eorum fautor est, cum ratione sui officii, et muneris tenetur se illis opponere, ac se non opponit, sed eosdem impunitos relinquit, unde eos ipsos non inquirit, processum non instituit, non capit, et captos diligenter non custodit, aut hujusmodi alia quæ facere tenetur, non præstat, etsi munus suum id exigat. Quod diligenter notandum est, quia quamvis inter Fautores conveniat, inter hæreticorum Fautores enumerari, qui publico fungentes officio, ut sunt Episcopi, aliique Ecclesiæ Prælati, Inquisitores, eorumque ministri, item et Civitatum Gubernatores, ubi præfatum ab Episcopo requiruntur, prædicto negativo modo favent omittendo scilicet præstare, quæ debent ex sui muneris, communis tamen sententia, teste Sanchez, et Salas, tenet, hæreticorum fautorem non posse dici personam privatam ex omissione, v.g. quia omittit eosdem capere, aut indicare judicibus, aut jam captos non custodit, aut fugientibus non resistit, si præfatim nonnullos casus excipias, in quibus etiam privatæ personæ se positivè hæreticis opponere ex justitia teneri videntur, et inter hos casus cum Sanchez enumerari fit primò casus, quo privatæ personæ à legitimis superioribus jurisdictionem habentibus injunctum esset aliquid adversus hæreticos, v.g. ut auxilium præstet ad eos capiendos, cum fuerit requisita. Secundò est casus, quo legitimè interrogantur, ac juramento de ferendo vero testimonio contra hæreticos adstringerentur; et nihilominus veritatem negarent, aut occultarent: In his enim duobus casibus peccat contra jus debitum superiori præcipienti, et ideo contra justitiam. Tertiò quando quis ex speciali munere, præcepto facto legitimo superiori, cujus interest de hæreticis invigilare, tenetur capere aut indicare hæreticum, et non capit, neque indicat. Ultimò cum quilibet indiscriminatim ipso jure est per Inquisitorum edicta quæcumque denunciare hæreticos, et non denunciat.

653 Hæc autem omnia, quæ dicta sunt tam de Defensoribus quam de Receptatoribus, et Fautoribus, ita intelligenda veniunt ut saltem re ipsa, et per se, et ex natura sua cadant in favorem, promotionem, augmentum, aut conservationem hæresis. Quidquid

interim sit, an præterea requiratur, ut fiant animo, et intentione favendi, ac tuendi et retinendi ipsam hæresim, quod requirunt plures Doctores, inter quos sunt Sanchez, Bonacina, et alij contra quamplures alios, secundam sententiam probabiliorem, et communiorem esse dicit, et tuetur Salaus hic Tract. 4 Disp. 3. Dub. 5. num. 9. præter plurium Canonum auctoritatem ab eorum ratione, quod ubi quis cognoscit auxilium, operam, et omissionem suam per se, et necessario cessuram esse in commodum, et favorem hæresis, quemcumque alium finem et distinctam intentionem ab animo, et mente patrocinandi, ac favendi hæresi sibi præfigat, semper verum est, quod absolute vult favere hæresi; sicuti vere vult hominem occidere, qui sciens, a longe se movere, ac inimicum, sagittam jacularetur, etiamsi larvam (?) vulnerare intendisset. Ex quo deinde infert idem Salaus cum communi sententia, minime ab excommunicatione, alijsque ecclesiasticis pœnis excusari, qui consanguineum, vel alterum, vel amicum, vel etiam fratrem, aut filium hæreticum defenderet, receptaret, aut eidem faveret, dum in causa hæresis contra illos, vel illum proceditur, etiamsi non animo favendi hæresi, quinimo in illam odio concepto, ex solo consanguinitatis, aut affinitatis aut amicitiæ titulo id præstaret, præsertim ubi ipsi aliquod grave incommodum non immineret, aut ex gravi metu in virum constantem cadente non operaretur, cum si id contingeret, talis defensio, receptatio, et favor in detrimentum fidei, et Religionis cessurus esset utpote cum tunc hæ leges habeant obligare.

654 Ubi et pro praxi advertendum est, certare (?) in utramque partem disputare Doctores, an Defensor, Receptator et Fautor hæretici excommunicationem, aliasque pœnas ecclesiasticas incurrat, ubi defensio, Receptatio, et favor nullum obtinuit effectum, sed ijs non obstantibus hæreticus captus est, et meritis pœnis affectus. Quo in dissidio licet fatendum sit, sententiam negantem, quam tuentur Sanchez, Bonacina, Farinacius, et alii esse satis probabilem, attamen concedendum videtur, probabiliorem esse sententiam affirmantem, quam ut talem defendit Salaus loco supracitato num. 11. cum Suarez, Sayro, Gratio, et aliis pluribus. Ratio autem est, quia per ecclesiasticam legem nedum prohibetur favor præstandus hæreticis, ratione cujus impuniti permaneant, verum etiam prohibetur favor, ex quo vel committatur hæresis, vel jam commissa firmitatem aliquam acquirat, atqui hic effectus, scilicet ut hæresis jam commissa firmitatem aliquam habeat, semper observatur, quoties re vera quis auxilium in hæresis favorem præstat, saltem pro eo tempore, quo auxilium, et favor præstatur, etiamsi postea id impediatur, ut patet; ergo etc.

655 Atque ex his patet ad [illegible] P. Sanchez falsum nempe esse, in casu saltem ad aliquod tempus hæresim non fovere, ac favorem aliquem non sortiri effectum ut novissime opponatur pariter petita [illegible] manifeste (?) [illegible] in complici (?) ac excommunicationem non incurrente, ubi actualis [illegible] non sequatur. Atque hæc de hæresi, quibus et in fine (?)

esset aeque circa obligationem hæreticos denunciandi, et circa facultatem absolvendi ab hæresi; verum de primo in Tractatu de Charitate; de altero vero in Tractatu de Pœnitentia dicemus. Et hinc sit

556 ## §. ultimus. De Apostasia, et Schismate.

Apostasiam, vitium directe ac supernaturali fidei ex toto oppositum, esse errorem voluntarium, quo quis pertinaciter ex toto recedit, et deserit Divinam, et supernaturalem fidem semel in baptismo receptam, dictum est à num. 427. De hoc autem peccato duo hic inquirenda supersunt, et primo an illud specie differat à simplici hæresi, et speciatim sit in sacramentali confessione patefaciendum: 2do quænam sint pœnæ, quas à divina fide apostatantes incurrunt.

557 Atque circa primum illud diligenter notandum est, Apostasiam bifariam considerari posse, et primo secundum suum esse formale tantum, scilicet secundum quod præcise importat recessum à fide Catholica: 2do vero etiam secundum suum esse materiale, nimirum secundum quod est recessus à christiana religione, et materialiter secundum quod importat transitum, et conversionem ad aliam sectam, Paganismum videlicet, Atheismum, aut Judaismum. Si Apostasia primo modo spectetur, tunc dicendum est cum communiori sententia illam ab hæresi non differre specie, ut docet Angelicus Præceptor 2a. 2æ. q. 12. a. 1. ad 3um his verbis concludens: Unde Apostasia non importat determinatam speciem infidelitatis, sed quamdam circumstantiam aggravantem: ac proinde juxta Angelicum Præceptorem Apostasia, et hæresis non alio modo distinguuntur inter se, quam sicut majus, et minus, scilicet solum secundum magis, et minus. Quod etiam ostendi potest vel ex eo, quod una, et eadem est formalis malitia tum Apostasiæ, tum hæresis, utpote cum tam in hæresi, quam in Apostasia interveniat contradictio fidei divinæ in veritate suscepta: in qua contradictione formalis malitia hæresis consistit, ut patet.

558 Verum si, ut plerumque contingat, ubi est Apostasia etiam consideretur, prout dicit transitum ad aliam sectam certam, sicuti v. g. Paganismus specie differt ab hæresi, ita et differet Apostasia. Quod cum jam fere semper contingat, hinc in sacramentali confessione patefacienda erit Apostasia, quæ ipsa talis sit, an etiam patefacienda sit, ubi secundum suum esse formale tantum consideratur. Cujus solutio pendet à difficultate, quam in Tractatu de Pœnitentia examinabimus, an videlicet circumstantiæ tantum notabiliter aggravantes intra eamdem speciem sint in sacramentali confessione speciatim manifestandæ. Atque ex his

559 Ad 2dum dicendum est, Apostatas easdem pœnas, quas hæretici incurrunt, incidere, ubi apostasia non esset mere interna, sed exterius prodit, ut expresse declaratum est in cap. Contra christianos de Hæreticis in 6, ubi hæc decernuntur: contra christianos, qui ad ritum transierint, vel redierint judaismum ..... erit tanquam contra hæreticos, si fuerint de hoc confessi, aut per christianos, seu judæos convicti; et sicut contra fautores, receptatores, et defensores hæreticorum, sic contra fautores,

receptatores, et alios eis adhaerentes talium est procedendum. Quinimo majores, et graviores poenas incurrunt Apostatae, quam haeretici, ut Apostatae semper; et quamdiu vivunt, et etiam post mortem usque ad quinquennium accusari, et in suis puniri possint, ut habetur in Leg. Si quis, et in Leg. Apostatarum, Cod. de Apostatis: et ita quidem ut nec poenitentia ipsis suffragetur, sicuti jam suffragatur haereticis ex Leg. Hi, qui, Cod. eodem Titulo, nempe de Apostatis, ubi haec leguntur = Lapsis etenim, et errantibus subvenitur: perditis vero (hoc est Sanctum baptisma profanantibus) nullo remedio poenitentiae (quae solet aliis criminibus prodesse) succurritur =. Quod si etiam alios seducere conati fuerint, tunc per Leg. Eum, Cod. pariter de Apostatis, insuper bonis omnibus spoliantur, et capitali sententia condemnantur. Atque haec de Apostasia, nunc autem de Schismate.

660. Schisma itaque peccatum jam gravissimum, ac materiae levitatem non admittens, ut ostendit Salons de Charitate Tractatu 6. Disp. 4. Dub. 5. num. 5., ut jam num. 427 dictum est, est error hominis baptizati, quo voluntarie, et pertinaciter se subtrahit, et separat ab Unitate Universalis Ecclesiae, prout est corpus mysticum constans ex universis Fidelibus tanquam membris sub uno Capite Christo Jesu, et Romano Pontifice tanquam ipsius Christi in terris Vicario. Unde ad Schisma, de quo hic loquimur, requiritur, ut homo baptizatus rebellis sit sive verbis, sive factis, sive alio modo in ipsam Universalem Ecclesiam, aut in Summum Romanum Pontificem tanquam ipsius Christi Vicarium, Caput, Magistrum, et Doctorem totius Christianitatis; quae rebellio potissimum consistit in eo, ut verbis, factis, aut alio modo ostendat, se nolle Ecclesiam, et Romanum Pontificem quam talem recognoscere ejusdem auctoritati obediendo, atque se submittendo, atque in caeterorum Fidelium communione vivendo.

661. Atque hoc dupliciter contingere potest, directe nempe, et indirecte. Directe quis se subtrahit pertinaciter ab Ecclesiae unitate, ut expresse, et formaliter intendit non recognoscere Ecclesiam, aut Summum Romanum Pontificem quo talem, ut legitimum Superiorem, et Caput totius Ecclesiae, eidemque se non submittere. Indirecte autem, ut solum facto ostendit, se non submittere, et non recognoscere Ecclesiam, vel Summum Romanum Pontificem; sicuti contingeret, ubi quis Christianus in Anglia existens Regi exhiberet signa obedientiae, quibus testaretur ipsum esse Christi Vicarium in Spiritualibus, aut etiam, ubi quis absque legitima auctoritate indiceret Concilium congregare, aut jam legitime dissolutum prosequi.

662. Dictum autem est, ad Schisma requiri, ut se separet ab Unitate Universalis Ecclesiae, et rebellis sit in ipsam Ecclesiam Universalem, et in Summum Pontificem quam talem, et simul quia proprie Schismaticus, de quo jura loquuntur, dici non potest, qui se separaret ab unius Episcopi, aut [illegible] obedientia, et communione, ubi cum caeteris Ecclesiis, et Romano Pontifice communicaret, ac Universalis Ecclesiae, et Romani Pontificis auctoritatem recognosceret, eique se submitteret, nisi forte esset casus, ut se subtrahendo a communione

unius particularis Ecclesiae, aut Episcopi, se subtraheret in re, in qua talis particularis ecclesia, aut Episcopus communicat cum tota universa ecclesia, et summo Romano Pontifice, quia tamen in casu in rei subjecto se subtraheret à tota ecclesia, et Romano Pontifice.

303. Secundò quia neque propriè schismaticus esset qui Romano Pontifici tanquam Domino Temporali se submittere renueret, quia tunc non se separat ab unitate ecclesiae ejusque Capite quâ tali et proinde sicuti schismaticus propriè non esset, qui suo Principi saeculari se nollet submittere, ita et in casu nostro dicendum est. Quod et sentiendum est pro casu, quo non constaret de legitimitate Pontificis; dubio scilicet prudenti esset an hic numero Pontifex esset verus Pontifex, scilicet legitimè electus et assumptus ad Pontificatum. Unde qui dubio Pontifici nollet obedientiam praestare, atque tanquam Capiti universalis ecclesiae se submittere, crimine schismatis condemnari non posset, cum nemo alteri subesse teneatur, nisi prius sibi modo moraliter constet, eum esse legitimum superiorem, ut cum Valentia, Sanchez, Bonacina, et alijs hic advertit Salas.

304. Tertiò quia neque schismaticus esset, qui aut taedio laboris subeundi, aut difficultatis vincendae, aut etiam in odium Pontificis, quatenus est haec particularis persona, abnueret non exequi ejusdem jussa, et mandata, quia cum his omnibus stare potest verus animus vivendi in unitate ecclesiae et recognitione praefationis Pontificiae, et subjectionis eidem Pontifici tanquam ecclesiae Capiti. Quod idem et extendo ad excommunicatos, utpote cum hic non se separat, sed potius separatur à Fidelium communione.

305. Schisma autem ita expositum aliud est purum, et mixtum aliud. Schisma purum est, quando quis ultrò admittit omnes veritates ab ipso Deo revelatas, et adeo etiam credit unitatem ecclesiae, ac summum Pontificem esse ejusdem Caput, et Christi in terris Vicarium, ac habere potestatem pascendi dominicum Gregem, regendi, et gubernandi totam, et universam ecclesiam, attamen ex malitia non vult eidem obedire, eique se submittere, ac in unitate ecclesiae vivere; ac proinde totus error in casu se tenet ex parte [illegible] voluntatis ad discrimen haeresis se tenentis ex parte ipsius intellectus. Schisma verò mixtum est cum haeresi conjunctum, ut esset, cum quis se separat ab ecclesiae unitate, et se pertinaciter subtrahit à Pontificis obedientia simul negando ecclesiae unitatem, aut summi Pontificis potestatem in universam ecclesiam, prout est illius Caput, et Pastor, et Christi Vicarius in terris; aut aliquem alium fidei Articulum: Quod regulariter contingit, ut proinde in praxi vix detur schisma, quod purum sit, ut optimè advertit S. Hieronymus relatus in Capit. Inter haeresim causa 24 q. 3; ubi cum posuisset discrimen haeresim inter, et schisma concludit. Caeterum nullum schisma non sibi aliquam haeresim confingit, ut rectè ab ecclesia recessisse videatur. Quibus expositis ad explicandas schismaticorum poenas.

660 De poenis esse in schismaticos latis loquendo, si schisma mixtum est, nulla sit esse difficultas. Schismaticus enim qui simul sit haereticus, omnes haereticorum poenas contrahit, sicuti et solum schismaticorum fautor, defensor, et receptator, et credens contrahit omnes poenas, quas incurrunt fautores, defensores, receptatores, et credentes ipsis haereticis; ac proinde hic solum dubium esse sit de poenis in schismaticos latis, ubi schisma esset purum. Hi autem primo contrahunt excommunicationem majorem S. Sedi reservatam, ut habetur in § 1. Bullae Coenae: 2do ecclesiastica jurisdictione privantur, ut habetur in Capit. Quod a Praedecessore, De schismaticis. 3tio inhabiles fiunt ad beneficia, officia, et dignitates ecclesiasticas, ut decernitur in Capit. Quia diligentia, De electione, et in Capit. Ad succidendos, De schismaticis in 6: quae inhabilitas probabilius etiam contrahitur, ubi schisma esset occultum, ut constat ex supra dictis de haereticis, et ex pluribus pronius probat Palaus loco superius citato Pun. 6. num. 3., atque docet S. Thomas 2. 2. Q. 3. in 6. Quod ita etiam intelligendum est ut eis non suffragetur poenitentia, et emendatio, nisi a Summo Pontifice cum eis fuerit benigne dispensatum. Quibus poenis et alias addit recentiores Palaus, quem legere poteris. Interim tamen moneo, schismaticorum fautores, defensores, et receptatores incurrere saltem excommunicationem majorem S. Sedi non reservatam, in eosdem latam a Paulo IV. in Constit. Cum Apostolatus Officium, in qua et aliae poenae in eosdem infliguntur. Quidquid sit, an etiam incurrant excommunicationem S. Sedi reservatam, per Bullam Coenae contra haereticos, eorumque fautores, receptatores, et defensores, necnon contra schismaticos latam; in quo variant Doctores.

Atque haec de [illegible] ad majorem Dei gloriam dicta utinam semper alte insideant cordibus nostris, ut in ea firmi, stabiles, et fortes, ejusdemque scuto muniti de die in diem in virtutibus omnibus crescamus, scientes semper adversus hostes pugnare armis ab ipsa semper nobis abunde subministratis, et praesertim in die, die extremo vitae nostrae, adveniente, caritatem donum nostro summo exitio amisisse agnoscentibus contingat, sine fructu peccata nostra deplorare, ac ne quidem in spem erigi posse de [illegible] Sacerdotis ecclesiae nomine pro nobis exorantis: Ne memineris iniquitatum ejus antiquarum, et ebrietatum, quas suscitavit furor, sive fervor mali desiderii; licet enim peccaverit, tamen Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum non negavit, sed credidit, et zelum Dei in se habuit, et Deum, qui fecit omnia, fideliter adoravit. Quod tamen Deus ab unoquoque nostrum avertat.

Amen.

at [illegible]
ma[illegible]
sequ[illegible]
[illegible]
non[illegible]
pra[illegible]
ne[illegible]
[illegible]
ma[illegible]
[illegible]
nec[illegible]

1. ma[illegible]
pri[illegible]
2. [illegible]
[illegible]
ma[illegible]
[illegible]
as [illegible]
va[illegible]
na[illegible]
ma[illegible]
Ma[illegible]
qu[illegible]
ac[illegible]
cit[illegible]

2 ga[illegible]
po[illegible]
ad[illegible]
[illegible]
spa[illegible]
vi[illegible]
ba[illegible]
pe[illegible]
ap[illegible]
[illegible]
pa[illegible]
ac[illegible]

Pars altera.
De Divina spe.

Ex verbis Apostoli 1. Corin. 13. Nunc autem manent fides, spes, et charitas. divinam, et supernaturalem spem post divinam fidem locum immediatum obtinere, atque ab ea tanquam a sua radice profluere, eique tanquam basi, et fundamento inniti, manifestum est. Hinc a divina fide ad supernaturalem spem descendemus, in cujus examine diu non immorabimur, cum pauca de ea sint, quae immediate ad praxim spectant. Relictis ergo sacrae Theologiae Professoribus nonnullis difficultatibus speculationem sapientibus, dicam hic tantum de nomine, natura, et multiplicitate spei, de ejusdem objecto tum materiali, tum formali, ejusque subjecto, et certitudine, et hoc in primo capite: deinde in altero capite agam de ejusdem actus necessitate, et praecepto, ac de vitiis eidem oppositis. Sit itaque

Caput primum

De nomine, natura, multitudine, objecto, tum materiali, tum formali, subjecto, et certitudine divinae spei.

1. Exordiendo a spei nomine advertendum est, non uno modo etiam in sacris litteris illud usurpari. Aliquando enim accipitur pro re, seu bono sperato, ut accipit Apostolus ad Titum 2. inquiens: exspectantes beatam spem, et adventum magni Dei: Interdum vero sumitur pro eo, a quo vel tale bonum, vel media ad illud consequendum necessaria, et opportuna sperantur, et exspectantur: quo sensu dixit Psalmista Psal 90: Tu es Domine spes mea. et Psal 21. Tu es, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meae. et sic etiam exoramus B. Virginem dicentes Salve Regina, mater misericordiae, vita, dulcedo, et spes nostra salve: et de spe his modis accepta nunc non disputamus. Magis proprie autem usurpatur pro affectu, et actu sperandi, de quo Apostolus Rom. 8. dixit: Spe salvi facti sumus. Rigorosius tandem accipitur pro ipso spei habitu, de quo locutus est Apostolus loco 1.º citato, nimirum 1. Corin 13. et de hoc hic praecipue agendum est.

2. Spes itaque ultimo in sensu accepta et generatim sumpta definiri, sive describi potest virtus moralis potentiae appetitivae ad efficaciter tendendum in bonum absens, arduum, apprehensum ut possibile obtineri. Videtur autem primo virtus moralis potentiae appetitivae ad indicandum, virtutem spei non ad intellectum, sed ad voluntatem pertinere, in eaque recipi tanquam in suo subjecto, et communissima, et certa sententia tenet cum D. Thoma 2.2. q. 18. in 1.º ejusque ratio: dicendum, quod habitus per actus cognoscuntur: Actus autem spei est quidam motus appetitivae partis, cum sit ejus objectum bonum. Unde non est audiendus Arriaga, aut aliquis alius cum eo contendens, spem radicaliter ad intellectum spectare ex eo, quod voluntas in objectum suum tendere non sit, nisi prius tanquam bonum ab intellectu

ei proponatur: Nã si hoc verũ esset, charitas etiã partialiter ad intellectum pertineret, cũ nihil, nisi prius tanquã boni cognitũ, amari possit: Atque hinc sicuti cognitio respectu Charitatis est merũ præsequisitum; ita et respectu spei.

3: Dicitur 2dò: Et efficacitas tenẽndũ, quia devoõ spei est generare desiderium efficax obtinendi boniũ conveniens per media ordinata ad illius consecutionem. Atque per hoc spes distinguitur à simplici complacentia, et volitione inefficaci, qualis v.g. solet esse desiderium victoriæ in homine pigro, et imbelli. Dicitur tandem: in objectum absens, arduũ

4: apprehensũ ut possibile obtineri. Quod totum explicat S. Thomas 1. 2. q. 40. A. 1. in C inquiens = Circa objectum spei quatuor conditiones attenduntur. Primò quidem, quod sit bonum: non enim proprie loquendo, est spes nisi de bono, et per hoc differt spes à timore, qui est de malo. 2dò, ut sit futurum: non enim spes est de præsenti jam habito: et per hoc differt spes à gaudio, quod est de bono præsenti. 3tiò requiritur, quod sit aliquid arduum cũ difficultate adipiscibile: non enim aliquis dicitur aliquid sperare minimũ, quod statim est in sua potestate, ut habeat, et per hoc differt spes à desiderio, vel cupiditate, quæ est de bono futuro absolutè, unde pertinet ad concupiscibilem, spes autẽ ad irascibilem. 4tò, quod illud arduum sit possibile adipisci: non enim aliquis sperat id, quod omnino adipisci non pt, et secundũ hoc differt spes à desperatione. Sic ergo patet, quod spes differt à desiderio, sicuti differunt passiones irascibilis à passionibus concupiscibilis; et propter hoc spes præsupponit desiderium: sicuti et oẽs passiones irascibilis præsupponunt passiones concupiscibilis =. Hactenus S. Doctor, ex quibus ultima definitionis verba declarata manent.

5: Spes autem ita generatim accepta vel tendit in bonũ nãale viribus nãe adipiscibile, et sic est spes nãalis, seu virtus, et habitus nãalis: vel vero tendit in objectum supernãale, ac viribus tantũ Diũæ gratiæ assequibile, et sic spes supernãalis est, de qua in præsenti nos loquimur et quæ similiter Theologica nuncupatur, et definiri pt habitus, seu virtus theologica, et supernãalis divinitus infusa, adjuvans mentem animam nostram ad eliciendum spei actum, quo certa cum fiducia expectamus a Deo æternam beatitudinem, et media ad hanc conducentia ob Xti meritis. Dicitur primò habitus, seu virtus theologica, nimirum habens tum pro objecto formali, tum pro objecto materiali saltem primario, et immediato aliquam, aut aliquas divinas perfectiones, ut docet S. Thomas 2. 2. q. 17. A. 2. in C inquiens Neque etiam aliquid minus sperandũ est ab ipso Deo quàm ipsemet Deus. Dicitur 2dò: et supernãalis, quia viribus nãæ viribus comparari non pt, sed est munus Dei. Dicitur 3tiò divinitus infusa, scilicet in ipsa justificatione cum peccatorum remissione, ut docuit Trid. Sess. 6. Can. 7. in hunc modum: Unde in ipsa justificatione cũ remissione peccatorum hæc omnia simul

chra, accipit homo per Jesum Xtum, cui inseritur, fidem, spem, et charitatem: et ea quidem ut virtus hq. inhaereat animae nostrae, ac nobiscum maneat, quousque vel per peccatum eidem directe oppositum amittatur, vel in aeternam requiem ingrediamur, ut constat ex citato loco Apostoli 1. Corint. 13. Dicitur 4to elevans mentem, seu animam nostram ad eliciendum spei actum; quia sicuti de ratione habitus est inclinare potentiam, in qua recipitur, ad actum sibi correspondentem, ita et de ratione divinae spei infusae est inclinare animam nostram ad divinae spei actus sibi correspondentes. Dicitur 5to quo certa cum fiducia expectamus, ad denotandum, quod divina spes est veluti anchora, animam procellis, et tentationibus hujus vitae agitatam firmans in divinis promissis juxta illud Apostoli Heb. 6. Confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animae tutam, ac firmam. Dicitur 6to a Deo quia scimus Deus est qui promisit, et a quo bona sperata expectamus juxta illud Rom. 5. Gloriamur in spe gloriae, secundum spem vitae aeternae quam promisit qui non mentitur Deus. Dicitur 7mo. aeternam beatitudinem, et media ad hanc conducentia: ad innuendum quod nedum a Deo expectare debemus aeternam beatitudinem consistentem in fideli, seu intuitiva Dei visione; sed etiam auxilium, quo bene operemur, et sic vitam aeternam mereamur, ut sic ordinata sit nostra spes, ne evadat vana spes et mera praesumptio. Dicitur tandem ex Xti meritis quia Xtus est, qui et beatitudinem, et gratiam ad illam perveniendi nobis promeruit.

6 Atque ex his patet primo divinam, et supernaturalem spem minus rigorose sumptam, nihil aliud esse actum, quo ipsa supernaturali spe habituali, ac divina gratia adjuti, ac roborati certa cum fiducia desideramus, et expectamus aeternam beatitudinem, et media ad eam obtinendam et necessaria, et conducentia ex ipsius Xti meritis. Quae divina, et supernaturalis spes, si conjuncta sit cum charitate Theologica, spes formata, seu viva appellatur: sin vero a charitate Theologica sejuncta sit, informis, seu mortua dicitur: de quo vide dicta de fide supra Capite primo.

7 Patet secundo, objectum materiale divinae, et supernaturalis spei theologicae esse tum aeternam beatitudinem, seu ipsum Deum beata fruitione possidendum, tum omnia bona supernaturalia, sive naturalia vel absolute necessaria, vel saltem conducentia ad illam, atque a Deo nobis promissa cum hoc tamen discrimine, quod aeterna beatitudo sit objectum materiale primarium ipsius divinae spei, caetera vero bona ad illam consequendam vel absolute necessaria, sicuti est divinae gratiae auxilium, vel conducentia, sicuti sunt etiam bona naturalia, sint objectum materiale secundarium ejusdem virtutis divinae spei. Utrumque autem patet ex illo Gen. 15. ubi Deus Abrahamo dixit: Noli timere, ego protector tuus sum, et merces tua magna nimis: et clarius ex illo Matth. 6. Quaerite primum Regnum Dei, et justitiam ejus [illegible], et legitur [illegible]

in Breviario Romano in ejusdem vita, ab ipso Xto interrogatus, quid mercedem vellet accipere pro suis laboribus, respondit: Non aliam, Domine, nisi te ipsum: et hoc quidem rectissime, quia nempe sciebat, quod Magnus Aug. lib. 1. Confess. cap. 1. ajebat. Fecisti nos, Domine, ad te, et inquietum est cor nostrum, donec quiescat in te. Ex quo et ratio theologica desumitur. Illud siquidem debet statui tanquam objectum primarium spei nostrae theologicae, quod est summum bonum nostrum, nostrarum potentiarum perfectivum, et expletivum, atqui solus Deus, non jam secundum se, sed ut a nobis possessus est nostrum summum bonum, potentiarum nostrarum perfectivum, et expletivum, ut et ipse Propheta psal. 16. canebat inquiens: Satiabor, cum apparuerit gloria tua: ergo &c. Secundum autem ostenditur vel ex eo,

8 quod bona, sive supernaturalia, cujusmodi sunt auxilia divinae gratiae, virtutes, et actus meritorii, sive naturalia, qualia sunt naturae dona, et dotes, et hujusmodi alia, sunt media aut absolute necessaria, aut saltem conducentia ad aeternam beatitudinem, et proinde propter ipsam appetibilia; atqui ejusdem virtutis est tendere in finem, et in media ad finem ordinata, ut patet; ergo &c. Et sane ea omnia, quae in Oratione Dominica a Deo petuntur, certe sunt materia dictae, et supernaturalis spei, ut inter caeteros Patres probat S. Aug. in Enchiridio cap. 114; in tali autem oratione a Deo nedum aeterna beatitudo, sed et bona tum spiritualia, tum temporalia, quae sunt vel necessaria vel conducentia ad illam, petuntur; ergo &c. Unde Angelicus Praeceptor 2. 2. q. 17. A. 2. ad 2um sic respondet = Dicendum quod quaecumque alia bona non debemus a Deo petere, nisi in ordine ad beatitudinem aeternam. Unde et spes principaliter respicit beatitudinem aeternam. Alia vero, quae petuntur a Deo, respicit secundario in ordine ad beatitudinem aeternam: sicut et fides primo quidem respicit Deum, secundario respicit ea, quae ad Deum ordinantur = Atque Tridentini Patres sess. 6. cap. 6. explicantes modum, quo peccatores ad justificationem disponuntur, dicunt, quod in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Xtum propitium fore. Hactenus sunt in quibus conveniunt Doctores circa objectum materiale divinae spei. Verum loquendo de ejusdem dictae spei objecto primario, cum aeterna beatitudo duplex sit, formalis una, consistens in visione intuitiva, qua Deum possidemus, et amamus, altera objectiva, quae est ipse Deus, qui videtur, ac possidetur, dubium exortum est inter Doctores, quaenam earundem beatitudinum sit objectum materiale primarium divinae spei? Atque circa hoc, duplex est Doctorum sententia, quarum prima docet, nostram spem immediate, et proxime versari circa visionem Dei, et non circa ipsum Deum; et proinde ipsa beatitudo formalis non vero objectiva est objectum materiale primarium dictae spei. In hac prima sententia, quae est Durandi, Paludani, et nonnullorum antiquiorum. Altera sententia contendit, ipsum Deum

in se, adeóque beatitudinē objectivam esse objectū mãale primarium ipsius divinæ spei. Tertia verò, quæ communis est, et teste Salas hic Tract. 5. Disp. 1. num. 4; verissima sententia propugnat, beatitudinem tum objectivam, tum formalem esse objectum mãale primariū dñæ, et supernãalis spei; ità tñ ut ipsa beatitudo objectiva, seu ipse Deus possidendus sit objectum principalius, et ut quod, seu ut finis qui; beatitudo verò formalis sit minus principale, et tanquam finis quo. Atque est sententia D. Thom., qui 2.2 q. 17. a. 2. eandem ex professo tractans in c. ait = Bonum, quod propriè, et principaliter à Deo sperare debemus, est bonum infinitum, quod proportionatur virtuti Dei adjuvantis. Nam infinitæ virtutis est proprium ad infinitum bonū perducere. Hoc autem bonum est vita æterna, quæ in fruitione ipsius Dei consistit =.

10. Quoad primā autem partem, videlicet quod objectum primariū dñæ spei constituatur tum per beatitudinem objectivā, tum per formalem, evincitur ex eo, quod sperans beatitudinem non sperat Deum in se, et secundum se, et præcisivè sumptū, sicuti neque sperat, et petit visionem, ac fruitionē ipsius Dei, ut ab ipso Deo separatam, sed sperat, et petit utrumq. simul, quemadmodum avarus non expetit, ac desiderat pecuniā secundū se, et præcisivè sumptam, neque sperat, et desiderat possessionem pecuniæ, ut ab ipsa pecunia separatā, sed utrumque simul exoptat, hoc est et pecuniā existere, et eandem possidere; nostra ergo divina spes tanquam in suum objectū principale adæquatū et totum in ipsū Deum, et in ejus visionem, fruitionē, et possessionē; ergo utrumque est ejusdem objectū primariū. Quod præsertim contra Patronos primæ sententiæ confirmatur ex eo, quod si vel ipsa beatitudo objectiva non esset constituenda tanquā objectum dñæ spei, saltē ex parte objecti mãalis divina spes non distingueretur à virtute Religionis. Nam tunc divina spes **nostra** tantum respiceret Deum tanquā terminū immediatum, sicuti et religionis virtus respicit ipsū Deū tanquā terminū immediatū, cui reverentia, et honor defertur. Porro communis est Theologorū sententia, dñā spem utpote virtutē Theologicā etiam ex parte objecti mãalis à virtute Religionis distingui; ergo &c.

11. Altera verò pars, quod scilicet objectū mãale principalius sit ipsa beatitudo objectiva; minus principale autem sit ipsa beatitudo formalis, ex eo constare debet, quòd divina spes respicit objectum bonū, et quatenus bonum est, et proinde illa pars objecti censenda est principalior, quæ per se bona est, illa verò minus principalis, quæ ab altera bonitatē suā participat; atqui Deus, qui est res sperata, per se bonus est, visio autem, adeptio, et fruitio ipsius ab ipso Deo tanquā ejusdem objecto immediato suam participat bonitatem; ergo &c.

12. Neque huic doctrinae obest, si cum Patronis sententiae dicas primo: Id, quod a Deo speramus, est bonum arduum, absens, et futurum, et possibile possideri, ut ex ipsius spei natura constat. Atqui sola visio est talis; non autem ipse Deus, cum ipse utique praesens sit, sitque bonum praesens, et non futurum, ergo sola Dei visio est objectum primarium divinae spei, Deus vero mediatum, seu ipsius visionis terminus..... 2do Delectatio, et gaudium in Beatis non est de ipso Deo, sed de ejusdem visione, et fruitione; sicuti in Damnatis tristitia, et desperatio non est de carentia ipsius Dei, sed de ejusdem visione, cum ipsi Damnati non careant Deo: Atqui idem est objectum, quod modo nos speramus, et quo Beati in Patria fruuntur, ergo etc..... 3tio: Ita spes se habet ad bonum, sicut timor se habet ad malum; atqui timor non tendit in Deum secundum se. Deus quippe malum non est; ergo neque spes etc...... 4to: Spes proximum habet amorem concupiscentiae; amor autem concupiscentiae non fit ferri in ea, quae sunt nobis supposito distincta, quia ea non videntur posse esse bonum nostrum, nisi ratione alicujus affectus nobis inhaerentis, sicut ignis non est nobis bonus, nisi calore nobis inhaerente; ergo Deus utpote a nobis distinctus nonnisi ratione visionis ejusdem fit esse nostrae divinae spei objectum...... Tandem. De ratione spei est tendere in suum objectum tanquam nobis bonum, atqui ille, seu actus, quo quis tendit in Deum tanquam sibi bonum, non fit esse actus divinae spei; est siquidem actus inordinatus, cum debeamus tendere in Deum non propter nos, sed propter ipsum Deum; ergo etc.

13. Respondeo ad 1mum: Id, quod a Deo speramus, adaequate sumptum est bonum arduum, absens, futurum, et possibile possideri, concedo, inadaequate sumptum est bonum arduum, absens, futurum, et possibile possideri, nego majorem, et omissa minori, nego consequentiam. Objectum adaequatum divinae spei, ut ex probatis constat, non est ipse Deus in se, et secundum se spectatus, sed est Deus visus: Deus autem quo visus certe est bonum absens, arduum, futurum, et possibile possideri. Quod sufficit, etsi secundum se Deus neque sit absens, neque futurus, sicuti pecunia, licet jam existens, et alteri non futura, fit esse objectum spei avari vel ex eo, quod ab ipso non possidetur.

14. Ad secundum neganda est major propositio. Nam delectatio, et gaudium Beatorum non est principaliter(?) de visione ipsius Dei, immo nec primario est de ipsa, sed principaliter est de Deo, quem possident, et minus principaliter est de ejusdem possessione per visionem habitam. Atque hoc idem est dicendum de tristitia, et desperatione damnatorum, cum illorum desperatio, et tristitia sit de Deo, seu de carentia Dei, quem non possident, et nunquam(?) possidere potuissent(?), si voluissent, sicuti vel gaudium, vel tristitia avari non est, praecise de possessione secundum se, sed

in pecunia vel quatenus possessa, vel quatenus non possessa.

15 Ad 3tium omissa majori distinguo minorem atque timor non tendit in Deum secundum se, et praecisive sumptum, concedo, in Deum ut infligentem, aut potentem infligere poenam, nego minorem, et consequentiam. Cum nonnisi Deus sit, a quo praemium expectamus, ac sit ille, qui infligit poenam, quam timemus, sic quemadmodum est objectum nostrae spei; ita et est nostri timoris, seu melius nonminus nostra spes, ac noster timor, licet sub diversa ratione Deum ipsum respicit, atque in eum terminatur tanquam suum objectum.

16 Ad 4tum neganda est minor propositio absolute, et simpliciter prolata. Potentiae enim appetitivae non raro feruntur in ea, quae sunt supposito distincta, tanquam in suum proprium objectum: Hocque patet in avaro, et ebrio, quibus pecunia, et vinum, licet supposito distincta, sunt bona appetibilia, et reipsa sunt eorundem desideriorum objecta; sicut et visus, et auditus, et gustus appetunt objecta a se distincta, eaque tanquam bonum proprium appetunt; quinimo et ipsa ignis, quamvis relate ad expellendum frigus, non sit immediate, sed tantum mediate amabilis; tamen relate ad alios effectus, quos ipse ignis sustinere est omnino necessaria est secundum se appetibilis, et adeo appetitivae potentiae objectum; itaque mirum videri non debet, quod et ipse Deus ut nos bonus sit nostrae spei objectum, licet nobis sit supposito distinctus.

17 Ad ultimum tandem: omitto Ad rationem spei est tendere in suum objectum tanquam nobis bonum, et utile, ita tamen ut illud praecise referatur ad nos, tanquam ad finem, cui optamus bonum, concedo, ita ut illud referatur ad nos, tanquam ad finem ultimum, cujus gratia caetera assumuntur tanquam media, nego minorem et dictam minorem. Sed actus, quo quis tendit in Deum tanquam suum bonum, ita ut referat Deum ad se tanquam finem ultimum cujus gratia caetera assumuntur tanquam media, non potest esse actus divinae spei, concedo, ita ut referat praecise Deum ad se tanquam finem, cui optamus bonum, non potest esse actus divinae spei, nego minorem, et consequentiam. Inordinatum quidem est referre Deum ad se tanquam ad finem ultimum, cujus gratia caetera fiunt, cum sic ordo ipsius Dei, quem sciamus nos melius eo, ac per consequens ordo charitatis, qua Deum super omnia diligere debemus, perverteretur; inordinatum vero non est, quinimo est honestum, et laudabile, referre Deum ad nos tanquam ad finem cui bonum optamus, cum bene patiamur communicari ejus bonitatem in nos, atque omnimodam quidem perfectionem, et sic refertur causa ad effectum, sors ad ... ad vacuum, misericordia ad miseriam, perfectum ad ... ac nobis se communicatur, et laudatur bonitas ejus Dei, sicut suum Principem honorat, qui ejus ... voluntatem suam conciliare satagit, et ejus gratia amicitia ... ... Unde ad ... ...

Vel Aug. l. 15 [?] ajebat: Boni utuntur mundo, ut fruantur Deo; mali autem è contrà ut fruantur mundo, uti volunt Deo.

His autem solutis, quæ pro prima sententia afferuntur,
18. ad diluendum unum, vel alterum argumentum, quod pro secunda sententia opponi posset, adnotabis primò, ad virtutem theologicam non requiri, ut omnia, in quæ tendit, sint aliqua divina perfectio, sed sufficere, ejusdem objectum formale, et materiale primarium, et principale esse aliquod divinum attributum, ut dictum est de fide divina, licet à num. 4 [?] quod vel aliud ex eo patet, quia aliter neque ipsa charitas supernaturalis esset virtus theologica, cum hæc pro suo objecto materiali secundario respiciat proximum.

Adnotabis 2dò, cognitionem nostram non sem-
19. per, sed aliquando solum esse meram conditionem ad amorem, talem scilicet solummodo esse, quando cognitio non est formalis possessio boni, quod amatur; secus verò, quando est possessio, et assecutio boni, quod amatur, ut cum cupimus videre rem pulchram, audire musicum concentum. Tunc enim cognitio non est conditio, sed objectum [illegible], quod amatur. Atque hujusmodi est visio beatifica, per quam Deus possidetur. Atque hæc de objecto materiali divinæ, et supernaturalis spei. Modo de ejusdem objecto formali.

Nomine autem objecti formalis in præsen-
20. ti intelligitur ea formalis ratio, seu motivum formale intrinsecum, quod à nobis cognitum per se primò, et proximè movet nostræ divinæ spei actus eliciendos, ad amandum scilicet Deum tamquam nobis bonum, æternam beatitudinem expectandam, et media ad ipsam consequendam ordinata expectanda. Atque in hoc assignando varia excogitarunt Doctores. Nonnulli enim, inter quos Gonet, Card. Gotti, et alij passim Thomistæ, volunt, divinam omnipotentiam ut auxiliantem esse objectum formale divinæ, et supernaturalis Spei. Alij verò, inter quos Scotus, Frassen, Suarez, Everardo [?], contenderunt, Deum quatenus nobis bonum, seu bonitatem Dei respectivam pro objecto formali divinæ Spei constituendam esse. Verùm utraque hæc sententia à Recentioribus nunc communiter rejicitur, qui distinguentes actum amoris, ac desiderij æternæ beatitudinis à firma fiducia, qua beatitudinem, et media ad ipsam ordinata, ac convenientia obtenturos firmiter tenemus, atque à constanti animi erectione adversus insurgentes contrarias difficultates docent, objectum formale divinæ spei, prout est amor et desiderium beatitudinis, esse bonitatem Dei respectivam, idest Deum ipsum ut possidendum beatitudine supernaturali; objectum verò formale ejusdem divinæ spei, secundum quod est firma fiducia, et animi erectio, esse divinam omnipotentiam ut auxiliantem, seu divinam virtutem auxiliatricem in divinis fidelibus pollicitationibus promissam, seu divinam omnipotentiam, et fidelitatem divina promissione nobis quodammodo obligatam. Atque cum [illegible] hujusmodi sententia,

Dico, Objectum formale adæquatum divinæ
21. et supernaturalis spei theologicæ constitui ex divina bonitate re-

spectiva, seu Deo summo bono ut à nobis beatè possidendo, et ex divina omnipotentia, fidelitate, ac promissione divina; ita tamen ut ipsa bonitas Dei respectiva sit objectum formale actus amoris, ac desiderii supernaturalis spei; divina vero omnipotentia, fidelitas, atque promissio sit objectum formale firmæ fiduciæ, et erectionis animi. Atque in primis quod divina bonitas respectiva statui debeat pro objecto formali divinæ spei, prout est amor, et desiderium æternæ beatitudinis evincitur primò ex eo, quod, ut est in confesso apud omnes, quemadmodum intellectus noster assentiri non potest objecto sibi repræsentato, nisi ipsi tanquam verum appareat; adeoque ratio formalis movens intellectum nostrum ad assensum est veritas objecti repræsentati; ita et voluntas nostra prosecutiva, scilicet per amorem, et desiderium non potest tendere in objectum sibi repræsentatum, nisi illud tanquam bonum ipsi exhibeatur; et proinde bonitas, quæ in illo relucet, est ratio formalis movens voluntatem nostram ad ejusdem prosecutionem, seu amorem, ac desiderium; atqui actus divinæ ac supernaturalis spei, **prout est amor, et desiderium** beatitudinis supernaturalis, non tendit in Deum ut absolutè bonum sibi, seu in divinam bonitatem absolutam, cum hæc sit objectum formale proprium charitatis; divina ergo spes, prout est amor, et desiderium beatitudinis, seu Dei possidendi, tendit in Deum ut nobis bonum; et proinde divina bonitas respectiva est objectum formale divinæ spei, prout est amor, et desiderium beatitudinis supernaturalis.

22 Altera autem pars, videlicet quod divina omnipotentia, fidelitas per divinas promissiones nobis obligata sit formale objectum nostræ divinæ spei, prout est firma, et constans fiducia, et animi erectio, constat primo ex eo, quod ipsæ scripturæ sanctæ, ut nos excitent, et moveant ad certam spem, seu firmam fiduciam, et constantem animi erectionem in rebus difficultatibus, proponunt nobis tum virtutem divinam auxiliatricem, seu divinam potentiam et nobis auxiliantem, cum ipsam fidelitatem ut nobis per ipsas divinas promissiones quasi obligatam. De prima enim 2 Reg. 22. dicitur: Dominus petra mea, et robur meum, et salvator meus Deus fortis meus, sperabo in eum: et Psal. 17. Diligam te Domine fortitudo mea. Dominus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus Deus meus adjutor meus, et sperabo in eum. Quod et repetitur Psal. 30. De altera autem nimirum de divina fidelitate, et promissione Apostolus Heb. 10. inquit: Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem (fidelis enim est, qui repromisit) Secundò etiam constat ex eo, quia à nobis concepta, ac intimè perpensa divina omnipotentia ut auxiliante, ac divina fidelitate erga nos divinis promissionibus nihil est, quo timere, et formidare debeamus, nisi ex parte nostra obstaculum ponatur, adeoque habetur sufficiens, et verum motivum spei, prout est firma fiducia, et animi erectio, ergo &c.

23. Atque ex his etiam constat, quod primo loco dictum est, objectum scilicet formale adaequatum divinae spei esse tum divinam bonitatem respectivam, tum omnipotentiam et auxiliantem, tum divinam fidelitatem, et promissionem, quod vel ex eo constat, quia illud recte statuitur pro objecto formali adaequato divinae et supernaturalis spei, quo posito habetur ratio sufficiens movens voluntatem nostram tum ad amorem, et desiderium Dei tanquam entis nobis summe boni, et perfectivi, ac expletivi appetitus nostri, tum ad firmam fiduciam aeternam beatitudinem consequendi, et ad constantem animi erectionem adversus insurgentes difficultates, et quo non posito talis ratio sufficiens non habetur: Posita autem, seu repraesentata voluntati nostrae divina bonitate respectiva habetur ratio sufficienter movens voluntatem nostram ad amorem, et desiderium Dei summe boni nobis, seu beatitudinis nostrae, et ea non posita talis sufficiens ratio non habetur, ut per se patet, et constat ex supradictis: item posita divina omnipotentia et auxiliante, ac divina fidelitate una simul cum divina promissione statim habetur ratio sufficiens movens nos ad firmissimam fiduciam beatitudinis, atque ad constantem animi erectionem, cum sic intelligamus, et Deum posse dare, et velle dare, et infallibiliter daturum nobis et media conducentia, ac necessaria ad beatitudinem consequendam, nec non ipsam beatitudinem: non posita autem et divina omnipotentia, et fidelitate una simul cum promissione talis sufficiens ratio non habetur: nam posito per impossibile, quod Deus esset fidelissimus, sed non esset omnipotens, et proinde non posset adimplere promissa, merito dubitare possemus, an futurum sit quod promisit; et sic e contra posito quod Deus sit omnipotens, sed non fidelissimus in promissis adimplendis, pariter timere possemus de eventu rei promissae: tandem etiam posito, quod Deus et esset omnipotens, et esset fidelissimus, sed quod non constaret de divina promissione, non adesset firmum fundamentum rem speratam, seu desideratam obtinendi, ergo etc.

24. Plura autem sunt, quae opponi possunt tum pro primo, tum pro secundo superius relata sententia, seu tum pro divina bonitate respectiva, tum pro divina omnipotentia et auxiliante. Verum cum haec facillime solvi possint, si vel distinguas actum amoris, ac desiderij ab actu firmae fiduciae et constantis erectionis animi adversus insurgentes difficultates, ab ijs separans, sicuti et separatas ab eo, an divina bonitas respectiva, an vero divina omnipotentia et auxilians sit objectum formale primarium ipsius divinae spei, de quo disputant Doctores, quia alij volunt actum desiderij, et amoris esse praecipuum actum spei theologicae, alij vero id asserunt de actu firmae fiduciae et erectionis animi: His itaque omissis

25. Dices contra nostram propositionem: divina omnipotentia et auxilians, sicuti et divina fidelitas, et promissio sunt causa efficiens beatitudinis nostrae, seu habent

rationem causae efficientis ipsius beatitudinis, aliorumque bonorum, quae vel necessaria sunt, vel conveniunt ad ipsam beatitudinem, atqui causa efficiens boni sperati non habet rationem motivi formalis, seu non est specificativum formale ipsius virtutis divinae spei, ut patet; ergo &c ...... Confirmatur. Sola ratio boni, et assequibilitatis ejusdem habet rationem formalem objecti voluntatis, et per consequens ipsius divinae spei. quod vel constat ex eo, quod hac, vel illa ratione, his, aut illis mediis bonum speratum obtineatur, aut sit obtinendum, non variat rationem spei, sicuti constat in eo, qui sperat sanitatem, cujus spes certe non diversificatur per hoc quod vel per medicinam, vel via naturali sperat ipsam sanitatem; ergo divina spes non diversificatur per hoc, quod vel tantum propter divinam bonitatem respective, vel etiam propter divinam omnipotentiam auxiliantem, et divinam fidelitatem, et promissionem speratur; ergo &c ...... Confirmatur. Divinum auxilium, fidelitas, et promissio divina non sunt nisi media consequendi rem speratam; et proinde sola beatitudo habet rationem finis; media autem non possunt habere rationem, sub qua, seu formalem sperandi; ergo &c.

26\. Respondeo, et dico, veram esse majorem in sensu positivo intellectam, non vero si sensum exclusivum reddat. Nam eadem res et potest habere rationem causae efficientis, et etiam rationem causae formalis, seu sit esse specificativum formale extrinsecum, si sub diverso respectu consideretur: sic certe bonus medicus, et bonum pharmacum, si diversimode spectatur, et sit habere rationem causae efficientis, et rationem causae formalis; rationem quidem causae efficientis, si consideratur per ordinem ad actum desiderii, quo aegrotus cognoscens sanitatem sibi bonam volentem medicum, et bonam medicinam desiderat, ut eam assequatur, utpote cum et peritus medicus et bona medicina sint medium ipsam sanitatem inducens, et causans, habet autem rationem motivi formalis, si spectatur per ordinem ad actum spei, quo videlicet sperat sanitatem, cum jam aegrotus ea ratione eam sperat, quia medicus est valens, et pharmacum bonum est. Sic et si divina omnipotentia consideratur, quatenus est efficiens beatitudinem, et conferens media ad eam conducentia, et necessaria, habebit rationem causae efficientis, si vero consideratur tanquam ratio movens voluntatem nostram ad sperandum talia media, et beatitudinem expectandam, ipsa tunc omnipotentia potens auxiliari, sicuti et ipsa fidelitas in praestandis promissis, et ipsa divina promissio erit motivum formale, seu specificativum extrinsecum ipsius divinae spei. et proinde argumentum non urget.

27\. Ad primam confirmationem dico verum quidem esse, quod hoc, vel illud medium, seu diversitas materialis mediorum non variat rationem formalem spei,

ubi nempe varia, et distincta media supputant ad bona spera-
ta consequenda; id tamen falsum est, ubi non nisi unicum
supputit medium ad bonum speratum obtinendum, cum hoc
in particulari, et determinatum in casu o spei tanquam ipsi-
us motivum forte respicitur; et hinc cum nobis unicum me-
dium suppetat ad beatitudinem consequendam, quod est divina boni-
tas respectiva, omnipotentia ut auxiliaris, et divina fidelitas di-
vinis promissionibus veluti obligata, hinc illae divinae per-
fectiones erunt motivum forte actuum divinae spei, scilicet
amoris, et desiderij, nec non firmae fiduciae, et constantis
erectionis animi, ut et supra probatum est.

28. Ad alteram confirmationem omis-
sa majori distinguo minorem: Motiva autem non possunt habere
rationem, sub qua, seu formalem sperandi, idest amandi, et desiderandi
beatitudinem, concedo, rationem, sub qua, seu formalem sperandi, cum
firmae fiduciae, et constantis erectionis animi adversus difficul-
tates, nego minorem, et consequentiam. Argumentum hoc, ut patet, confundit
actum amoris, ac desiderij divinae spei cum firma fiducia, et erec-
tione animi adversus difficultates. Hinc licet verum sit, quod vo-
luntas nostra per spem non amet, et desideret beatitudinem,
nisi quia bona est sibi, sibique conveniens; illam tamen exspe-
ctat, et quidem cum firma fiducia, nihilque timet adversas
difficultates, quia Deus fidelis eam simul cum medijs necessarijs,
ac conducentibus nobis promisit, qui et notans promissa
adimplere ultro adimplebit; ac proinde et divina omnipotentia au-
xiliaris, et divina fidelitas, ac promissio est ratio formalis ro-
boris divinae spei. Quamvis interim, ut in simili dixi de divina fi-
de sub num. 130, non desistam dicere, in praxi verum actum spei
theologicae elicere, qui una, vel altera ex laudatis divinis perfect-
ionibus ad sperandum movetur, cum sub una divina perfectione in
omnibus saltem et aliae intelliguntur. Atque haec circa objectum formale
divinae spei. Nunc Quod attinet ad ejusdem divinae, et supernaturalis

29. spei subjectum, si quaeratur, quaenam ea sit spiritualis potentia, in qua
recipitur, ex dictis num 2 patet, eam recipi in voluntate, atque
voluntatem esse ejusdem subjectum denuo. Si quaeratur, quaenam
sint creaturae rationales, quibus ipsa habitus divinae spei infu-
sus, et quae proinde veros actus divinae spei elicere possint, et vo-
lent, si recolas dicta de Divina Fide cap. 3. a. 2. a num 27 usque
ad num. 39 inclusive, facile tibi constabit, eam non inveniri
nunc in Angelis, atque in Beatis cum Deo in caelis felicissime
regnantibus, neque etiam in Daemonibus, ac Damnatis, sicuti nec
in haereticis, et ijs, qui desperationis, aut praesumptionis labe se
coinquinaverunt; contra vero eam habitam fuisse ab Angelis
ante confirmationem, atque etiam a primo homine cum primum
conditus fuit, item etiam eam nunc inveniri in ijs, qui sive
... baptismum justificati fuerunt, ac nunquam in lapsi
sunt, desperationem aut praesumptionem post eam fuere,
quamvis in alia peccata quantumvis gravissima inciderint,

et tandem eam remansisse in animabus in limbo detentis ante Xti adventum, mortem, passionem, et Resurrectionem, sicuti et nunc remanet in Animabus, quae in Purgatorio existunt. Quae omnia tibi constabunt, si loco citato dicta attente relegas, et propterea hic a probationibus supersedeo, et pergo ad ejusdem divinae spei certitudinem. Difficultas autem supra divinae spei certitu-

30 dinem duplici modo institui potest, et primo, an divina, et supernaturalis spes sit absolute, et simpliciter, et utrumque, seu tam ex parte sui, tam ex parte nostri omnino certa, et firma. 2do, an ratione sui tantum considerata, vel etiam ex parte nostri, sed sub conditione nostrae cooperationis sit ita certa, ut ei competat utraque certitudo, scilicet infallibilitatis, et indubitabilitatis, seu adhaesionis, quam de theologica fide loquendo supra d. A. 2. a num. 207. et sequentibus explicavimus. Jamvero si primo modo difficultas instituatur, nostrae divinae spei non competere omnimodam certitudinem, si jam ex parte nostri consideratur, tanquam omnino certum tenendum est contra Novatores definientes fidem esse certam fiduciam, qua quisque firmiter credat se esse in numero Praedestinatorum. Atque ex ipsis divinis scripturis constat. Nam Ecclesiast. 9. legitur: Nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta. Et Apostolus 1. Corin. 10. ajebat: Qui se existimat stare, videat, ne cadat: et Philipp. 2. Cum metu, et tremore vestram salutem operamini. Quae certe stare non possent cum certitudine spei ex parte nostri, ut meditanti patet.

31 Quod si de divina spe secundo modo sumpta loquamur, tunc pariter certum est, eidem competere utramque certitudinem, scilicet infallibilitatis, et indubitabilitatis. Hocque nobis clare indicant ipsae scripturae, Propheta Psal. 23. dicente: Qui sustinent te, non confundentur: et Ecclesiast. 2. Spiritu Sancto ita loquente. Respicite filij nationes hominum, et scitote, quia nullus speravit in Domino, et confusus est. Quibus consonat illud Rom. 8. Patientia probationem operatur, probatio vero spem: spes autem non confundit: et illud Heb. 6. Ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, firmissimum solatium habeamus, qui confugimus ad propositam spem, quam velut anchoram habemus animae tutam, et firmam, et incedentem usque ad interiora velaminis. Unde S. Aug., ut habetur ... , inquit: Hanc spem in terrae sanctam tanquam anchoram praemisimus, ne in isto mari turbato naufragaremus. Sicut etiam de navi, quae in anchoris est, recte dicimus quod jam in terra sit, licet adhuc fluctuet, sic contra hujus peregrinationis nostrae tentationes spes nostra fundata est in illa Civitate Jerusalem. Ratio autem est, quia nostra divina spes innititur divinae omnipotentiae, et auxilianti, ac divinae bonitati nec non fidelitati per divinas promissiones nobis quodammodo obligatae, quam per ipsam divinam fidem omnino infallibiliter cognosci-

mus; ac proinde fundamentum, cui ipsa innititur, omnino infallibile est.
Porro virtus tali innixa fundamento omnino certa est; ergo &c.
Quod totum roboratum fit auctoritate Angeli-
32. ci Praeceptoris 2.2 q. 18. A. 4 ad 2um sic respondentis = Spes non inni-
titur principaliter gratiae jam habitae, sed divinae omnipotentiae, et mise-
ricordiae; per quam etiam qui gratiam non habet, eam consequi potest,
ut sic ad vitam aeternam perveniat. De omnipotentia autem Dei, et miseri-
cordia ejus certus est, quicumque fidem habet =. Ad 3um vero sic
ajentis = Quod aliqui habentes spem deficiant a consecutione
beatitudinis, contingit ex defectu liberi arbitrij ponentis obstacu-
lum peccati, non autem ex defectu divinae potentiae, vel miseri-
cordiae, cui spes innititur. Unde hoc non praejudicat certitudi-
ni spei =. Hoc Angelicus Praeceptor, ex quibus responsio nostra
quoad utramque partem roborata manet. Quod erat [illegible]

Caput secundum.

De actibus, necessitate, ac praecepto virtutis spei, nec non de vitijs eidem virtuti oppositis.

33. Divinae, ac supernaturalis spei proprium esse, accendere, ac movere voluntatem nostram ad desiderium efficax aeternae beatitudinis, atque ad amorem Dei, ut est a nobis summum bonum, ac nos beare potens, necnon ad moderatum timorem amissionis tanti boni, patet ex supradictis; illosque actus esse bonos, honestos, ac virtuosos indicavit Psalmista pluribus in locis, et praesertim Psal. 118. verbis illis: Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem: et Apostolus Philipp. 2. sic nos monens: Cum timore, et tremore vestram salutem operamini. Ast non defuerunt mali homines, inter quos Lutherus, Calvinus, et hos secutus Bajus, et Jansenius, et alij, qui contendentes, nullam nostram actionem deliberatam nostram esse bonam, atque honestam, et adeo a culpa immunem, nisi procedat ex charitate actuali, aut saltem virtuali, asseruerunt, praedictos divinae spei actus, scilicet desiderij, et amoris, ac timoris bonos non esse, et honestos, cum ob unicum spei motivum, et absque ullo actualis, aut virtualis charitatis influxu eliciuntur. Qui error jam pluries damnatus videtur ab ipsa Ecclesia, ut infra videbimus. Atque hinc cum communissima, et quidem certa Doctorum Catholicorum sententia dicendum, tum praedictum actum desiderij, et amoris, tum etiam timoris esse honestum, et bonum, cum unice ob motivum spei eliciuntur. Sit itaque

§ 1. De actu amoris, et desiderij virtutis spei.

34. Propositio. Amor, ac desiderium spei theologicae, tum etiam est honestum, et bonum, cum etiam ob unicum spei motivum concipitur, nec ipsa refertur ad Deum propter se dilectum separata actuali, vel virtuali, et proinde ipsius honestati, et [illegible] stabiliter operatur, cum tantum intuitu aeternae mercedis tanquam

motivo intrinseco, et immediato operatur. Quod, ut dixi, tota Catholicorum sententia, et tum ex ipsis Scripturis, tum ex SS. Patribus, tum ex Ecclesiae auctoritate, tum denique ex ipsa ratione theologica petitur. Et quidem Scripturae quidem, quae passim nos excitant, hortantur, et instant ad bene operandum intuitu aeternae mercedis, seu beatitudinis: in Apocalypsi 2. dicitur: Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitae; et Apostolus 1. Corin. 9. Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, et illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam: et Coloss. 3. Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, et non hominibus, scientes, quod a Domino accipietis retributionem haereditatis. Quinimo Christus ipse invitabat ad legis executionem propter praemium Matth. 11. inquiens: Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Unde et ipse Psalmista vir perfectus [illegible], et juxta cor Dei factus Psal. 118 de semetipso ita loquebatur: Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem. Quod et de Moyse fatetur Apostolus Heb. 11. inquiens: Majores divitias aestimans thesauro Aegyptiorum improperium Christi; aspiciebat enim in remunerationem. Cum ergo pro ratione movente ad opera bona invitanda scripturae assignent aeternam remunerationem, dicendum est &c.

135. Scripturas autem sequuntur Patres, pro quibus sufficiat afferre S. Hieronymum, S. Augustinum, et D. Thomam. Primus quidem lib. 2. epist. 4. dicebat: Ubi nonnisi Dei praecepta, et Christi praemia cogitantur, voluntas est illa tantum Dei. Alter vero, nempe S. Aug. in Psal. 120. ita nos monet: Noli facere bonum opus nisi propter vitam aeternam, ideo fac, et securus facias: et in Psal. 19. Non amamus aliquid, nisi spe caelestium praemiorum. Ipsa est enim altitudo, non hic quaeris mercedem, sed sursum. Et, omissis aliis, in Psal. 92. Regnum caelorum merces esse dicitur. S. Thomas autem 2.2 q. 17. in corp. ostendens, divinam spem esse virtutem theologicam inquit: Spes habet rationem virtutis ex hoc, quod attingit supremam regulam humani actus, quam attingit et sicut primam causam efficientem, in quantum ejus auxilio innititur, et sicut ultimam causam finalem, in quantum in ejus fruitione beatitudinem expectat. Et sic patet, quod spei, in quantum est virtus, principale ejus objectum est Deus. Cum ergo in hoc consistat ratio virtutis theologicae, quod Deum habeat pro objecto, sicut supra dictum est, manifestum est, quod spes est virtus theologica. Haec S. Doctor, ex quibus patet spem esse virtutem theologicam per ordinem ad suum objectum, et motivum [illegible], quod est amor Dei tanquam ultimi finis nostri nos beatificantis potentis: Porro actus virtutis theologicae non potest non esse actus bonus, et honestus; ergo &c.

Atque hinc Universa Ecclesia in Concilio Tridentino legitime congregata, sess. 6. can. 31. inter [illegible]

peccatoris ad justificationis gratiam disponendos, annumerat etiam actus, quo peccatores se esse intelligentes, a divinae justitiae timore quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore, illumque tanquam omnis justitiae fontem diligere incipiunt: Et can. 11. ejusdem citatae sessionis decernit, Orthodoxae Religionis doctrinae adversari eos, qui statuunt, in omnibus operibus justos peccare, si in illis suam ipsorum socordiam excitando, et sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc, ut in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur aeternam. Et can. 31. ejusdem sess. anathema infligit in eum, qui dixerit, justificatum peccare, dum intuitu aeternae mercedis operatur. Ex quibus omnibus jam patet, non solum non esse malum, et peccatum [illegible] ere bona opera propter aeternam retributionem, adeoque diligere Deum tanquam nostrum bonum; verum etiam ita operari esse dispositionem in peccatoribus ad justificationis gratiam suscipiendam, et proinde talis actus non sit non esse actus bonus, et honestus, et quidem in ordine supernaturali.

5. Cui doctrinae inhaerentes Summi Romani Pontifices damnarunt sequentes propositiones. Et primo S. Pius V. et Gregorius XIII. ut habetur in Constitut. Provisionis nostrae anno 1579. proscripsit hanc Baji propositionem ordine 38, quae est hujus tenoris: Omnis amor creaturae rationalis aut vitiosa est cupiditas, qua mundus diligitur, quae a Joanne prohibetur; aut laudabilis illa charitas, qua per spiritum sanctum in corde diffusa Deus amatur. Et Alexander VIII die 7. decembris 1690 damnavit sequentes, quarum prima est ordine 7 his expressa terminis: Omnis humana actio deliberata est Dei dilectio, vel mundi; si Dei, charitas Patris est; si mundi, concupiscentia carnis, hoc est mala est. Altera vero ordine 10 est sequentis: Intentio, qua quis detestatur malum, et prosequitur bonum mere ut caelestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens. Et tandem Clemens XI. die 8 septembris 1713. in Constitut. Unigenitus has alias proscripsit. Et primo hanc ordine 44: Non sunt nisi duo amores, unde volitiones, et actiones omnes nostrae nascuntur, amor Dei, qui omnia agit propter Deum, quemque Deus remuneratur; et amor, quo nos ipsos ac mundum diligimus, qui quod ad Deum referendum est, non refert, et propter hoc ipsum fit malus. Item hanc alteram ordine 45: Amore Dei in corde peccatorum non amplius regnante, necesse est ut in eo carnalis regnet cupiditas, omnesque actiones ejus corrumpat. Et missis aliis, speciatim loquendo de spe sequentem ordine 57: Totum deest peccatori, quando ei deest spes, et non est spes in Deo, ubi non est amor Dei. Ex quibus omnibus primo patet, inter

amorem, et dilectionem charitatis, seu ipsius Dei propter se super omnia dilecti, et inter amorem mundanum, seu malum, et pravum dari amorem medium, qui malus, et pravus non sit: hic autem amor propterea est amor, seu exercitium virtutum à charitate distinctarum, et praesertim spei theologicae, qui amor neque sit dici indiferens, utpote actus virtutis, et quidem nobilissimae, amor ergo spei theologicae secundum se bonus, honestus, et laudabilis est, etsi cum charitate conjunctus non sit. Deinde et ex damnatis propositionibus constat, actum amoris, quo quis bonum propter quidem, ut caelestem obtineat beatitudinem, qualis iam est amor spei theologicae, esse rectum, et Deo placentem: quinimo spem theologicam esse veram virtutem, ejusque actus esse virtuosos etiam in eo, qui charitatem non habet, quod dici non posset, nisi amor spei theologicae esset bonus, et honestus, etiam cum charitate actuali, aut virtuali in Deum propter se dilectum non referatur; ergo Deus

38 His omnibus et ratio theologica accedit. Nam detestari, ac dolere de peccatis commissis, ac exequi lucem ex gehennae, et poenarum metu, bonum, honestum, et laudabile est, etiamsi talis actus ex charitatis supernaturalis motivo non procedat; ergo et bonum, et honestum, et laudabile erit, legem exequi aeternae beatitudinis intuitu: atque adeo amor et desiderium beatitudinis bonum, et laudabile est: quamvis ex charitatis theologicae motivo non procedat. Consequentia patet, quia uterque actus ex eodem motivo procedit, nimirum ex amore concupiscentiae, quo quis semetipsum diligit. Antecedens autem ex supra dicendis constabit, et vel suadetur ex eo quod Deus hac de causa assignavit,[x] tam gehennam ruinis, quam caelestem beatitudinem bonis operationibus, ut videlicet illius formidine, et hujus spe ad vitiorum detestanda, et ad bonum prosequendum veluti impelleremur, et excitaremur; ergo Deus. Quod vel etiam probari fit ex eo, quod sicuti ordinate amare alterum illi aeternam beatitudinem exoptando nullo modo malum est, sed est honestum, et laudabile; ita certe nec ordinate amare semetipsum, sibique aeternam beatitudinem desiderare malum esse-rit, sed bonum dici debet, et laudabile: tali enim amore, et desiderio amatur, et desideratur bonum conveniens suae naturae ut rationali ab quo conditum summopere ipso Deo; ergo Deus. Sed

39 Oppones ex scripturis, et Patribus: scripturae enim, et Patres non uno in loco testantur[x] nec virtutem, nec opus bonum haberi ubi charitas deest. Sic Apostolus 1 Corin. 10 ait: Sive manducatis, sive bibitis sive quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et Col. cap. 3. Omne quodcumque facitis verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo, et Patri per ipsum: Quae S. Aug. lib. de Corrept., et gratia cap. 3. exponens docet respondere neq.

[x] ac magis nisi

[x] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

continere inquiens: Præcipit Apostolus dicens: omnia vestra in charitate fiant: transgreditur ergo divinum præceptum, qui singula sua opera ex charitatis motivo non constituit; et proinde peccat; ergo et peccat sibi beatitudinem exoptans ex solo spei motivo. Quod et clarius expressit idem Apostolus i. Corint. 13. verbis illis: Si linguis hominum loquar, et Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens...... et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Unde S. Augustinus, de Spiritu, et litera Cap. 14. dixit: Non enim fructus est bonus, qui de charitatis radice non surgit. Et lib. 4 Contra Julianum Cap. 3: Sine amore Creatoris, nullus quisquam bene utitur creaturis. Et, missis aliis, S. Gregorius Hom. 27. in Evangelia: Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis. Nullum ergo opus bonum est, quod ex charitate, seu ex motivo non procedit, ergo &c.

Respondeo negando assumptum, et tunc ad sum[illegible] tura, testimonia prius loco relata, aut alia similia dicendum est, ibi ingeri præceptum de referendis cunctis actionibus in ipsum Deum; atque id quo dixi in Tract. de Actibus Humanis, Cap. 4. à num. 239; atque [illegible] nos sequentibus, quatenus videlicet semper, cum deliberate operamur, tenemur ex fine, seu motivo honesto, et virtuoso operari. Illis vero [illegible] non datur præceptum faciendi omnia ex vero et motivo charitatis theologicæ, seu propter divinam bonitatem ostentum, ut vel patet meditanti Scripturæ textus in fundamento nostro, præmonitiones relatos; textus autem Scripturæ, et Patrum [illegible] loco objectos exponendos censeo non de quocumque [illegible] ro bono, et honesto, sed de æterno, et heroico, vel etiam de ope[illegible] ræ æternæ vitæ, meritorio de condigno, quod certe sine charitate theologica saltem habituali fieri non fit, ut dictum est in supra citato Tract. de Actibus Humanis in Synopsi de Merito Theologico à num. 203. Ceterum quod attinet ad textus, sicuti et ad [illegible] ra, textus supra relatos, dici etiam fit, nomina charitatis, dilectionis, et amoris usurpari non raro non tam ad significandum eum bonum motum voluntatis, quo diligimus Deum propter se, seu propter ejus bonitatem absolutam, quam etiam ad significandum quemcumque bonum animi affectum etiam naturalem, ut notat [illegible] quæ habet S. Augustinus Serm. 349. de Charitate, alias 5. [illegible] [illegible] inquiens: Charitas alia est divina, alia humana, [illegible] humana licita, alia illicita ... Ut ergo breviter insinuem, [illegible] est hæc charitas, qua uxor diligitur; illicita, qua meretrix, aut uxor aliena ... [illegible] ergo charitatem habetis humanam [illegible] sed, ut dixi, licita est. Non solum autem ita licita est, ut con[illegible] [illegible]; sed ita licita, ut si defuerit, reprehendatur. [illegible] [illegible] proinde. Sicuti cum S. Gregorius Hom. 13. in Evang. inquit: Nec opus bonum est aliquod sine castitate, non inquit, omne [illegible] [illegible] ex virtutis castitatis rigorose sumptæ motivo, ita &c.

Neque hactenus dictis obstat illud xti Lucae 10. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis. Nam illud praeceptum, utpote affirmativum, ut diximus de Charitate, semper, et pro semper non obligat, sed tantum pro determinato tempore, et quatenus quovis tempore debemus esse parati potius mori, quam divina mandata transgredi: non autem quatenus omnes virtutis actus ex charitatis motivo exercere debeamus.

12 Opponens 2do 1a ratione. Amor, quo unice ob motivum spei quis affectat sibi exoptat beatitudinem, est amor inordinatus ergo non est bonus, et honestus. Ans. pluribus prob. et 1mo, quia talis amor praefert creaturam suo creatori, cum respiciat creaturam tanquam finem, atque Deum referat ad creaturam, illumque amat tanquam utilem creaturae: 2do, quia quis ita diligendo Deum tanquam sibi bonum, et non propter se, prius amat creaturam, quam Deum, et ex amore creaturae amat Deum quia creaturae convenientem; ea sane ratione, qua ut ait S. Aug. Hom. 34, si quis diligit aurum, prius se diligit, et sic aurum: et proinde concupiscentiae ardore diligens Deum non fruitur Deo, sed utitur, quae est perversa quaedam cupiditas, ut docet S. Aug. lib. 83. Quaestionum Q. 30: inquiens: Summa perversitas est frui utendis, et uti fruendis: 3tio, quia amans Deum tantum intuitu boni ab ipso Deo obtinendi plus amat seipsum, quam ipsum Deum, juxta illud Aristotelicum principium Propter quod unumquodque tale, et illud magis: Tandem, quia amor concupiscentiae, quo ex unico spei motivo diligimus Deum quatenus nobis bonum est amor proprius, et mercenarius, ut patet; et proinde malus, et inordinatus est; ergo &c. ... Confirmatur. Amor concupiscentiae conceptus ex unico spei motivo, et amor benevolentiae quo diligimus Deum propter ejus bonitatem absolutam inter se opponuntur; adeo ut hic ab illo excluditur, atqui actus excludens amorem benevolentiae erga Deum non potest esse bonus et honestus, ut patet, ergo &c. Prob. min. tum ex eo, quod amor benevolentiae est amor purus, castus, et omnino gratiosus; amor vero concupiscentiae est amor interessatus et mercenarius, tum ex eo, quod amor concupiscentiae respicit Deum tanquam sibi commodum, et utilem, et adeo habet pro fine creaturam; amor vero benevolentiae non respicit commodum, sed unice bonum, et gloriam Dei; quae sane incompossibilia videntur, ergo &c. ... Confirmatur 2do. Ut quis ex virtute, et ordinate proximum diligat, eum debet diligere propter Deum, quin possit recte amare Deum propter proximum. Nam, ut constat ex illo xti Joan. 15: Hoc mandatum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos: debemus certe diligere proximum, sicuti xtus dilexit nos, qui procul dubio nos,

dilexit propter Deum: ergo et nos, ut ordinati, et in virtute amemus [illegible]
nos, met[illegible], debemus nos diligere propter Deum, et non De-
um propter nos, ergo in amore concupiscentiae, diligere [illegible] De-
um propter nos, talis amor non est virtuosus, et honestus, ergo
[illegible] Confirmatur ultimo Amor, qui sit spei theologicae, non est
actus concupiscentiae, sed benevolentiae a charitate eliciti; ergo si
ex charitatis motivo non procedat, non erit bonus et honestus. Con-
patet. ans vero suadetur auctoritate S. Aug. lib. de Perfectione
justitiae cap. 10. ajentis Charitas in caelo augebitur, et implebitur,
contemplata quod credebat, et quod sperabat adepta: et Clarius in
enchirid. cap. 8. dicentis. Nec amor sine spe est, nec sine amore
spes. cujus et ratio est, quia ad charitatem erga Deum summum
bonum nondum possessum, sed in futuro possidendum auxilio
[illegible] desiderandi voluntatem nostram
[illegible] spectat ad illud desiderandi voluntatem nostram
inflammare: ideo theologicae spei proprium est; ergo [illegible]
Respondeo negando ans, ad cujus primam proba- 46
43 tionem patet ex dictis a num. 42. Nam per amorem spei theologi-
cae non respicimus creaturam, ut ipsum Deum tanquam medium,
referamus in illam tanquam finem ultimum, sed solum tanquam
ad finem, cui bonum exoptamus, et ita quidem, ut hic amor [illegible]
[illegible] referatur ad ipsum Deum tanquam finem ultimum, cui [illegible]
cujus sit [illegible] gloria, et honorem et illud fiat, utpote in talis amor
non sistat in nobis, sed referatur in Deum tanquam nostrum [illegible]
timum finem, cui, in ob ejus gloriam beatitudinem nostram [illegible]
gamus. Atque hinc etiam patet ad 2dam ante negat probationem
[illegible] est, quod per talem amorem prius, seu principali-
[illegible] creatura, quam Deus, et quod Deo utamur, non fruamur
amemur creatura, quam Deus, et quod Deo utamur, non fruamur
quia quamvis amemus Deum ut nobismetipsis bonum, non amam[us]
illud nobis ultimate, ideo in nobis tanquam ultimo fine sistendo
[illegible] saltem implicite, et virtualiter nostrum bonum, et
[illegible] ipsi Deo, tanquam nostro ultimo fine. Et hinc in [illegible]
[illegible] non verificatur ordinis perversitas ob [illegible]
[illegible] non [illegible] exemplum [illegible] aurum, cum ipsum
[illegible] sicut neque facit [illegible]
[illegible] tanquam fini ultimo.
Ad 3tiam ejusdem negati ante probationem
44 [illegible] est asserendum, quod [illegible] non probatur ex illo
[illegible], quod generaliter praesumitur est falsum in omni
genere causae; fallit enim primo in causa efficiente physica. Nam cum
[illegible] in hoc non est magis hoc, quam [illegible] ab ipso [illegible]. 2do in
causa [illegible] in gratia sanctificante, quae certe non est magis
sancta, quam hoc [illegible] justificatus: 3tio in causa materiali cum
[illegible] materiali ex materia [illegible] sit corruptibilis, licet non sit in
corruptibilis materia ex qua [illegible]: ultimo et fallit in causa fi-
nali, ut patet in thesauro, ob quem effodiendum a terra fabricatur
ligo, qui non est magis ferrum, quam ligo. Ceterum in casu no-
stro per amorem concupiscentiae Deus non attingitur tanquam me-
dium, sed tanquam finis ultimus ipsius creaturae rationalis.

45 Ad ultimō ejusdem sumpta negati ant̃is in primis fateor, amorem spei theologicæ esse amorem proprium, sed non terrenū, mundanum, et carnalem; sed celestem, et spiritualem, et ordinatum, quem sacræ literæ non varō commendant ad illum exhortandō, et excitandō, ut supra ostensū est. Deinde nego, amorem spei esse propriè amorem mercenariū, quippe qui meæ est amor, quo unicè acquiritur merces temporalis; ita ut operarius operatur, et serviat Deo, ut nec serviat, nec serviret illi velit nisi propter bonū temporale; et ideò continetur non amore Deum tanquā ultimū finem, sed ipsum bonū temporale. Si tamen et amor ille, scilicet spei theologicus, in sensu quodam lato, ut impropriè mercenarius dici sit, quatenus verum est ita amantem Deū operari propter mercedem æternam: atque in hoc nihil mali est, quia saný reprobandus jam fuisset Moyses, et David, et Apostolus, et S. Thomas, et alii sanctissimi viri. Quod dici non fit nisi per summam injuriam.

46 Ad primam confirmationem nego minorē ad cujus primæ probationem negandū est, amorem benevolentiæ licet purum, castum, et gratiosum, et amorem concupiscentiæ, qui sit interessatus, et mercenarius eo tantū sensu, ut acquirat pro mercede æternam beatitudinem, inter se pugnare; præsertim si de distinctis actibus sermo sit, ut ex infra dicendis de Charitate constabit. Ad alteram verò probationem ejusdem majoris patet ex superius dictis, videlicet amorem concupiscentiæ respicere quidem proprium commodum, et utilitatem sperantis, tum et creaturam tanquam finem, cui; non verò tanquā finem ultimū Quod certè minime pugnat cū amore benevolentiæ; quinimo est prærequisitum necessarium ad illum.

Ad alteram confirmationem negandū est ant̃. Possumus enim virtuosè actu supernaturali diligere proximum, licet talis amor non sit charitas Dei, si videlicet illū amemus propter ejus dona supernaturalia, et propter virtutes fidei, spei, patientiæ, humilitatis, et misericordiæ, quæ in ipso relucent. Possumus etiam amare Deum proximo, quia bonum ipsi proximo, qui actus non est actus charitatis erga Deum sed amoris erga proximum, illum tantū implicitè, et virtualiter referendo ad Deum: et proinde sicuti talis amor proximi est bonus, et honestus; ita et amor quo quis sibi Deum tanquā bonū diligeret. Atque hinc licet verum sit, quod si quis dilexerit nos propter Deum expressè referen... ad Deum, scilicet Dei divinum bonū, quod nobis voluerat ut nota cū ista actus tanquam charitatis, perfectior esset; attamen non inde sequitur; quod non sit virtuosus actus, qui duntaxat sit amoris ordinati erga proximum; sicuti licet perfectior sit charitas, non proinde sequitur, quod fides, spes, patientia, misericordia, aliæque virtutes, etsi ex charitatis motivo non eliciantur, non sint veræ virtutes.

45 Ad ultimam confirmationem absoluta et indistincta negandum est omnis. Objectum enim formale spei theologicae est formaliter diversum, et distinctum ab objecto formali charitatis theologicae, cum haec habeat pro suo objecto formali Deum, ut in se bonum; illa vero Deum, ut nobis bonum, et proinde cum virtutes inter se distinguantur penes earum objectum formale, certum esse debet, amorem spei theologicae non esse amorem benevolentiae, sive charitatis theologicae. Quod communi consensu tradunt Theologi, et docet Trid. sess. 6. cap. 7 declarans, quod in ipsa justificatione cum remissione peccatorum haec omnia simul infusa accipit homo per Jesum Christum, cui inseritur, fidem, spem, et charitatem: et proinde charitas a spe theologica distinguitur juxta Trid., ideoque eadem non est cum ipsa spe: quod et innuit Apostolus 1. Corin. 13. non solum tanquam tria distincta ponens fidem, spem, et charitatem, sed etiam asserens charitatem esse majorem ipsa fide, et spe inquiens: Nunc manent fides, spes et charitas, tria haec; major autem horum est charitas. Atque hinc ad Augustinum dicendum est, S. Doctorem loqui in objectis locis de spe late sumpta, quatenus nempe est desiderium boni absentis ex quocunque motivo id fiat; non autem de spe proprie sumpta, quatenus videlicet sit amor boni absentis qua nobis boni, et convenientis. Nam S. Doctor non uno in loco loquitur de spe tanquam virtute omnino a charitate distincta. Ex his patet etiam ad rationem, quia videlicet diverso modo, 2.
et ex diverso motivo formali spes, et charitas tendunt in ipsum Deum. Haec de amore spei theologicae modo sit [illegible]

§. 2. De actu Timoris Dei, et Spei.

Timor non uno modo accipi fit, et solet, et primo accipitur pro passione appetitus sensitivi, qui residet in irascibili ratione cujus, ut docet S. Thomas 1. 2. q. 41, et 42, homo naturaliter refugit malum imminens contrarium proprio bono, et commodo. 2do sumitur, prout est vitium fortitudini contrarium quod timiditas dicitur, et pusillanimitas, de quo agit S. Thomas 2. 2. q. 125; et est, dum homo fugit malum, quod juxta rectam rationem timere non liceat. Atque de timore his duobus modis accepto hic sermo non est. Tertio nomine timoris proprie sumpti, et de quo hic disputandum est, intelligitur motus animi, 3
sive voluntatis aversantis malum aliquod, quod ipsa timet seu aversari meretur. Atque timorem hunc cum S. Thoma 2. 2. q. 19 a. 2 scholastici communissime dividunt in filialem, initialem, servilem, et mundanum.

Timor filialis est ille, quo quis ad Deum conversus, ac bene temperat, atque fugit peccatum, quia est offensa Dei summe diligendi, ideoque horret, et aversatur culpam, ne displiceat Deo, instar boni filii timentis offendere Patrem, quem maxime diligit. Itaque timor absque dubio natura bonus et honestus est, imo etiam perfectus. Nam in primis ortum suum habet ab ipsa charitate perfecta; quinimo ut loco citato [illegible] Angelicus Praeceptor; cum incrementum charitatis et ipse [illegible] [illegible]. [illegible] et hic timor inter sanctorum dona

Spiritus Sancti enumeratur, atque de eo Isaiæ 11. dicitur: Et replevit eum spiritus timoris Domini: Spiritus et hic timor in cælesti Patria permanet, non quidem in quantum admixtam habeat sollicitudinem, ne offendatur Deus, sed in quantum importat constantem voluntatem non offendendi Deum summe dilectum, et reverentialem subjectionem ipsi Deo. Unde Psal. 18. dicitur: Timor Domini sanctus permanens in sæculum sæculi. Quod S. Aug. lib. de Civit. Dei cap. 14. explicans inquit = Timor ille castus permanens in sæculum sæculi non erit timor exterrens a malo, quod accidere non potest, sed tenens bonum, quod amitti non potest.

Timor initialis, de quo Psal. 110. legitur: Initium sapientiæ timor Domini: et Ecclesiast. 25. Timor Domini initium dilectionis est: quique medius inter timorem filialem, et servilem, est timor ille, quo quis movetur ad avertendum, et fugiendum peccatum, nedum ut Deus non offendatur, sed etiam ne incurratur pœna, atque habet se ad timorem filialem sicuti se habet charitas imperfecta ad perfectam; atque ideo sicuti actus charitatis imperfectæ, qua videlicet diligitur Deus propter se, sed nondum super omnia, est verus virtutis actus, honestus, et laudabilis, ita et timor initialis inter virtutis actus est reponendus, ut laudata s. virorum testimonia clare innuunt, et proinde neque de hoc timoris genere hic quæstio instituitur.

2. Timor mundanus est, quo quis ob metum mali temporalis incurrendi deserit Deum, seu eligit Deum offendere, ne malum illud subeat, v.g. ne ignominiam, et dedecus, aut infamiam apud homines subeat, ne corporis cruciatus sustineat, aut bonorum temporalium jacturam patiatur, aut alia hujusmodi, quæ juxta rectæ rationis præscriptum essent sustinenda, ne Deus offendatur. Atque hujusmodi timor manifeste malus est, et a Christo Matth. 10. reprobatur verbis illis: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timete eum, qui potest et animam, et corpus perdere in gehennam. Unde neque de hoc timore hic disputatur.

3. Tandem timor servilis est ille, quo quis abstinet se, et removetur ab offensa Dei ob gehennam, aliasque pœnas, quæ a Deo peccatoribus infliguntur. Atque timor alius est simpliciter, et absolute servilis, et alius serviliter servilis. Primus est, cum quis, excluso animo, et voluntate peccandi, ob timorem incurrendæ æternæ damnationis, aut incurrendi alias pœnas a Deo infligendas ita vitatur peccatum, et offensam Dei, ut ideo principaliter moveatur ob eam, quam peccati sit ipsa pœna a Deo aliàs infligenda, veluti præscindendo ab aliis motivis, licet ea non attendendo, neque excludendo. Alter vero, scilicet timor serviliter servilis est, quo quis abstinet se quidem a culpa, propter pœnam a Deo infligendam, ita tamen ut vellet

affectum habeat ad peccatum, quod de facto vellet committere, nisi esset infernus, nisi indite a Deo puniendus esset. Hic timor proculdubio malus est, et vitiosus, quem insectantur, et reprobant SS. Patres, et scholae, et contra quem stat illud Oderunt peccare mali formidine poenae. Unde difficultas to- 55
ta reducitur ad timorem simpliciter, et absolute servilem, de quo loquendo sit

Propositio. Timor simpliciter, et absolute
54 servilis amittendi aeternam beatitudinem, et incurrendi aeternam damnationem, aliasque poenas a Deo infligendas, tum etiam honestus, et bonus est, cum ob unicum spei motivum concipitur, nec charitate actuali, aut virtuali in Deum refertur. Est certa Catholicorum sententia contra Lutherum, Bajum, Jansenium, aliosque, et constat ex pluribus propositionibus ab Ecclesia proscriptis, et praesertim ex sequentibus jam ab Alexandro VIII. damnatis, quarum prima est ordine 10. hujus tenoris = Intentio, qua quis detestatur malum, et prosequitur bonum, mere ut caelestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens = Altera est ordine 14. his terminis concepta = Timor gehennae non est supernaturalis =. Tertia, aliis omissis, est ordine 15. sic expressa = Attritio, quae gehennae, et poenarum metu concipitur, sine dilectione benevolentiae Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis =. Clare autem, et manifeste evincitur ex ipsis Scripturis sanctis, quae pro motivo fugiendi peccatum passim nobis suppeditant timorem simpliciter, et absolute servilem, id est timorem perdendi aeternam beatitudinem, et gehennae poenam subeundi: sic loco supra citato nempe Matth. 10 Christus ait: Timete eum, qui potest corpus, et animam perdere in 57
gehennam: et Mar. 9: Bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem .. . Bonum est tibi claudum introire in vitam aeternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis. Hac ratione Job cap. 9. dicebat: Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti; et Psalmista Psal. 118. Confige timore tuo carnes meas; a judiciis enim tuis timui: Porro operari ex motivo quod sacrae literae nobis insinuant, non potest non esse bonum, et honestum, ac laudabile; ergo &c.

Quod roboratur auctoritate Trid.[i] Sess. 14
55 Can. 4. docentis, hujusmodi timorem esse bonum motum, donum Dei, et Spiritus sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis. Et can. 5. anathematizantis, qui dixerit, dolorem ex gehennae metu conceptum non esse utilem, et [illegible] non praeparare: item et ibidem anathematizantis qui dixerit, dolorem illum esse coactum, et non liberum, et voluntarium. Quod et idem Trid.[m] Sess. 6. Can. 8 decrevit sic inquiens: Si quis dixerit, gehennae metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel a peccando

abstineamus, peccatum esse, aut peccatores pejores facere, ac ethnicus sit. Est Trid. ergo metus, de quo disputamus, nedum non est malus, sed est positive bonus, honestus, et laudabilis.

Neque prodest Baji asseclis reponere, Tridentinum in citatis locis de timore initiali charitatem annexam habente locutum fuisse. Hoc siquidem est aperte falsum, et constat tum ex eo, quod Trid. Patres ibi definiunt contra Lutherum, qui timorem servilem duntaxat, non vero initialem, negabat esse bonum, et honestum; tum ex eo, quod ut refert Cardinalis Palavicinus in sua Historia Concilii Trid., cum in summa relato decreto Capitis 4. sess. 14., ut primum delineatum fuerat, apposita fuissent haec verba: cum sine aliquo dilectionis initio inde esse vix queat: postea praetermissa fuerunt, quod Guadixensis Antistes dixisset, hujusmodi dolorem concipi posse sine amore. Trid. ergo auferendo praedicta verba, et ijs sublatis approbando decretum illud reformatum, judicavit et docuit, timorem servilem, etsi minime cum charitate conjunctum, esse bonum, et honestum motum. Quod et non uno in loco docuerunt ipsi Sancti Patres, inter quos S. Aug. in Psal. 127. ita loquitur: Timet, ne mittatur in gehennam, bonus est, et utilis iste timor: et Serm. 13. de verbis Apostoli inquit: Fac vel timore poenae, si nondum potes amore justitiae. Quibus et consonat S. Bonaventura in Opusculo de Gratia sanctificante ... 5. Cap. 4., et S. Thomas 2. 2. Q. 19. A. 4. dicens: Timor servilis secundum suam substantiam bonus est. Hisque omnibus accedit et ipsa ratio, quam supra num. 38. retuli, et assignavi. Verum

57. Dices contra. Actus timoris gehennae ac aliarum poenarum excluditur ab ipsa charitate, ut habetur 1. Joan. 4; ubi legitur: Timor non est in charitate; sed perfecta charitas foras mittit timorem: Quod autem a charitate excluditur, nequit esse bonum et honestum, cum honestas honestatem non excludat; ergo &c. Unde S. Aug. Tract. 9. in citatam Joannis epistolam ait: Hic timor, ne in ignem mittaris cum diabolo, non est castus; non enim venit ex amore Dei. et Tract. 43. in Joannem sic disserit. Timor ille, ne patiaris poenam, servilis est: Quid magnum est timere poenam? Hoc et nequissimus servus, hoc et crudelissimus latro &c; ergo &c. [illegible]

Timor etiam simpliciter servilis a committendo peccato non excludit affectum ad peccatum, neque voluntatem peccandi, ut docet S. Aug., et S. Thomas, quorum primus lib. de nat. et grat. cap. 57 haec habet = Sub lege est, qui timore supplicii, quod lex minatur, non amore justitiae se sentit abstinere ab opere peccati, nondum liber, nec alienus a voluntate peccandi = Et in Epist. 44 inquit = Inimicus justitiae est, qui poenae timore non peccat =: et lib. 1. ad Bonifacium Cap. 9. dixit = In ipsa interius voluntate peccat, qui non voluntate, sed timore non peccat =. Alter vero, nempe S. Thomas 1. 2. Q. 107. A. 1. ad 2. haec habet

= ex vetus dicitur cohibere manum, non animum, quia qui timore pœnæ ab aliquo peccato abstinet, non simpliciter ejus voluntas recedit à peccato, sicut recedit voluntas ejus, qui amore justitiæ abstinet à peccato = Quod et docet in quam Dict. 170. q. i. A. i. ostendens Antiochum caruisse vera pœnitentia, quia non amore justitiæ, sed timore pœnæ de peccatis suis dolebat. Unde et de abstinente à peccatis, et de observante legem ob pœnarum metum verum est dicere, quod coacte, et invite operatur, ut docent præfati SS. Patres, Aug. scilicet in Epist. ad Galat. inquiens. *Timore ista implere cogebantur*: S. Thomas autem i. 2. q. 6. A. 7. ad 2dum sic respondens: *In eo, qui per metum aliquid agit, manet repugnantia voluntatis ad id, quod agitur*. Porro actus, cui inest affectus ad peccatum, et coacte, et invite excludens peccatum non est actus bonus, et honestus; ergo &c. ...., confirmatur 2do. Qui ex gehennæ metu fugit peccatum, ita abjicitur ergo peccatum, ut illud vellet patrare, si non esset gehenna; sicuti projiciens merces mari naufragii nollet eas projicere, si periculum naufragii abesset: taliter autem fugiens peccatum honeste non operatur; ergo &c. .... Confirmatur 3tio. Qui ob timorem gehennæ detestatur, et fugit peccatum, plus odit, et aversatur pœnam, quam peccatum; ut patet ex noto illo: *Propter quod unumquodque tale, et illud magis*: talis autem actus est inordinatus; ergo &c. .... Tandem, mittis aliis, confirmatur ex eo, quod inordinatum est vitare majus malum, quale est peccatum, propter minus malum, quale est pœna; ergo cum hoc fiat in casu nostræ propositionis, dicendum est &c.

18. Respondeo negando majorem. Textus autem S. Joannis, si ipsis eum velit intelligere de positiva exclusione, exponendus est de timore serviliter servili: si vero quis eum velit intelligere etiam de timore simpliciter, et absolute servili, tunc exponi debet de exclusione positiva, quatenus diligens Deum amore benevolentiæ, seu charitatis perfecto, non attendit ad motivum pœnæ, interdum etiam spiritualis, sed unice ad Dei amabilitatem, et bonitatem infinitam; et ita quidem, ut quo magis ipsa charitas crescat, eo magis minuatur timor ipsum Deum amittendi, et in gehennam incidendi: ex quo unice videtur inferri posse eundem numero actum non posse esse timoris, et amoris benevolentiæ, de quo non placet hic disputare, non autem, quod actus charitatis positive excludat actum timoris jam orientem à virtute ipsius spei. Si enim si argumentum quid probaret, probaret etiam fidem per charitatem operantem non esse bonam, et honestam motivum hæc excluditur à visione faciali, et beatifica juxta illud i. Corin. 13: *Cum autem venerit, quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est*. Quod tamen est falsum, ergo &c. Atque ex his dices, S. Augustinum in locis objectis ...

e timore serviliter servili, ut vel patet ab exemplis, quae ibi adducit; in primo scilicet de muliere adultera, quae ab adulterio abstinet unice ob mortis timorem, cujus absentiam exoptat, ut impune fornicetur; in 2do vero de nequissimo latrone. Atque hoc modo intelligendi veniunt alii Patres, qui objici possunt, nisi velis dicere, eos loqui de amore nondum casto, et puro, qualem ultro fatemur, non esse amorem concupiscentiae, tum amor, qui est vere castus, est benevolentiae amor, et ex his constat, quid dicendum sit ad confirmationem, nam Patres nimirum Augustinus, et Thomas locuti sunt, ut sibi cohaereant, de timore serviliter servili, ut vel patet meditanti dicta in textu nostrae repositionis, tum ex Trid., tum ex profundatis Patribus, quae praemittere valeo, ut eorum mentem probe scias.

Ad alteram confirmationem nego assumpti. Sicuti enim de eo, qui horas canonicas recitat, ut satisfaciat praecepto, quo obligatur, aut Deum amat ex gratitudinis motivo ob beneficium acceptum, aut dat stipem creditori indigenti ex justitiae motivo, non fit dici, quod talibus motivis ablatis ea non praestaret ex aliis motivis, ita et in casu nostro dicendum est. Disparitas ad paritatem de projiciente merces metu naufragii desumptam est, quia metus gehennae movet voluntatem nostram ad id, ad quod secundum ejus naturalem, et rectam inclinationem trahitur, nempe abolitionem peccati quae est conformis rectae, et ordinatae inclinationi nostrae voluntatis, et proinde metus gehennae simpliciter dicitur metus innaturalis, talis scilicet, ut moveat ad opus voluntatis inclinationi conforme; opus autem, quod est secundum voluntatis inclinationem, nequit dici involuntarium secundum quid; ergo Deo a contra vero metus naufragii movet voluntatem nostram ad id, quod est contra ipsius voluntatis inclinationem, utpote cum merces utilitatem afferant, et earum amissio damnum, et proinde talis timor, seu metus dicitur absolute extrinsecus, talis scilicet, ut quo fit opus contrarium voluntatis inclinationi, qui proinde censeri involuntarium secundum quid. Deinde ubi quis metu naufragii merces projicit, unicum motivum est projiciendi, idest mortis vitatio, qua cessante recte supponitur, quod merces non projicerentur. Contra vero aliud ubi quis metu gehennae detestatur peccatum, adhuc eo cessante sunt alia motiva peccatum detestandi, quae certo possent subintrare loco metus gehennae; et proinde latum est discrimen inter utrumque casum.

Ad 3tiam contra: tua est major absolute negata. Nam etiam habere unum malum supra aliud malum est voluntatem ita affici erga utrumque ut si utrumque vitari non possit, unum prae alio eligatur. Quod in casu nostro dici nequit, in malum culpae, et malum poenae, quae sunt inseparabilia. Unde Theologorum principium hic non urget. Quod vel ex eo constat, quod etsi amem Deum summe gratia detentam, non inde sequitur, quod plus amem gradu; quam ...

aptum esse censetur, quod eo ipso actu, quo quis solet de peccatis ob gehennam, exoratum magis odisse gehennam, quam peccatum, non proinde hic actus continuo dici deberet inhonestus; siquidem in hoc nostro non ille actus, quo quis solum odio haberet gehennam atque ullo respectu ad suum peccatum, quam nempe alio actu magis odio haberi posset ipsum peccatum, atque sic magis appretiatur malum culpae, quam malum poenae. Unde solum est malus actus, quo quis collatis inter se malo culpae, et malo poenae, malum poenae praefert malo culpae; non autem ille, quo tali comparatione non facta interpretative reputatur in malum poenae, sed in malum culpae; nullo ipso habito affectu ad peccatum.

61. Ad ultimam confirmationem dico: absolute ordinatum est vitare majus malum propter minus malum, si non minus malum non est medium aptum etiam ad vitandum majus, aut etiam ubi minoris mali vitatio ultimate non refertur saltem implicite, et virtualiter ad ipsum Deum tanquam finem ultimum, sed sistatur in fuga minoris mali tanquam fine ultimo, concedo. Si minus malum est medium aptum etiam ad vitandum majus, et minoris mali fuga ultimate refertur in ipsum Deum tanquam finem ultimum, nego assumptum, et consequentiam. Distinctio per se patet, siquidem ex supradictis constat, timorem gehennae esse optimum medium ad declinandum peccatum, illumque ultimate referri in ipsum Deum; et proinde semper stat, timorem simpliciter servilem esse honestum, et aptum ad dispositionem ad justificationis gratiam consequendam, ut inferius dicemus in tractatu de Poenitentiae Sacramento. 104

§. ultimus. De praecepto virtutis spei, ac vitiis eidem oppositis.

62. Dari divinum, et quidem speciale praeceptum spei, et supernaturalis spei theologicae, constat tum ex variis scripturis, ut ex illo Isai. 4. Sperate in Domino: et Psal. 33. Beatus vir, qui sperat in eo: et omissis aliis, ex illo Timot. 6: Praecipe ... non sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo: tum ex illo Aug. Tract. 83 in Joan. De fide nobis quam multa mandata 65 sunt, quam multa de spe. Unde Alexander VII. merito proscripsit hanc doctrinam propositionem: Homo nullo unquam vitae suae tempore tenetur elicere actum Fidei, spei, et charitatis ex vi praeceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium. Quibus et accedit, quod sicuti fides est medium simpliciter necessarium ad utramque salutem consequendam, ita est et ipsa spes juxta illud Rom. 8. Spe enim salvi facti sunt. Quapropter et actus spei a Tridentino sess. 6 can. 6 inter dispositiones absolute necessarias ad adultorum justificationem merito annumerantur. Quaeritur autem utrum ob vetera tempora [illegible], tum per accidens actus spei sit eliciendus [illegible] ex dictis de virtute fidei toto capite 8 a num 300, ubi diximus tempora, quo actus virtutis fidei elici debeat. Atque hisce positis, eodem etiam modo ad actum spei ommittam.

103 Vitia directe opposita spei duo enumerantur, desperatio nempe, et praesumptio. Desperatio est motus voluntarius deordinatus, quo quis refugit a beatitudine, ac mediis ad eam consequendam ordinatis, tanquam a bono arduo sibi impossibili. Hoc nasci solet vel ex eo, quod judicat, Deum esse inclinatum ad peccata patrata remittenda, et aeternam beatitudinem conferendam, vel vero, si Dei [illegible] de iis praestandis fateatur, ex suorum peccatorum multitudine, et enormitate ita opprimitur, ut credat, non danda a Deo auxilia, quibus a peccatis possit resurgere, et proinde beatitudinem sibi impossibilem reputat. Hocque peccatum est semper gravissimum, cum ita desperans male sentiat, et male afficiatur contra Dei omnipotentiam, misericordiam, et fidelitatem; quinimo juxta plures Doctores, qui volunt, spem esse fide nobiliorem, desperatio est gravius peccatum infidelitate, utpote virtuti nobiliori opposita.

104 Ubi et pro praxi advertere oportet, desperationis peccatum conjungi posse cum haeresi, et aliquando non conjungi. Cum haeresi conjungitur, cum quis ea ratione desperat, quia male sentit de aliqua veritate a Deo revelata, et adeo actus desperandi procedit ex judicio erroneo voluntario contra fidem, v.g. quia credit Deum impotentem remittere peccata, et beatitudinem concedere; aut sua peccata esse irremissibilia talia nempe, ut divinam virtutem superent; aut se non posse emendare etiam ex divino auxilio sibi dando; aut [illegible] cum damnari independenter a suis propriis demeritis [illegible]. Haeresi vero non conjungitur, cum actus desperandi non est [illegible], et non procedit ex judicio erroneo contra revelata a Deo, sed ex alio fine desperatur v.g. ut liberius vivat, et sine conscientiae remorsu; sicuti [illegible] fur, qui ubi furatur, ut possit sibi indulgere, non est haereticus, quamvis haereticus esset, ubi furtum a Deo prohibitum non esse crederet. Unde de hoc Confessarius diligenter interrogare debebit.

105 Insuper hic vel obiter advertendum est, inter se disputare Doctores, an is, cui facta esset absoluta revelatio de sua aeterna damnatione, sine peccato desperare possit de sua aeterna salute? Verum et hujus difficultatis examine, in quo in utramque partem abeunt Theologi, supersedeo, cum quia per tempus [illegible] non liceat, jam imminentibus autumnalibus vacationibus, cum quia, teste [illegible], de via ordinaria, et juxta praesentis providentiae leges non esse possibilem talem revelationem absolutam, certa tenet theologorum sententia. Ad hinc ad alterum vitium pergo.

Praesumptio itaque peccatum, jam per se, et ex [illegible] suo semper grave, ut patet ex Ecclesiastici 28. [illegible] praesumptionem [illegible] quae mala est, cum S. Thoma 2. 2. Q. 21. A. 1, et 2 definiri potest inordinata con

fidentia in divina misericordia. seu est motus voluntatis, quo quis
inordinate, et modo indebito, seu aliter ac ipse Deus ordinavit,
confidit se æternam beatitudinem, ac media ad ipsam conducen-
tia consecuturum. Quæ inordinatio contingit primo, ut quis ita in-
nitatur propriæ virtuti, suisque viribus, ut ex solis suis naturalibus
operibus beatitudinem se obtenturum confidat: 2do ut ita inhæ-
reat divinæ bonitati, et misericordiæ, ut sine ulla sua cooperati-
one existimet se salvandum iri. Atque peccatum, ut supra
dictum est de desperatione, etiam poterit conjungi cum hæresi,
et sine hæresi esse poterit: Tunc namque hæresi admiscetur
cum procedit ex judicio erroneo contra fidem, V.G. ex
eo, quod cum Pelagianis existimat, opera supernaturalia non
esse necessaria ad utramque salutem consequendam, vel cum
Calvinistis tenet, Deum nos salvaturum sine nostra coopera-
tione: Hæresi vero conjunctum non erit, ubi ex tali judi-
cio non procedit, sed ex incuria V.G. bene operandi, et
adversas difficultates vincendi. Atque distinctio diligenter
notanda est, quia, ut satis communiter tenent Doctores, ve-
ra, et rigorosa præsumptio, per quam spes divina perditur, de-
bet esse semper conjuncta cum hæresi.

Atque hinc nimia manet præsumptio
7. opus non erit, qui credens necessitatem divinæ gratiæ, et bo-
norum operum supernaturalium ad æternam salutem, ita desid-
iosus vivit, ac si id necessarium non esset, namque bene ope-
rari ad utramque salutem consequendam. 2do qui pœnitentiam de
suis peccatis differt usque ad extremum vitæ, confidens tunc
sibi dandam divinam gratiam, ac ipsi se cooperaturum, et ad De-
um sic conversurum se esse: 3tio qui etiam post pecca-
tum confidens, sibi a Deo dandam gratiam pœnitentiæ agen-
dæ se cooperaturum tali gratiæ, liberius peccat, et ad pecca-
tum se ponit. Quamvis gravissimo peccato tunc se reum fa-
ciat, qui taliter operatur. Atque ex his [illegible] pono Præ-
sentis [illegible] cujus omnia dicta, sicuti et scripta quæ in
[illegible] tractavi, ita dicta volo, ut si in quo peccaverim
[illegible] paratus sim corrigi, ubi non jam verbis tantum, sed ratio-
nibus error monstrabitur. Hocque jam ad majorem semper
Dei Gloriam, et B. Virginis honorem, cujus patrocinium in
his meis actionibus nunquam cessavi implorare.

chan[illegible]
ona, [illegible]
lent[illegible]
Nuna[illegible]
honi[illegible]
ma, [illegible]
ais c[illegible]
ta, [illegible]
ing a[illegible]
iesn[illegible]
ub [illegible]
ièm[illegible]
não [illegible]
da [illegible]
açãa[illegible]
dos [illegible]
ac. [illegible]
Latu[illegible]
nec [illegible]
dom[illegible]
Saq[illegible]
et il[illegible]

sone[illegible]
aha [illegible]
cu [illegible]
hoc [illegible]
das, [illegible]
chan[illegible]
Bhis [illegible]
In ch[illegible]
In ch[illegible]
mos [illegible]
sum[illegible]
ay [illegible]
et so[illegible]
Sura[illegible]
bu a[illegible]
i. lon[illegible]
infus[illegible]
no [illegible]
iri a[illegible]

Pars tertia

De Divina Charitate

Inter Theologicas virtutes tertia est divina, et supernaturalis charitas, quae licet, ut ex Trid. Sess. 6. cap. 7. habetur, sit generatione et ordine posterior ipsa divina fide, et spe; est tamen illis excellentior, et praestantior, ut docet Apostolus 1. Corin. 13. inquiens: Nunc manent fides, spes, et charitas, tria haec: major autem horum est charitas: quinimo est virtutum omnium praestantissima, eodem Apostolo Rom. 13. sic testante. Plenitudo ergo legis est dilectio: et Coloss. 3. super omnia autem haec charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Quapropter ipsa recta methodus exigit, ut a tractatu fidei, et spei examine ad divinam charitatem descendamus, et ipsa magna praestantia, et excellentia postulat, ut pro viribus distincte, et ex alto, quantum nobis fas est, de eadem disserere conemur. Quod praestabimus primo dicendo de natura, et multiplicitate ejusdem; 2do de objecto, et subjecto; 3tio de praerogativis, seu dotibus; 4to de praecepto tum erga Deum, tum erga proximum; 5to de effectibus, et tandem de vitiis eidem oppositis. Sed quoniam non sumus sufficientes ex nobis quasi ex nobis vel aliquid recte cogitare, hinc primo invocamus Patrem luminum, ut ablatis errorum tenebris illustret, et illuminet mentem nostram, et accendat voluntatem, ut quae legi Dei conformia sunt, et agnoscamus, et sequamur. Quod ut facilius consequamur, B.B. Virginis, et Sanctorum omnium opem imploramus, ut eorum et illorum Patrocinio tutus sit noster progressus.

Caput primum

De natura, et multiplicitate Charitatis.

Charitatis nomen vel in ipsis scripturis Sanctis diversimode sumi legimus. Primo accipitur pro quolibet amore etiam naturali, et civili, ut Proverb. 15. melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio: sed de charitate hoc modo sumpta hic sermo non est. 2do accipitur pro ipso Deo, prout est objectum amoris benevolentiae, ut 1. Joan. 4. Deus charitas est, qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. 3tio sumitur pro actu dilectionis ipsius Dei erga nos, ut Jerem. 31. In charitate perpetua dilexi te: vel nostri erga Deum, ut 1. Corin. 13. Si charitatem non habuero, nihil sum: atque haec acceptio communior est et hujus loci magis propria, et de charitate hoc modo sumpta locutus est Aug. lib. 3. de Doctrina Christiana cap. 10. inquiens: Charitatem voco motum animi ad fruendum Deo propter ipsum, et se, et proximum propter Deum. Ultimo accipitur pro habitu supernaturali elevante, et inclinante voluntatem nostram ad amorem benevolentiae erga ipsum Deum, ut loco supra citato 1. Corin. 13, et Rom. 5. Apostolus inquiens: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Atque de charitate his duobus postremis modis accepta hic dicemus

2. Charitas itaque sumpta pro habitu definiri pt:
virtus theologica, et supernaturalis à Deo infusa movens, et inclinans
mentem nostram ad diligendum Deum super omnia propter se, et nos-
metipsos, et proximum propter Deum. Quam definitionem, ut intelligatur,
singula explicemus: Dicitur in primis virtus, idest bona qualitas
inhaerens menti nostrae, et ita quidem, ut non solum ex parte, si-
cuti aliae virtutes faciunt, reddat bonum habentem, sed absolute
bonum efficiat, ut docet S. Aug. Tract. 7. in 1. Joan. inquiens: Ha-
bere nomen xti, et malus esse pt: Habere autem charitatem,
et malus esse non pt. Et ratio est, quia charitas est incompossi-
bilis cum quolibet peccato amicitiam cum Deo dissolvente.
Dicitur 2do Theologica, et supernaturalis, theo-
3. logica qdem, quia, ut infra ostendo, habet pro objecto cum materiali, tum
formali ipsum Deum, seu divinas perfectiones: supernaturalis vero, quia
naturae viribus acquiri non pt, et adeo est entitative donum Dei
movens, et excitans voluntatem nostram ad diligendum Deum
ut est summum bonum in ordine supernaturali, et tamquam ultimum
nostrum finem supernaturalem: Per quod divina charitas discriminatur
ab amore naturali ipsius Dei, seu prout est ens summum bonum in
ordine naturali. Dicitur 3tio à Deo infusa ad duo indican-
4. dum; et primo quod habitus divinae charitatis non sit habitus per ac-
tus, sed per se infusus, talis scilicet, ut quamvis dispositive
vel etiam aliquo modo meritorie à nobis acquiri possit, puta
per sacramenta cum debita dispositione suscepta, aut extra sa-
cramentum per actum amoris Dei, et perfectae contritionis, attamen
à solo Deo effective in nobis producatur: 2do quod ipsa divina cha-
ritas non sit ipse Spiritus Sanctus, sed quid ab ipso distinctum,
et in anima nostra infusum, et ab ipso Deo productum, ut scholastici omnes
docent cum S. Thoma contra Magistrum Sententiarum, et satis constat
ex illo Rom. 5. supra relato: Charitas Dei diffusa est &c. Quae ex-
pendens S. Aug. lib. de Spiritu, et littera Cap. 32. inquit = Charitas
Dei dicta est infundi in cordibus nostris, non qua nos ipse dili-
git, sed qua nos facit dilectores suos sicuti dicitur justitia Dei
qua justi ejus munere efficimur; et Domini salus, qua nos sal-
vos facit; et fides xti, qua nos fideles facit. Quod et constat ex
Trid. Sess. 6 Cap. 7. sic decernente: Haec omnia simul infusa
accipit homo (in justificatione) per Jesum xtum, cui inseritur, fi-
dem, spem, et charitatem.
Dicitur 4to ad diligendum Deum, et nos-
5. metipsos, et proximum, quia ut infra dicam, objectum materiale
ac terminativum amoris charitatis supernaturalis primarium est
ipse Deus; secundarium vero sumus nosmetipsi, et proximus.
Dicitur 5to ad diligendum Deum propter
6. se, ad indicandum, quod amor charitatis theologicae non sit quae-
cumque amor, sed amor benevolentiae, seu amicitiae. Quae
ut intelligantur, adnotare oportet, quod amor generatim sum-
ptus est motus, seu actus voluntatis, quo prosequimur, et ad-
haeremus alicui objecto apprehenso ut bono, et quatenus bonum
est. Qui amor duplex est, concupiscentiae unus, alter bene-

volentiae. Amor concupiscentiae est, quo aliud amamus, cui bonum volumus, eumque benigno affectu prosequimur, quatenus nobis est bonus, utilis, jucundus, et delectabilis, v.g. in casu nostro est amor, quo Deum quatenus nobis bonus est, diligimus, nimirum quatenus ipse in hac vita nobis benefecit, et in altera beatificaturus pariter speratur. Et hic amor spectat ad spem theologicam, ut diximus de tua spe.

Amor autem benevolentiae, seu amicitiae est, quo aliud amamus, ac diligimus, quatenus in se bonus est, seu propter ejus bonitatem, quatenus ipsi inest, et ipsi propria est; et hoc tum affectivè, tum effectivè. Affectivè quidem quatenus nobis complacemus, gaudemus, et gratulamur, eum, quem amamus, has, vel illas perfectiones habere, quatenus illius sunt; et è contra tristamur, et dolemus de ejus malo, perinde ac si nostrum esset: item enixe desideramus, et exoptamus, ut ei eveniant perfectiones aliae, si quibus caret, et etiam ut alij illas ei procurent; et è contra desideramus, ut ab eo recedant mala, si quibus vexatur. Effectivè verò, quatenus pro viribus curamus facere ea, quae ipsi placent, et impedire quae ipsi displicent; omnemque operam damus, ut et caeteri ei praestent. Quare loquendo de amore charitatis erga Deum est ille, quo nobis complacemus, gaudemus, et gratulamur de infinitis Dei perfectionibus, quatenus ipsi Deo tantum, et nulli alii insunt; deinde conamur pro viribus nostris efficere ea omnia, quae ab ipso praecepta sunt, eo quia nos scimus, id ei esse placitum, omnemque operam damus, ut et caeteri id praestent, ut sic Deus ab omnibus laudetur, et glorificetur, ejusque gloria extrinseca augeatur.

8. Dicitur 6to Ad diligendum Deum super omnia, quia ad amorem benevolentiae erga Deum necessarium est, ut amans praeferat ipsum Deum rebus omnibus, sive creatis sive creabilibus, et etiam sibimetipsi; adeo ut paratus sit subire quodcumque malum, et carere omni bono, atque etiam vitam propriam perdere, quam ipsi Deo graviter displicere, ejus praecepta gravia violando, et mortaliter peccando, ut recte docet S. Bonaventura in 3tio Dist. 10 A. 2. q. 1. in c. inquiens: Dico, quod ad hoc, quod aliquis habeat charitatem, necesse est, quod diligat Deum super omnia. Hoc autem est diligere Deum super omnia, quod pro nullo damno, et commodo velit offendere Deum.

9. Dicitur ultimò et nosmetipsos, et proximum propter Deum, quia eo ipso formalis ratio, quae movet nos ad diligendum Deum super omnia, nempe divina bonitas absoluta movere etiam debet nostram voluntatem ad diligendum nosmetipsos, et proximum cum debita ad Deum subordinatione, nobis et illi volendo, et exoptando aeternam beatitudinem, et media necessaria, et conducentia ad illam, ut sic ipsi Deo intime adhaereamus, eique in aeternum serviamus. Nam, ut docet S. Aug. Lib. 8 de Trinit. cap. 8, ex una, eademque charitate Deum, proximumque diligimus; sed Deum propter Deum, nos autem, et

proximum propter Deum. Quod supra ostendit Angelicus Praeceptor 2.2.
q. 23. a. 5; quem passim sequuntur Theologi. Quapropter cum et
alio motivo ab ipso Deo distincto nosmetipsos, et proximum dili-
gimus, actum theologicae charitatis minime elicimus.
Atque ex his facile est definire charita-
10. tem theologicam actualem, patet nimirum eam esse actum amoris
benevolentiae, quo Deum super omnia propter se, nosmetipsos, et
proximum sicut nos ipsos efficaciter amamus propter Deum.
Quae duplex charitas alia est perfecta, et imperfecta alia: quod
non uno modo a Theologis solet explicari. Ceterum satis com-
muniter nomine charitatis imperfectae, quae et amor initialis
dici solet, intelligitur ille amor, quo quis ita afficitur erga Deum,
ut reipsa eum diligat propter se, seu propter ejus bonitatem
absolutam, ita tamen ut eum nondum praeferat rebus omnibus ab ip-
so Deo distinctis. Nomine vero charitatis perfectae intelligitur
ille amor, quo ita super omnia Deum diligimus propter ejus boni-
tatem absolutam, ut eum rebus omnibus creatis, et creabilibus
anteponamus. Haecque charitas actualis perfecta varios
11. gradus patitur, seu multiplex est: Alia nimirum est tantum
appretiativa summa, et alia est et appretiativa, et intensi-
va summa. Charitas tantum appretiativa summa est illa, qua
quis ita firmiter, et tenaciter adhaeret ipsi Deo, ut ejusdem amo-
rem praeferat rebus omnibus, adeo ut mallet alia omnia, et seipsum
perdere, quam Deum summum bonum super omnia amabile graviter
offendere, ejusque perdere amicitiam, ut quandoque in mentis
excessu veluti raptus cum Apostolo Rom. 8. dicat: Quis nos se-
parabit a charitate Christi? ... neque mors, neque vita .... neque
creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quae est
in Christo Jesu: Quamvis inde contingat, ut vehementiori, et te-
neriori sensibili affectu se sentiat affici circa alia objecta
v.g. erga Parentes, et propinquos, quam erga ipsum Deum, quem
summe diligit. Charitas vero et appretiativa, et intensi-
va summa est, qua non solum quis modo dicto praefert ip-
sum Deum omnibus creaturis, et sibimetipsi, eumque pluris aestimat, quam
cetera omnia ab ipso Deo distincta; verum etiam ardentiori, fer-
ventiori, atque teneriori affectu fertur in ipsum Deum, quam in
cuncta creata, ac in semetipsum.
Deinde alia est charitas perfecta, quae
12 ita in Deum fertur, atque inhaeret, ut perseveret usque ad imple-
tionem omnium mandatorum, et victoriam contra omnes tentati-
ones in contrarium insurgentes: et haec est charitas perfecta
perseverantiae talis. Alia est, qua quis reipsa Deum super omnia
propter se diligit, ita tamen ut frequentius validis, ac vehemen-
tioribus tentationibus occurrentibus vincatur, et sic a divina lege
deflectat. Tertio charitas perfecta alia est, qua
13. quis Deum propter se diligit super omnia nedum graviter, sed
etiam leviter displicentia, ita ut sit animo paratus potius
mori, quam vel unicum veniale peccatum patrare; et propterea
est incompossibilis cum affectu ad quodcumque peccatum sive
mortale, sive veniale. Atque haec charitas est quidem ne-

cessaria ad christianam perfectionem; minime vero necessaria est ad gratiam justificationis vel consequendam, vel conservandam, et ad aeternam salutem in altera vita obtinendam post venialium expiationem vel in hac vita, vel in Purgatorio, quia charitas usque ad fugam etiam venialium non est sub gravi praecepto et absque illa homo sit exequi praecepta graviter obligantia, et sic in justitia coram Deo ambulare. Alia vero est charitas, qua Deus propter se diligitur super omnia alia bona, quae sine gravi offensa ipsius Dei haberi nequeunt, ita ut amans malit omnibus illis bonis carere, et quodlibet malum pati, quam illa contra Dei legem graviter obligantem habere, quamvis ceteroquin nutriat aliquem affectum leviter inordinatum erga haec terrena bona; non jam quasi homo magis, aut aeque amet vel venialiter malum, ac amet ipsum Deum, quia talis affectus esset graviter peccaminosus; sed quatenus homo infirmitate circumdatus, sic amans, talem rem esse solum leviter malam, et non dissolvere amicitiam cum ipso Deo, etsi magis amet, et pluris aestimet Deum, cedit tamen infirmitati, ut propterea de se ipso dicere possit: Video meliora, proboque, deteriora sequor.

14. Charitas tandem perfecta alia est, qua Deus praefertur cuilibet bono creato sive graviter, sive leviter peccaminoso, non autem ijs licitis, aut permissis operibus, quorum oppositum solum consulitur ab ipso Deo. Alia autem est, qua Deus anteponitur nedum ijs, quae vel leviter vel graviter sunt peccaminosa, sed etiam ijs, quae sunt minus bona, accepta, et grata ipsi Deo, et propterea tali charitate flagrans, ut Deo placeat, perfectiora exequitur prae minus perfectis. Itaque est charitas omnium perfectissima, quae consulitur, sed non praecipitur.

15: Neque praetereunda est divisio charitatis in actualem, et virtualem. Actualis est, cum quis advertens aliquod opus esse a Deo praeceptum, aut saltem bonum et honestum, ideo illud facit, quia id Deo placitum, et cum esse cognoscit, et adeo a motivo solius divinae charitatis actu in operando movetur. Virtualis est, qua quis in suis bonis operibus de facto movetur a divina bonitate absoluta, quin tamen actu advertat. Exemplum esse, sit in eo, qui hic et nunc a divina bonitate absoluta motus statuit dare eleemosynam pauperi ipsi forsan occurrenti, et deinde domo exiens, stipem pauperi tribuit, quin tunc actu advertat ad charitatis motivum. Haec de divisione divinae charitatis prae oculis semper habenda, cum eorum cognitio maxime necessaria sit pro intelligentia dicendorum de Charitatis praecepto.

Caput secundum.

De Objecto, et Subjecto Charitatis.

16. Divinae charitatis objectum duplex est, materiale unum, formale alterum. Materiale objectum vel est illud bonum, quod personae amatae desideramus, eique inesse gaudemus, ac nobis

complacemus, et appellatur objectum materiale quod; vel est illa persona, cui bonum desideramus, et amamus, et dicitur objectum materiale cui. Objectum vero formale est ea perfectio, aut perfectionum cumulus, quæ ut a nobis cognitæ per eam primo, et immediate nos movent ad actum amoris erga personam amatam, quæ est objectum materiale cui. Jamvero si sermo sit de objecto materiali quod virtutis charitatis, vix ulla fit ea difficultas. Omnes enim conveniunt, illud esse omnes divinas perfectiones, quas ipsi Deo inesse per actum charitatis nobis complacemus, et gaudemus; necnon omne bonum supernaturale, aut naturale, quod creaturæ rationali æternæ beatitudinis capaci deservire, et conducere potest ad utramque salutem consequendam. Unde dubium solum esse potest de objecto materiali cui virtutis charitatis. Et pro hujus solutione sit

§. 1. De Objecto materiali virtutis charitatis.

17. Objectum materiale primarium, et principale cui virtutis charitatis est ipse Deus; secundarium vero, seu minus principale sumus nosmetipsi, et proximus. Constat ex illo Christi 20.
Matth. 22: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua: Hoc est maximum, et primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Atque primum ratio est, quia illud primario, et principaliter amari debet charitate theologica, in quo summa ratio bonitatis invenitur, et quodcumque aliud bonum ab eo derivatur, et participatur: Charitas enim divina est habitus inclinans ad perfectissimam dilectionem, et per consequens debet habere pro objecto materiali primario perfectissimum diligibile. Hujusmodi autem est Deus per essentiam infinitum bonum; ergo etc. Ratio vero 2di est, quia de ratione veri, et perfecti amoris benevolentiæ, qualis est amor charitatis, est, ut nedum diligamus personam amatam, sed etiam ea, quæ ad ipsam pertinent, atqui nedum nos ipsi, sed etiam proximus, ut est beatitudinis capax, sicimus quid pertinens ad ipsum Deum, scilicet vel ut servi, vel ut ipsius filij adoptivi; ergo etc. Unde S. Joannes in sua prima epist. cap. 4. sic monet: Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, et fratrem suum odit, mendax est.

18. Nomine autem proximi intelligendus est omnis, et quælibet creatura rationalis æternæ beatitudinis capax ut cum S. Augo docet et late ostendit S. Thomas 2.2 tota quæst. 25 quem omnes sequuntur Theologi. Atque hinc primo Angeli, ac Beati cum Deo felicissime in cælis regnantes sunt proximus noster, utpote qui nedum sunt capaces æternæ beatitudinis sed de facto eam obtinent, et possident; 2do animæ in Purgatorio existentes utpote securæ consecutionis æternæ gloriæ, 3tio quilibet viator sive justus, sive injustus, sive fidelis, sive infidelis cum quilibet hoc dum in vita vivit, a Deo vocatur ad æternam beatitudinem, eique de facto dantur auxilia sufficientia quibus ad illam possit pervenire. Quare ab amore nostræ charitatis excluduntur soli dæmones, et animæ damnatorum, utpote quæ in præsenti providentia sunt incapaces æternæ salutis.

Neque obest illud Sap. 14: odio sunt Deo impius, et impietas ejus et illud Psal. 118 iniquos odio habui, et legem tuam dilexi. sicut neque adversatur illud Psal. 9: convertantur peccatores in infernum. et tandem neque illud Psal. 100 In matutino interficiebam omnes peccatores terrae. quod dici non posset, si homines peccatores omnes ex charitate diligendi. Nam duo illa prima testimonia, ut exponit D. Thomas loco supracitato A. 6. in c. ita veniunt exponenda, ut peccatores odio habendi sint secundum eorum scelera, et iniquitates; non vero secundum naturam, secundum quam sunt nobis conjuncti, et proximi. Tertium vero ex eodem S. Thoma ita exponendum est, ut ibi tantum praedicatur, quid tandem futurum sit ipsis peccatoribus in sceleribus pervicacibus, et se convertere nolentibus. Ultimum tandem procedit de iis peccatoribus, qui in malitia maxima induraverant, et insanabiles effecti fuerant, qui propterea bono publico exigente, et ipso charitatis ordine postulante ultimo supplicio afficiendi erant, ut sic quies, et tranquillitas publica servaretur.

§. 2. De Objecto formali dictae Charitatis.

20. Objectum formale theologicae, supernaturalis charitatis tum erga Deum, tum erga nosmetipsos, et proximum est increata, et infinita Dei bonitas absoluta, seu complexio omnium infinitarum perfectionum Dei, quibus est infinite amabilis. Est communissima Theologorum sententia cum S. Thoma 2.2. q. 23. A. 5., ubi cum in c. ostendisset divinam charitatem tum erga Deum, tum erga nos ipsos, et proximum esse unam et eandem virtutem ex eo, quia unus est ejusdem finis, scilicet divina bonitas, et una est communicatio aeternae beatitudinis, super quam illa fundatur, ad 2dum sic respondet: Charitate diligitur Deus propter se ipsum. Unde una sola ratio diligendi attenditur principaliter a charitate, scilicet divina bonitas, quae est ejus substantia. Angelico Praeceptori praeiverat S. Aug., qui serm. 2. De Ascensione Domini inquit: Non alia charitas diligit proximum, quam illa, quae diligit Deum, qua charitate proximum, ipsa charitate diligemus et Deum. Ratio autem est, quia illud recte statuitur pro objecto formali charitatis tum erga Deum, tum erga proximum, quod objectum amandum reddit summe amabile, et ipsam divinam charitatem a caeteris virtutibus etiam theologicis discriminat: talis autem est divina bonitas absoluta: Quod quidem primum constat ex eo, quod cum quaelibet divina perfectio, utpote infinita, sit summe amabilis, non sit non reddere ipsum Deum infinite amabilem, et summo amore dignum, et etiam quidem ut valeamus etiam, quod ipsi maxime placet; et propterea cum ipsi placeat, ut amemus omnes aeternae beatitudinis capaces, quales sumus nos ipsi, et proximus, divina bonitas absoluta est ratio sufficiens et ad reddendum Deum, et nos ipsos, et proximum summo amore dignos. Secundum vero patet ex eo, quod sicuti docet praelaudatus Angelicus Praeceptor loco citato A. 6. in c., charitas est excellentior fide, et spe. et per consequens caeteris virtutibus, quia fides, et spes attingunt quidem Deum, secundum quod ex ipso provenit nobis vel cognitio veri, vel adeptio boni: sed charitas attingit ipsum Deum, ut in ipso sistat, non ut ex eo aliquid boni nobis proveniat; ergo &c.

21. Neque obest, si dicas, quod divina bonitas absolu- 27.
ta sit extrinseca creaturis rationabilibus: sicuti neque obest veritas pe-
tita ab adoratione debita sanctis, quod sanctitas licet sit partici-
pata à sanctitate divina, attamen divina sanctitas non est ratio formalis mo-
vens ad sanctos colendos, ut vel patet ex eo, quod cultus debitus
sanctis est speciè diversus à cultu debito ipsi Deo; et proinde si-
cuti licet sancti sint adorandi propter Deum, divina sanctitas non
est ratio formalis talis cultus; ita neque licet proximus sit dili-
gendus propter Deum, divina bonitas erit ratio formalis amoris cha-
ritatis erga proximum. Nam
22. Respondeo ad primum, et dico, ad amorem charitatis
necessario non requiri, ut ratio formalis amandi sit intrinseca ipsi
objecto amando, seu objecto materiali; sicuti necesse non est, ut
ratio formalis credendi veritatibus à Deo revelatis sit intrinseca ve-
ritatibus à Deo revelatis, et divina fides credendis; sed sufficit, quod
talis ratio formalis habitudinem habeat ad objectum amandum, quam
sane habet ad nos, et proximum divina bonitas absoluta.
23. Ad secundum autem dici in primis potest quod paritas
petita à cultu debito sanctis, seu à virtute Religionis nobis
ferat. Nam res creatae, quae specialem habitudinem habent ad Dei
excellentiam vel ratione contactus, ut est crux, in qua Christus fixus
fuit, sacrae vestes, et spinae; vel ratione repraesentationis, quam
habent, ut sunt imagines, et nomen Jesus; vel ratione partis, aut 28.
quasi partis, ut Christi praeputium, vel guttae sanguinis, si quae in
terris remanserint; vel ratione praesentiae, quam sacramenta-
les species habent, adorari possunt tanquam secundaria objecta
eadem religionis virtute, atque adoratione latriae, qua Deus ip-
se colitur, et adoratur; ita tamen ut ea adoratio, et cultus sit de
secundario; atque sic cum quilibet homo viator, utpote beatitudinis
capax habeat habitudinem quandam specialem ad ipsum Deum
ens infinitum bonum, eadem charitate, qua Deus ipse à nobis
amatur, licet de secundario diligi à nobis poterit.
24. Caeterum loquendo de iis rebus creatis, quae
specialem habitudinem ad Dei excellentiam non habent, ne-
gandum est, eas, quantumvis sanctos, et divinae participantes excellentiae, 29
adorari, propter Deum tanquam motivum formale primarium, et immediatum
ejus, et adorationis, cum res sanctae adorantur, et venerantur propter
excellentiam ipsis intrinsecam. Quod dici non potest de amore charitatis
erga proximum, cum talis charitas exigat, ut proximus ametur propter
divinam bonitatem tanquam objectum formale primarium.
25. Hinc constat primo, actum quidem laudabilem et
... , qui ex motivo gratitudinis gratias agit Deo ob beneficia ac-
cepta, qui tamen non sit actus charitatis theologicae, nisi illa beneficia
spectentur, ut tot communicationes divinae bonitatis, aut ut per ipsa
exquiritur gratiosum divinum beneplacitum, et habeatur via, et motiv-
um divinam bonitatem admirandi, laudandi, et diligendi, propterea
in primo enim casu ratio movens ad dilectionem non est divina bo-
nitas absoluta; bene tamen in secundo.
26. Constat secundo, item actum honestum exerce-
re, sed non charitatis theologicae, qui proximum diligit ob ejus
dona, et virtutes supernaturales, nisi illae spectentur, ut sunt par-
ticipationes divinae bonitatis, et media ad intimam conjunctionem
cum ipso Deo usque ad actus perfectae charitatis. Et ratio utriusque
est eadem.

27. Constat ultimò, actū veræ charitatis elicere, qui proximū diligit etiā propter n[atur]āles dotes, et n[atur]ales necessitudines, puta cognationem, affinitatē &c., ubi illas ref[er]t, i.e., et ordinat in ipsū Deū ultimū finem supernat[ur]ālem, quatenus nempe proximò inserviunt ad intimā conjunctionem cū ipso Deo per actū amorē benevolentiæ, quiā videlicet tunc hæ diliguntur proximo ex motivo divinæ bonitatis. Quæ tñ diligenter notanda sunt quia si proximus ametur propter prædictas dotes, et necessitudines ob finem merū terrenū, et bonū temporale, tunc neque sunt actus veræ virtutis, ut scribit S. Aug.s epist. 155; aliàs 52. ad Macedoniū virū potentem in Reip. stramē agentem, inquiens: Si omnis prudentia tua, qua consulere conaris rebus hūis, sī ōis fortitudo, qua nullius iniquitate adversante terreris, si ōis temperantia, qua in tanta labe nequissimæ consuetudinis hōium te à corruptionibus abstines, si ōis justitia, qua recta judicando sua cuique tribuis, id laborat, id nititur, ut hi, quibus vis, ut bene sit, salvi sint corpore.... itā non erunt veræ virtutes tuæ, sicut nec istonī beatitudo. Hæc S. Doctor.

§. 3. De subjecto Divinæ Charitatis.

28. Si quæras, quodnā sit subjectū charitatis supernaturalis, distinguendū est, et quærendū, an sermo sit de subjecto inhæsionis? an verò de iis creaturis rationabilibus, quæ habitu divinæ charitatis donantur? Si de primo sermo sit, tunc respondendū est cū communissima sententia post D. Thom 2.2. Q. 24. A. 1. spiritualem potentiā, in qua ipse habitus divinæ charitatis recipitur, esse voluntatē, et non intellectū. Ratio est manifesta, quiā ejusdem potentiæ est habitus, cujus est actus, actus autē charitatis utpotè actus amoris est actus voluntatis, sed non intellectus. Unde præfatus S. Doctor in 0 sic merito concludit: Ideò charitatis subjectū non est appetitus sensitivus, sed appetitus intellectivus, idest voluntas.

29 Si verò sermo sit de creaturis rationalibus ornatis tali habitu, illa in solis justis; minime verò in peccatoribus vel uno mortali peccato inquinatis invenitur, dicente Apostolo ad Gal. 3: Maledictus ōis, qui non permanserit in ōib, quæ scripta sunt in libro legis ut faciat ea: et S. Jacobo Cap. 2. Qui offendit in uno, factus est ōium reus. Ratio est manifesta, quia de ratione peccati cujuslibet mortalis est dissolvere amicitiā, et conjunctionē hominis cū Deo; ac proinde habitū charitatis destruere. Quæ tñ de solis peccatis mortalib verum est, quiā, ut docet Trid. Sess. 6 Can. 11. Quamvis sancti, et justi in levia saltem, et quotidiana, quæ etiā venialia dicuntur peccata, quandoque cadant, non propterea desinunt esse justi.

Caput Tertium.

De Divinæ Charitatis Prærogativis.

Divinā, et supernat[ur]ālem charitatem esse præstantissimā inter ōes virtutes jā supra cū Apostolo indicatum est, Unde S.

Hieronymus in Cap. 5. ad Gal. dicebat: Quae alia inter fructus spiritus debuit tenere primatum, nisi charitas, et S. Aug. Serm. 1. in Psal. 103. viam charitatis vocat viam supereminentem hanc reddens rationem quia nihil inveni eminentius in divinis libris. Huic autem virtuti tam praecellenti tribuitur primo, quod sit vera hominis cum Deo amicitia. 2do, quod sit caeterarum virtutum forma: 3tio, quod ex se sola habeat homines justificare. atque de his modo breviter dicam.

Articulus primus.

De charitate ut vera hominis cum Deo amicitia.

30. Amicitia proprie, et rigorose sumpta definiri sit: Amor benevolus utrinque mutuus, et utrique amanti notus: et haec duplex est, una nempe aequalitatis, et altera supereminentiae. Primo est, quae intercedit inter personas omnino aequales: Atque hanc inter Deum, et hominem dari non posse, res est per se manifesta. Altera est, quae intercedit inter personas inaequales, v.g. inter Patrem, et Filium, inter Principem, et subditum; et adeo inter unum, et alterum amicum licet exigat aequalitatem proportionis, et Geometricam, non exigit tamen aequalitatem absolutam, et simpliciter talem, seu Arithmeticam. et de hac modo sermo est.

32. Propositio. Perfecta charitas theologica et supernaturalis est vera, et propria amicitia hominis cum ipso Deo. Ita communiter Theologi cum S. Thom. 2. 2. q. 23. a. 1. in c. contra Durandum. Probatur ex ipsis divinis scripturis Sap. cap. 7. v. 14. de sapientia charitati assimilata dicitur: Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiae Dei. et v. 27. Amicos Dei, et Prophetas constituit. et Psal. 138 Nimis honorati sunt amici tui Deus. et, omissis aliis, Christus ipse Joan. 15. discipulis suis dixit: Vos amici mei estis, si feceritis, quae ego praecipio vobis. Jam non dicam vos servos .... vos autem dixi amicos: Quae certe significant veram amicitiam hominis charitate perfecti cum ipso Deo, ubi in suo sensu literali intelligantur, sicuti de facto intelligi debent, cum ea ita exponant SS. Patres, quibus datum est scripturas interpretari, inter quos S. Hieronymus in Cap. 7. Michaeae inquit. Si vis vera amicitia delectari, esto amicus Dei, sicut Moyses, qui loquebatur Deo, quasi amicus ad amicum. esto amicus, ut Apostoli, ad quos Salvator ait, jam non dicam vos servos, sed amicos: et S. Aug. Tract. 85. in Joan. Magna dignatio, ut Dominus, quos novit servos, dignetur dicere amicos. Neque vestro tantum, sed in amicos voluit, qui sunt boni, et diligentes est: Quae cum dici possint nonnisi ratione charitatis perfectae, qua ornantur homines justi, necessario sequitur, ut ea sit vera hominis cum Deo amicitia.

31. Ratio deinde est, quia perfectae charitati conveniunt ea omnia, quae verae amicitiae competunt. Nam in primis amor nostrae charitatis est amor benevolentiae, ut constat ex aliis notionibus, et quidem mutuus, videlicet talis, ut et Deus mutuo amet creaturam ipsum amantem, ut habetur Proverb. 8. ego diligentes me diligo et Joan. 14. Qui diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum. 2do et talis amor mutuus est utrinque notus, Deo scilicet est notus amor creaturae erga se ipsum, utpote ipse sit scrutator cordium; deinde et homini est notus amor De

erga seipsum, et hoc tum ex divina promissione motis relata, tum ex affectibus benevolis, quos continuo experitur, unde dicebat Apostolus Rom 8 ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei: 3tio talis amor secum fert bonorum communicationem, cum ex una parte diligentibus se in hac vita ipse Deus gratiam suam, et alia dona spiritualia communicat, et in altera aeternam beatitudinem elargiatur juxta illud Joan. 14: Si quis diligit me sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. ex altera vero parte et ipsi homines justi in ipsum Deum omnia sua refundunt, juxta illud 1. Paralyp. 29: Tua sunt omnia, et quae de manu tua accepimus, dedimus tibi: tandem et ex tali amore oritur animorum conjunctio, ut constat ex illo 1. Corint. 6. Qui autem adhaeret Domino, unus spiritus est. ergo etc.

33. Neque his opponitur primo, quod Christus etiam Judam amicum suum appellaverit Matth. 26 inquiens: Amice, ad quid venisti: 2do quod Deus, ut habetur Proverb. 16, universa propter semetipsum operatus sit. et proinde nihil faciat in gratiam etiam hominis justi: quod tamen ad amicitiam est necessarium: 3tio quod, ut legitur Luca 17, nos simus servi inutiles etiam cum omnia divina praecepta fuerimus executi, et proinde nullum jus a nobis acquiri potest ad amicabilem amorem ipsius Dei erga nos: quod tamen requiritur ad amicitiam: tandem quod amicitia non est nisi inter pares, ut docet Aristoteles Ethic. cap. 8, et 9, et S. Hieronymus in Cap. 7. Michaeae inquiens Amicitia pares aut accipit, aut facit: at creatura quantumvis justa nunquam Deo aequalis evadere possit. Nam

34. Quod ad primum spectat ibi Christus per antiphrasim et Ironiam locutus est, quasi diceret: Tu, qui amicum meum te profiteris, ita te geris, aut haec facis? quod est quaedam affabilis exprobratio. Hoc autem de testimoniis in secundo relatis dici nequit, cum aliter ea exponant SS. Patres, et Theologorum sensus intelligat.

35. Ad 2dum dicendum, quod sicuti licet bonum, quod proximo volumus, debeat referri in Deum tanquam ultimum finem rerum omnium, non sequitur, quod non possimus diligere proximum amore benevolentiae; ita licet Deus bona, quae nobis vult, referat in gloriam suam, tanquam in ultimum finem nostrum, non sequitur, quod ea etiam non velit tanquam nobis bona, et utilia, quia nempe cum conditi simus ob finem ultimum, qui Deus est, hoc ipso quod talia bona nobis a Deo donantur ob ultimi finis consecutionem, in nostrum commodum, et utilitatem cedunt.

36. Ad 3tium vero distinguendum est inter statum naturae, et statum gratiae. Ac de primo loquendo verum est, nos esse servos inutiles, quatenus in tali statu relicti nihil possemus operari in vitam aeternam. De secundo vero loquendo homo justus non consideratur, quatenus est creatura adhuc subjecta Deo rerum omnium Domino, vel quatenus est filius Dei adoptivus, et in hoc sensu homo non est servus, sed amicus Dei, licet in primo sit servus.

37. Ad ultimum respondendum est, tum Aristotelem, quam S. Hieronymum locutos esse de amicitia aequalitatis, non autem de amicitia supereminentiae, de cujus ratione non est amicos reddere pares si eos non invenerit aequales; sed ad eam sufficit aequalitas proportionis, quae jam inter hominem justum, et Deum intervenit, cum homo justus praestat debita Deo obsequia et Deus, quantum ipsum decet, beneficia, et bona confert in hominem justum.

Articulus Secundus.
De Charitate caeterarum virtutum forma.

38. Cum de divina charitate tanquam caeterarum virtutum forma inquiritur a Theologis, summae difficultatis non est, an actus caeterarum virtutum, puta Fidei, spei, Religionis, Temperantiae, justitiae &c. sint actus boni et honesti jam in ordine naturali, jam in ordine supernaturali secundum diversitatem motivorum, quibus eliciuntur; sed summa est, an praedictarum virtutum actus absque charitate eliciti sint apud Deum meritorii; et hoc non quomodocumque, sed de condigno aeternae vitae? Nam certum est, hominem mortali labe etiam inquinatum posse bene operari in ordine naturali, quin imo et in ordine supernaturali, v.g. eliciendo veros actus divinae Fidei, et spei, ut probatum est tum de divina Fide, tum de divina spe loquendo, quin imo ut dixi in Tract. de Actibus Humanis a num. 273; peccator sit de congruo mereri etiam primam gratiam habitualem, sicut et alia bona quae relegas, sicuti et alia ibidem dicta, ut copiose quid sit mereri de congruo, et quid sit de condigno mereri.

39. Insuper notandum est, facile inter se conveniri Doctores, imo, teste P. Sporer hic Tract. 2. Cap. 5. Sect. 1. num 13., communissima sententia est, charitatem habitualem esse formam omnium virtutum et ipsa distinctarum in ordine ad meritum theologicum de condigno, atque adeo in bene operante, ut de condigno mereatur suis virtuosis actibus vitam aeternam status gratiae requiritur, ut jam ostendi in Tract. de Actibus Humanis num. 270. et vel constat ex Apostolo 1. Corint. 13. dicente: Si linguis hominum loquar, et Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam &c., charitatem autem non habuero, nihil sum. Quare difficultas solum esse fit, an ad hoc ut opera aliarum virtutum sint de condigno aeternae vitae meritoria, debeant procedere ex charitate actuali, aut saltem virtuali? debeant nimirum fieri ex motivo formali divinae bonitatis, seu propter divinam bonitatem absolutam; et ab ea charitate imperari?

40. Circa quam difficultatem multiplex est Doctorum sententia; et prima est Vasquez, Cajetani, Valentiae, et aliorum apud Tornay, sive apud Continuatorem [illegible], quodlibet opus hominis justi moraliter bonum etiam in ordine naturali, esse aeternae vitae de condigno meritorium. Verum communiter rejicitur in scholis, utpote [illegible] evidenter repugnans scripturis, et praesertim Apostolo ad Gal. 5. testanti quod in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque praeputium, sed fides, quae per charitatem operatur. Cujus et ratio petita a natura meriti de condigno est, quod videlicet ad meritum de condigno augmenti gratiae, et vitae aeternae requiritur, et proportio aequalitatis inter actum meritorium et ipsum praemium, quae proportio jam non intercedit inter actum moraliter honestum in ordine naturali, et ipsum augmentum gratiae, et vitam aeternam; et ita quidem, ut neque etiam determinari possit a charitate, et justitia habituali, [illegible] non sit relativa bonorum operum in ipsum Deum tanquam ultimum finem supernaturalem, nisi in actum, et operationem transeat, seu in ipsum influat, ergo &c.

41. Altera sententia est, Suarez lib. 12. de Gratia Cap. 8. defendentis, hominem justum quibuscumque bonis operibus virtutum sive moralium, sive theologicarum, à charitate etiam distinctarum posse de condigno promereri gratiæ, et gloriæ augmentum, ubi ex aliquo supernaturali motivo procedant, v. g. Fidei, Spei theologicæ, aut alterius supernaturalis virtutis infusæ, quamvis ipsa tamen charitas neque actualiter, neque virtualiter in illa influat. Atque hanc sententiam, licet rejiciat P. Loymann, asserit tamen, esse longe probabiliorem priore.

42. Tertia sententia, quæ est quorundam Recentium Dogmatistarum unam tantum charitatem tanquam veram virtutem agnoscentium, uni soli actui à charitate elicito attribuit meritum de condigno augmenti gratiæ, et vitæ æternæ; et negat, actus aliarum virtutum, utcumque etiam à charitate imperatos, esse de condigno meritorios æternæ Beatitudinis. Hæque sententia nullo modo probanda est, cum et scripturæ, et Patres, nec non Ecclesia, ut infra constabit, aperte doceant, actus etiam virtutum moralium, præsertim à charitate imperatos, esse æternæ vitæ meritorios de condigno. Quarta sententia est Soti, Valentiæ, Medinæ,

43. et aliorum docentium, ad hoc ut justorum opera sint de condigno meritoria, debere quidem per charitatem referri in Deum tanquam summum bonum, et ultimum nostrum finem supernaturalem, atque procedere à gratia, quæ est veluti radix charitatis, et reliquarum virtutum; ad hoc tamen sufficere relationem virtualem consistentem in eo, quod justi aliquando se, et sua omnia per charitatem Deo obtulerint, vel saltem in hoc, quod justi per charitatem erga Deum sint ita affecti, ut quidquid boni moralis agunt, licet actu, vel virtute per charitatem in Deum non referant, referrent tamen, si ipsis in mentem veniret, et proinde hujus sententiæ Patroni contenti sunt quadam relatione habituali, seu interpretativa charitatis, et propterea non exigunt, ut talis actus bonus aut elicitive, aut imperative à charitate procedat, sed solum, quod procederet, si adverteretur.

44. Ultima tandem sententia defendit, nullum opus quantumvis bonum esse de condigno meritorium præmii essentialis, consistentis nempe in visione, et possessione ipsius Dei, nisi sit actus immediate elicitus, aut actu, vel virtute imperatus à charitate; et adeo ad meritum de condigno, quoad consecutionem beatitudinis essentialis in hac sententia exigitur vel actus formalis charitatis, vel actus alterius virtutis, qui tamen, vel dum actu fit, actualiter à charitate imperatur, vel si hoc non accidat, procedit saltem ab actu à charitate imperato, et in illius fiat. Quamvis loquendo de præmio accidentali, sicuti est martyrii aureola, major, aut minor gloriæ gradus, concedat, hoc de condigno etiam mereri posse per alia opera bona in ordine supernaturali. Hanc sententiam utpote conformiorem Scripturis, et Patribus, cæteris præferimus. Unde sit

45. Propositio. Opera virtutum à charitate distinctarum à justo elicita non sunt de condigno meritoria augmenti gratiæ, ac beatitudinis essentialis, nisi actu, vel virtute à charitate imperentur. Ita cum plurimis Theologis, omni subscribi, ac D. Thoma 1. 2. Q. 114. A. 4, ubi ex proposito hanc difficultatem examinans, in O. inquit: Meritum vitæ æternæ primo pertinet

ad charitatem: ad alias autem virtutes secundario, secundum quod earum actus a charitate imperantur: et ad hunc hoc rapponendum: Fidei actus non est meritorius, nisi fides per dilectionem operatur, ut dicitur ad Galat. 5: similiter etiam actus patientiae, et fortitudinis non est meritorius, nisi aliquis ex charitate hoc operatur, secundum illud 1. Corint. 13. Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Similia habet alibi, et praesertim in Cap. 13. 1. ad Corinthios.

46. Probatur autem ex ipsis scripturis addita Patrum auctoritate. Ea enim opera tantum dici possunt de condigno meritoria aeternae vitae, quae Deus ad vitam aeternam dignatus est acceptare; atqui Deus ad vitam aeternam dignatus est acceptare solos actus tolles charitatis, et actus aliarum virtutum, elicitos vel actu, vel virtute ab ipsa charitate imperatos: nam in scripturis, in quibus Deus nobis manifestavit voluntatem suam, legitur appromissa aeterna merces solum illis actibus scripturae siquidem loquendo de actibus virtutum promittit quidem illis aeternam mercedem, semper tamen addendo si facti fuerint in nomine Christi, ut videre est ex illo Matth. 19: Qui reliquerit Patrem, et Matrem... propter nomen meum, vitam aeternam possidebit: et ex illo Marci 9: Quisquis potum dederit vobis calicem aquae in nomine meo, non perdet mercedem suam. Quinimo dicit praedictos actus nihil valere, nisi facti fuerint ex charitate, ut constat ex illo Apostoli ad Galat. 5 supra num. 40. relato; ergo etc. Quod et expresse docent SS. Patres, inter quos S. Hieronymus in Cap. 5. ad Galatas inquit: Quae alia inter fructus spiritus debuit tenere primatum, nisi charitas, sine qua virtutes caeterae non reputantur esse virtutes, et ex qua nascuntur universa, quae bona sunt, id est absolute meritoria aeternae vitae. Et S. August. in Psal. 99: Plenitudo legis est charitas. Per hunc amorem creatoris bene quisque utitur etiam creaturis. Sine hoc amore creatoris nullus quisque bene utitur creaturis... hoc ergo amore opus est, ut bonum beatificum sit. ergo etc.

47. Ratio deinde est, quia si actus virtutum a charitate distinctarum ab ipsa neque actu, neque virtute imperati essent de condigno aeternae vitae meritorii, per eosdem et augmentum gratiae sanctificantis de condigno mereri possemus, ut patet; atqui per tales actus de condigno mereri non possumus augmentum gratiae sanctificantis, cum id commune sit habitibus, ut nonnisi per proprios actus augeantur; ergo etc. Atque certum fuit unum ex rationibus, cur Apostolus sollicite nos hortaretur verbis illis: Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

48 Atque hinc pro praxi, ut cunctis nostris operibus certo vitam promereamur aeternam, non solum unice nobis curandum est, ut in justitia sancta nos contineamus, ac bona opera instituamus; verum etiam vel in ipsius recti operis exercitio, vel saltem cum tale opus instituere proponimus, elicere debemus propositum faciendi illud in Dei gloriam, et honorem. Nam ut perspicue explicat Joannes Busaeus in Viridario virtutum verbo Intentio recta Cap. 4 (cujus doctrina prae oculis habenda est, ac ideo de verbo ad verbum transcribo) = Ad meritum boni operis requiritur ut vel tunc cum fit actio, imperetur a charitate, atque ad Deum ut finem supernaturalem, et ultimum referatur, vel certe nascatur

ab actu imperato à charitate, atque in Deum actuā relato; quod est virtute referri; tunc enim dicitur opus aliquod virtute in Deum relatum, cum intentio antegressa verè est causa illius, ut fiat. Quare si quis generali intentione initio anni, mensis, vel diei ōia futura opera ad gloriam Dei offerat, et quidem laudabiliter faciunt, non idcō dicatur virtualiter intentione obtulisse, singulisque bonis operibus, licèt in grāā sit constitutus, vitam æternam promeruisse. — Hæc citatus Doctor, ex quibus jam sequitur non sufficere ad meritum de condigno semel in die, v. g. mane, cum è lecto surgimus, ōia nostra in Deum referre, sed id plurics in die facere debemus, quia nimirum etsi hōc principio diei proponat ōia facere in Dei gloriam, facile ob multa, quæ agit, evenit, ut ex alio motivo, quam dnæ charitatis, ~~curru~~ diei operatur.

49. In dubio tñ, an actio aliqua facta fuerit ex charitatis supernālis motivo, an ex alio fine, optimum erit recurrere ad regulam, quam tradit P. Paulus Laymann hic Cap. 1. num. 5. Signum nempe erit, actiones nostras in grāā factas, secundum se honestas, et laudabiles factas non fuisse ex motivo, et proposito ante charitatis, ubi etiamsi tale propositum habitum non fuisset; nihilominus actiones illæ eodem modo exercitæ fuissent; quia nempe in casu recte supponitur, quod operans habuerit aliud sufficiens motivum operandi, adæquatè distinctum à charitate, contra vero signum erit, quod nostræ actiones ex ante proposito charitatis processerint, ubi tali ablato proposito difficulter evenisset, ut à nobis instituerentur, quia videlicet tunc pro causa operandi assignari tantum sit propositum operandi ōia in Dei gloriam, et honorem.

50. Neque usque nunc dictis obstat, quod in Dnis scripturis æterna merces asseratur danda facientibus opera misericordiæ, nulla facta mentione, quod facta fuerint ex charitatis motivo, ut inter cætera patet ex illo Matth. 25; ubi Xtus pro ratione vocationis electorum ad æternam beatitudinem in die judicii hanc adductums est: Esurivi enim, et dedistis mihi manducare: sitivi, et dedistis mihi bibere &c.: et ex illo 1. Corint. 3., ubi bene operantibus indistincte promittitur merces in hunc modum: Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum proprium laborem. et tandem ex illo Matth. 19, ubi observantiæ mandatorum promittitur æterna vita his verbis: Si vis ad vitam ingredi serva mandata: ergo cum mandata rectè observantur, etsi ex motivo charitatis id non fiat, ut constat ex 16. propōne in Bajo damnata, nempe hac: Non est vera legis obedientia, quæ fit sine charitate. Dicendum est &c.

51. Respondeo, quod tunc licèt in præfatis textibus mentio non fiat de statu grāæ, seu charitate habituali, nihilōus dicendum est, eam necessariam esse ad meritum de condigno, atque ideō illa necessariò subintelligitur, ita et licèt non fiat mentio de influxu charitatis actualis in præfata opera, nihilominus talis influxus necessariò supponi debet, ut dicantur de condigno meritoria æternæ vitæ; et proinde testimonia illa intelligi debent in sensu præcisivo; seu positivo, non autem exclusivo, et conciliantur cum rationibus in hunc modum pro positionis.

52. Neque obest 2dō, quod Trid.num sess. 6 Can. 16. ad meritum de condigno nihil aliud requirat, quam quod opera sint bona, à justis fiant ex influxu dnæ grāæ præviæ, et in Deo sint facta. et quod D. Thōas in Opere Quæstionum disputatarum q. 9. de malo,

Quae inscribitur De inani gloria A. 2. in c. dicit, quod ad actum meritorium sufficiat, quod mens hominis justi sit habitualiter relata in Deum: ergo &c. Respondeo, quod ad Tridentinum spectat, nihil aliud ex

53. eo colligi posse, quam quod nostra sententia non sit certa, quia Tridentinum ibi enucleare noluit ea tantum, quae certo sunt necessaria ad meritum de condigno praescindendo a controversiis in scholis catholicis. Caeterum ex Tridentino potius colligitur nostra sententia, cum ad meritum de condigno ab ipso requiratur, quod opera fiant per virtutem Jesu Christi tanquam capitis in membra, et vitis in palmites, quod sonat physicum influxum charitatis in talia bona opera. Quoad D. Thomam vero dicendum est, S. Doctorem in objecto loco locutum esse de opere meritorio praemii accidentalis; vel vero mutasse sententiam, cum in summa loco supra citato expresse doceat oppositum.

54. Jam neque obstat paritas petita a Christi personae dignitate omnibus ejusdem actionibus communicante valorem infinitum, et quod sic pari ratione conditio justi debeat influere in easdem actiones usque ad meritum de condigno. Disparitas enim est, quia persona se habet ad totum tanquam forma substantialis illius, et per se est principium activum, et proximum omnium operationum suppositi juxta illud: actiones sunt suppositorum: et proinde actiones dignificantur a qualitate personae. Contra vero habitus charitatis non est quid essentiale subjecto, in quo recipitur, sed quid accidentale, et ita quidem, ut necessario non influat in actiones, quae in subjecto fiunt, nisi accedat voluntatis imperium juxta illud: Habitibus utimur, cum volumus. Et en longa, et lata disparitas.

Articulus Tertius.

De Divina charitate ut justificante

55. Charitatem supernaturalem undequaque perfectam, quae simul sit actus prosecutivus amoris benevolentiae erga Deum, et aversativus peccati mortalis super omnia mala, et quae simul sit conjuncta cum proposito non peccandi de caetero, atque cum fiducia divinae misericordiae, necnon cum voto praestandi omnia, quae ad sacramentum vel baptismi, vel poenitentiae rite suscipiendum sunt necessaria, talem, inquam, charitatem habere vim justificandi etiam extra sacramentum, nunc uno ore docent, et fatentur quotquot sunt Theologi catholici, et constat ex pluribus propositionibus in Bajo damnatis a Gregorio XIII., quae certo loquuntur de charitate actuali, ut eas meditanti patebit. Prima autem ordine 31. est hujus tenoris: Charitas perfecta, et sincera, quae est ex corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta, tam in catechumenis, quam in poenitentibus, potest esse sine remissione peccatorum. Altera ordine 32. est haec: Charitas illa, quae est plenitudo legis, non est semper conjuncta cum remissione peccatorum. Tertia ordine 33. sic exprimitur: Catechumenus juste, pie, et sancte vivit, et mandata Dei observat, ac legem implet per charitatem, ante obtentam remissionem peccatorum, quae in baptismi lavacro demum percipitur; quarta, aliis omissis, est haec ordine 71: Per contritionem etiam cum charitate perfecta, et cum voto suscipiendi sacramentum conjunctam, non remittitur crimen extra casum necessitatis, aut martyrii sine actuali susceptione sacramenti. Quod et antea declaravit Tridentinum sess. 14. cap. 4. adscribens contritioni charitate perfectae reconciliationem hominis cum ipso Deo, priusquam poenitentiae sacramentum actu suscipiatur, ubi tamen votum sacramenti suscipiendi additur.

56 Verū quamvis, ut dixi, in hoc conveniant
oēs Doctores Catholici contra Sectarios, dissident tā inter se in as-
signanda qualitate, et quantitate tū charitatis, tū contritionis
necessariæ, et sufficientis ad ipsā justificationē consequendā. Nā
est̄ conveniant, quod utraque debeat esse appretiativè summa
juxta illud Matth. 22. Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde
tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua: et juxta illud
Joel. 2. Nunc dicit Dominus: convertimini ad me in toto corde ve-
stro: Nonnulli tā exigunt in utraque scilicet tū charitate, tum
contritione, etiā intensionem, et durationem aliquam; requi-
runt nimirum, ut talis perfecta charitas, et contritio sit etiam
intensivè summa saltem comparatè ad actus tūm amoris, tū
doloris de rebus creatis, adeò ut majori intensione ametur
Deus, et doleamus de peccatis, quàm ametur quodcumque bo-
nū creatū, et doleamus de malis quibuscumque creatis. Quo
alij contenti non sunt, sed insuper exigunt certam aliquam
durationē à Deo taxatam. Contra hos tā stat communis Theo-
logorū, Unde sit
57. Propoō. Charitas perfecta associata contri-
tioni perfectæ habet vim justificandi etiam extra sacramentū
cū ejusdem voto, ubi utraque sit tantū appretiativè sum-
ma; et adeò non requiritur certus gradus intensionis, aut ulla
mora temporis, quâ ipsa perduret. Ità communissima Theolo-
gorū sententia. Prob. Charitas, et contritio perfecta, quæ etiam
tantū sit appretiativè summa, est quoad sui substantiā
vera, et perfecta charitas, et contritio: intensio enim, et dura-
tio sunt quid accessoriū, et accidentale ipsis, cū ijs deficientib⁹
adhuc verū sit, quod ex toto corde, et ex totis viribus diligamus
Deū, et odio habeamus peccatū propter dīnā bonitatē absolutē
Atqui charitati, et contritioni perfectæ quoad sui substantiā
talibus, competit vis justificandi etiam extra sacramentū
cū ejusdem voto: Nam nulla facta distinctione inter cha-
ritatem perfectam, et contritionem, quæ sit tantū appretia-
tivè summa, et inter charitatē perfectā, et contritionem,
quæ et simul sit appretiativè, et intensivè summa, et per
aliquod tempus durans, Proverb. 8. legitur: ego diligentes me
diligo: et Xtus ipse Joan. 14. dixit: Qui diligit me, diligetur à
Patre meo, et ego diligā eū... si quis diligit me sermonem
meū servabit, et Pater meus diliget eū, et ad eum veniemus
et mansionē apud eū faciemus: De contritione verò Ezech.
18 dicitur: si impius averterit se ab injustitia sua, iniquitatū
ejus non recordabor amplius: et cap. 33: Impietas impij non
nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate
sua: ergo etc.
58. Neque illa scripturæ testimonia ad cha-
ritatem intensivè summā limitabis, quià talis limitatio op-
ponitur doctrinæ Synodi Agathensis, quæ apud Cormaz part. 1.
num. 995. his terminis expressa refertur: Sat est ad veram
contritionem detestatio super oīa, licet dolor non sit ità in-
tensus, ut alicujus mali temporalis: opponitur item Catechis-
mo Romano ad mente Trid. edito, qui de sacramento Pœniten-
tiæ sub num. 28. docet, contritionem posse esse veram, et effi-
cacem, etiamsi non sit maxima, seu intensa: opponitur

insuper Angelico Præceptori in Supplement. q. 5 in c. sic concludenti
Sic ergo dicendum, quod quantumcumque parvus sit dolor, dummodo
ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet. De duratione ve-
ro 1. 2. q. 113. a. 7. in c. ostendenti justificationem impii necdum a Deo
fieri in instanti, sed etiam liberum motum liberi arbitrii, per quem
justificatio causatur, posse esse instantaneum. In quod conspirant eten
SS. Patres apud Bellarminum de Pœnitentia lib. 2 cap. 12. Unde conclu
dendum cum Chrysostomo relato in Capit. Talis, de Pænit. dist. 3: quod
Deus quantulamcumque, et quamlibet brevi tempore gestam recipit
pœnitentiam. Dices contra Magdalena cum ad Xtum in domo Phari-
59 sæi accessit, vel saltem dum stabat ad illius pedes, et lacrymis irrigabat
eos, et capillis tergebat, charitate, et contritione perfecta flagrabat
Quod et dic de Paulo per triduum illud, quo in domo Judæi oravit,
at tamen utrique nonnisi post tempus illud peccata remissa fue-
runt, et adeo cum charitate, et contritione intensiva summo
ardebant, ut de Magdalena constat ex verbis illis Lucæ 7: Remit-
tuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et de Paulo
ex verbis illis, quæ Actor. 9 leguntur, et ad eum dixit Ananias in
hunc modum: Et nunc quid moraris? exurge, et baptizare, et ab-
lue peccata tua invocato nomine illius, ergo &c.... Confirmatur
inter Cathecumenos plures sunt, qui Deum perfecte diligunt, et
super omnia peccata sua detestantur, ut patet: atqui Cathecume-
ni non statim justificantur, sed solum, cum aqua baptismi
abluuntur, ut docent SS. Patres, et præsertim S. Bernardus epist.
77 concedens Cathecumenum posse salvari cum voto baptismi,
semper tamen cum hac limitatione: Si tamen mors anticipans, seu alia
quæcumque vis invincibilis obviaverit: et S. Aug. tract. 13 in Joan
inquiens: Quantumcumque Cathecumenus proficiat, adhuc sarci-
nam suæ iniquitatis portat, nec illi dimittitur, nisi cum venerit ad
baptismum: ergo &c. Respondeo, si verum est (sicuti certe verosimi-
60 le non est, saltem pro eo tempore, quo ad pedes Xti stetit, licet
forte tantum deinde, si habuerit pro eo tempore, cum primum accessit
ad Jesum) si, inquam, verum est, quod Magdalena habuerit contri-
tionem charitate perfectam, etiam tantum appretiativam summam,
antequam a Xto pronunciarentur verba illa: Remittuntur ei
peccata multa &c, eo tunc primo fuit justificata, eique pecca-
ta saltem quoad culpam, et pœnam æternam remissa fuerunt.
Neque aliter dicere cogunt nos verba: dilexit multum: jam præ-
teriti temporis. et verbum: Remittuntur ei peccata multa: jam
temporis præsentis. Nam in primis licet paulo post Xtus mulieri
illi dixerit: Remittuntur tibi peccata: non continuo sequitur
quod tunc solum peccata ei fuerint remissa; etiam et in primo casu
dicendum est, et proinde sicuti per verba illa: Remittuntur ti-
bi peccata. recte dicitur, quod Magdalena certiorata fuerit
de remissione, et exterius etiam absoluta. ita et dici fit de ver-
bis illis Remittuntur ei peccata multa. Verbum autem: pecca-
ta multa: correspondens verbo: dilexit multum: significat re-
missionem usque ad remissionem etiam pœnæ temporalis,
quæ non condonatur, nisi per ordinem ad majorem dolorem
et amorem charitatis.
Et per hoc patet ad factum Pauli, cui
61 Ananias verba illa obtulit, vel quia certus non erat de charita-
te, et contritione perfecta illius, vel si certus erat, indicabat obli-
gationem ei superesse recipiendi baptismum, qui vere abluit
peccata etiam dimissa, quatenus confert gratiam sanctificantem

de se aptum remittere peccatum per modum ablutionis, et quatenus etiam delet omnem reatum poenae temporalis, quem adhuc forte debebat ipse Paulus.

62. Ad confirmationem omissa majori nego minorem, et hinc quod attinet ad S. Bernardum, dico, S. Doctorem loqui contra eos cathecumenos, qui cum commode suscipere possent baptismum illum suscipere negligunt, et cum hac negligentia jam culpabili ex hac vita decedunt, qui propterea minime salvari possunt, utpote cum peccant contra legem de baptismo suscipiendo, et sic deperdunt gratiam, si quam ante per contritionem charitate perfectam generaverant. Ex quo etiam responsio est ad S. Augustinum, qui loco objecto loquitur de cathecumenis arrogantibus, qui negligunt ad baptismum accedere se meliores aliis existimantes, ut patet ex his verbis, quae objectis praemittit S. Doctor: *Ac hoc etiam prohibuit Dominus noster, ne quis arrogans, eo quod habeat abundantiam alicujus gratiae, dedignaretur baptizari baptismo Domini.* De his autem cathecumenis verum est dicere, quod quantumcunque proficere sibi videantur, adhuc sint peccatores, cum neque nec in re, nec in voto baptismum habeant, et proinde nec veram charitatem. Atque haec de dilectione charitate ut contritioni perfectae associata. Nunc sit

§. unicus. De charitate ut disjuncta a contritione.

63. Hactenus dictum est de charitate, seu de actu prosecutivo benevolentiae erga Deum ut conjuncto cum contritione, seu cum actu detestativo peccati super omnia propter ipsum Deum. Modo est expendenda difficultas multum praxi inserviens, an videlicet amor formalis charitatis, seu amor prosecutivus benevolentiae erga Deum propter se dilectum sine actu formali contritionis necessario, seu ut disjunctus ab actu detestativo peccati super omnia sed cum sola detestatione virtuali inclusa in ipso actu formali amoris Dei, aliquando saltem per accidens valeat justificare peccatorem extra sacramentum? Qua in difficultate in utramque partem sentiunt magni nominis Doctores. Melchior Canus, Dominicus Soto, et, teste Suarez *de sacramentis* disp. 9. sect. 3, plures Recentiores Thomistae, docent, formalem poenitentiam, seu actum detestativum peccati super omnia propter Deum esse omnino necessarium ad remissionem peccatorum, ut proinde nunquam in praesenti providentia peccata remittantur sive intra, sive extra sacramentum sine formali poenitentia, seu contritione, perfecta jam extra sacramentum, imperfecta vero saltem intra sacramentum. Contra vero Scotus, Gabriel, Major, Medina, Navarrus, et alii apud eundem Suarez loco citato, quibus etiam ipse assentitur, P. Simonet, et plures alii sentiunt, quod quamvis per se loquendo sive intra, sive extra sacramentum, nempe [illegible] tamen sit necessaria aliqua formalis contritio, perfecta nempe aut imperfecta ad remissionem peccatorum, per accidens tamen aliquando saltem peccator justificari possit per actum formalem charitatis perfectae, etiamsi conjunctus non sit cum actu formali contritionis, sed solum cum detestatione virtuali, et involuta, inclusa jam in actu formali amoris Dei super omnia, quatenus diligens Deum super omnia propter ejus bonitatem absolutam animo comparatus est ad faciendum omnia, quae necessaria sunt vel ad conservandam, vel ad reparandam amicitiam cum ipso Deo et cum his esto

64: Propositio. Per se loquendo ad obtinendam remissionem peccatorum extra sacramentum non sufficit amor prosecutivus charitatis theologicae, etiam conjunctus cum detestatione vel odio mali, sed necessario requiritur actus formalis detestationis peccatorum ex motivo formali charitatis, seu propter divinam bonitatem absolutam. Probatur ex ipsis divinis scripturis. Nam Eccles. 2. legitur: Si poenitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, et non in manus hominum. Et Apocal. 2: Memento, unde excideris, et age poenitentiam; sin minus venio tibi cito &c. Et Christus ipse Lucae 13 inquit: Si poenitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis: nomine autem poenitentiae varii actus formalis detestationis peccatorum, ut constat ex poenitentiae ... sacra scriptura usurpantur pro eodem nomen poenitentiae ac nomen doloris, gemitus, tristitiae &c.; ergo &c. Quare S. Aug. lib. de Saluti medicina cap. 5. sic nos omnes monet: Non satis est, mores in melius mutare, sed oportet satisfacere etiam Deo per poenitentiae dolorem. Et Christ. Sotina ...: Nisi egeris poenitentiam, salvus esse non poteris: Quomodo enim gaudebis esse correctum, nisi doleas fuisse perversum. Et S. Gregorius Hom. 20. in Evang. inquit: Ventura ira est animadversio ultionis extremae, quam tunc peccator non effugiat, qui nunc ad poenitentiae lamenta non recurrit: et S. Thomas 3. part. q. 86 a. 2 in c. sic docet = Requiritur ad remissionem culpae ... quod voluntas hominis sic immutetur, ut convertatur ad Deum cum detestatione conversionis ... (ad creaturam) et proposito emendae, quod pertinet ad rationem poenitentiae, secundum quod est virtus, et ideo impossibile est, quod peccatum alicui remittatur sine poenitentia, secundum quod est virtus = Quae omnino consonant Concilio Trid. sess. 14. cap. 4. ubi cum definitum fuisset, quod contritio est animi dolor, ac detestatio de peccato commisso cum proposito non peccandi de caetero, subjungitur: Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius &c.

65: Dixi per se loquendo. Nam cum S. Thoma loco citato q. 87. a. 1 in c., cum Suarez, et aliis excipiendus est casus, in quo quis invincibiliter ignoraret se esse in statu peccati mortalis ut esset ubi illius esset invincibiliter oblitus, aut illius invalide confessus esset omnibus peccatis creditus, se rite confessum fuisse, et se reflecteret ad divinam infinitam amabilitatem ex toto corde, et ex totis viribus suis ferretur in ipsum Deum sibi complacendo, et gaudendo de infinitis divinis perfectionibus, quatenus ipsi Deo bonae sunt, atque efficaciter desideraret ipsi famulari, necnon proponeret facere quae [illegible] ... ab ipso praecepta sunt. In hoc enim casu non apparet ratio, cur talis actus amoris non debeat dici verus, et perfecta charitas erga Deum, cum nullus appareat titulus, cur tunc peccator debeat odisse, aut determinetur ad detestandum peccatum, quod, ut supponitur, invincibiliter ignoratur, cum tunc perinde se habeat, ac si commissum non esset; ergo cum de ratione perfectae charitatis sit hominem justificare, dicendum est in casu illo sufficere actum prosecutivum amoris benevolentiae erga Deum ad hominem justificandum. Atque ita hunc casum dicit Suarez, et sibi casum.

66 Quam doctrinam idem Suarez extendit ad casum naturalis inconsiderationis, quando scilicet ex naturali actuali incogitantia ad peccata sua peccator non advertit, et cogitans divinam amabilitatem in illam per actum prosecutivum benevolentiae tenderet. Nonnulli vero etiam ad casum, quo actu quis ad sua peccata advertaret, altri judicans, ad hunc sed non teneri propter tollis poenitentiae, in actum prosecutivum amoris erga Deum prorumperet. Quod tamen alii non admittunt, eo quia existimant non posse elici verum actum prosecutivum amoris erga Deum nisi simul detestetur peccatum cognitum, aut quod morali adhibita diligentia cognosci potest, cum prius destruere debeat quod eum displiceat, quam studeat ipsi placere. Verum quidquid sit de hoc, prius casus tamen communis est, et admittendus."

67. Dices contra propositionem. Quamvis dilectio Dei in scripturis dicatur necessaria ad peccatorum remissionem, ut 1 Joan. 3. Qui non diligit, manet in morte: attamen actus tollis amoris prosecutivi benevolentiae erga Deum non est semper necessarius ad peccatoris justificationem, sed sufficit sola contritio; ergo a pari licet poenitentia dicatur medium necessarium ad peccatorum remissionem, per se ad eam sufficiat amor prosecutivus charitatis imbibens virtualem contritionem.

68. Respondeo omisso antecedenti, quod nonnemo negat, negando consequentiam, et disparitas est, quia actus aversativus peccati super omnia propter Deum in se, et in rigore theologico est verus, et formalis actus charitatis theologicae perfectae, quia, ut docet S. Thomas 1. 2. Q. 113. A. 5. ad primum: Ad eamdem virtutem pertinet prosequi unum oppositorum, et refugere aliud et ideo sicut ad charitatem pertinet diligere Deum, ita etiam detestari peccata, per quae anima separatur a Deo: contra actus tollis prosecutivus amoris erga Deum ut est in se summum bonum in sensu rigoroso theologico nequit dici contritio, cum haec ut Tridentinum definit Sess. 14 cap. 4, essentialiter sit animi dolor, et detestatio de peccato commisso cum proposito non peccandi de caetero.

69 Dices 2do contra limitationem. In articulo rationis comparata ad aeternam salutem consequendam non sufficit fides in voto; sicut neque ad remissionem peccatorum obtinendam sufficit propositum virtuale non peccandi de caetero. ergo neque sufficit poenitentia, seu contritio virtualis inclusa in amore prosecutivo charitatis perfectae erga Deum.

70. Respondeo ad primum concesso antecedenti negando consequentiam. Disparitas est, quia neque in scripturis, neque in ecclesiae definitionibus, neque in SS. Patribus quidquam legitur, quod valeat suppleri cognitionem actualem supernaturalem, quae de Deo habetur per fidem supernaturalem, et est dimodo ad utramque salutem necessaria, ut ostensum est de Dia Fide cap. 7. A. 1. a num. 244 contra vero accidit de contritione loquendo, quae per charitatem suppleri potest, utpote cum huic insit vis justificandi

71 Ad 2dum oportet distinguere inter casum quo sacramentum suscipitur, et inter casum, quo sacramentum non suscipitur. Et in primo casu instituatur paritas, omisso antecedenti negando consequentiam; et disparitas est, quia, ut declaravit Tridentinum Sess. 14. Cap. 3., et docet Catechismus Romanus Part. 2. De Sacramento Poenitentiae sub num. 21., propositum non peccandi de caetero

est pars constituens poenitentiae sacramentum, et contritio, seu propositum
necessarium ad baptismum; et proinde aliunde suppleri non fit, ut
per se patet. Contra accidit in casu nostro, ut probatum est. Si vero in 74.
in secundo casu fiat pariter, negandum est ars, cujus oppositum in-
ter caetera eximius Suarez probat ex facto Davidis, qui, proposito
sibi peccato per Prophetam Nathan, solum protulit ea verba: Pecca-
vi Domino, et statim, ipso Propheta teste, justificatus est.

Caput Quartum.

De Virtutis Charitatis Praecepto.

Virtutem, et supernaturalem charitatem respicere Deum tanquam
suum objectum materiale primarium, nosmetipsos vero, et proximum
tanquam secundarium, supra expositum est, hinc de ejusdem
praecepto, et prout attingit ipsum Deum, et proximum, separatim
dicendum est. Sit ergo

Articulus primus.

De Praecepto Charitatis erga Deum.

72 Dari divinum speciale praeceptum a caeteris omnibus distinctum
obligans omnes, et singulos Adultos rationis compotes ad diligendum
Deum super omnia, et tale quidem, ut ad aeternam salutem consequendam
non sufficiat caetera legis praecepta adimplere, nisi etiam statis tem-
poribus actu ipsi amoris benevolentiae quis in ipsum Deum tendat,
certa theologorum sententia tenet, et inter caetera constat ex illo Mat-
th. 22, ubi a Legis-perito interrogatus, quod esset mandatum magnum
in lege, ipsi respondit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,
et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hoc est maximum, et
primum mandatum. Quod autem est primum, et maximum mandatum,
non fit non esse praeceptum speciale ab aliis omnibus distinctum,
ita ut caetera dentur ad finem, ut illud respectu observetur juxta 75.
illud 1. Timot. 1. Finis praecepti charitas. Unde illud est velut pri-
mum principium, unde caetera tanquam tot conclusiones deducuntur.
Quare S. Aug. Lib. 1. Confess. Cap. 5. sic Deum alloquitur: Quid tibi
sum ipse, ut amari te jubeas a me, et nisi faciam, irasceris mi-
hi, et mineris ingentes miserias? Parva ne ipsa est, si non
amem te? Et Alexander VII. die 24 9bris 1665 merito damna-
vit hanc ordine primam propositionem: Homo nullo unquam vitae suae
tempore tenetur elicere actum Fidei, Spei, et Charitatis ex vi
praeceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium. Et Alexander VIII
die 24 Augusti 1690 hanc alteram pariter ordine primam proscripsit:
Sufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretative.
Hinc homo non tenetur amare neque in principio, neque in de- 76
cursu vitae suae moralis.

73 Ratio in promptu est, quia Deus nedum est ob-
jectum in se, et propter se infinite amabile; verum etiam est fi-
nis ultimus rerum omnium, in quo creatura rationalis tandem quiescere
habet, et proinde Deus non potuit non praecipere ipsi creaturae
amoris capaci, et liberae, ut seipsum super omnia, et propter se
amet, et diligat. Quamvis hic solum difficultas esse pot- 77.
quaenam, et quantus debeat esse talis amor creaturae ra-
tionalis erga suum Deum, et quo tempore elici a nobis debeat
ut tali maximo, et maximo omnium praecepto satisfiat.
Pro primi autem solutione sit

§. 1. De qualitate actus á Charitate Præcepti erga Deum.

74 Ad satisfaciendum præcepto divinæ charitatis erga Deum non sufficere qualemcumque amorem nostrum, sed illum debere esse saltem appretiativè summum, affectivum, et effectivum simul, seu efficacem, universalem, et conceptum ex motivo divinæ bonitatis absolutæ, constat ex supradata divinæ charitatis notione: et quoad singula breviter ostenditur. Atque in primis, quod amor noster erga Deum debeat esse appretiativè summus, talis videlicet, ac tantus, ut et actu, et affectu, et animo simus ita comparati, ut divinum beneplacitum præferamus creaturis omnibus, et etiam nobismetipsis, parati omni creato bono privari, et malum quodcumque pati, atque propriæ famæ et vitæ jacturam subire, quam ipsum Deum saltem graviter offendere constat tum ex profunditate præcepti verbis, nempe illis: ex toto corde, in tota anima, et in tota mente: tum ex illo Matth. 10. Qui amat Patrem, aut Matrem plusquam me, non est me dignus: tum ex illo Lucæ 14. Si quis venit ad me, et non odit Patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus: quando scilicet, ut explicat S. Gregorius Hom. 37 in Evang. ipse pater, et mater Dei nobis in via Dei sunt adversarij. Quare concludendum est cum S. Aug. Lib. 1. de Moribus Ecclesiæ Cap. 11. explicans in hunc modum verba præcepti: Summum bonum, quod etiam optimum dicitur, non modo diligendum esse, nemo ambigit, sed ita diligendum, ut nihil amplius diligere debeamus, idque significatur, et exprimitur, quod dictum est: ex tota anima, et ex toto corde, et ex tota mente.

75 Secundo quod talis amor debeat esse affectivus, et effectivus simul, seu efficax, quatenus videlicet non solum nobis complaceamus, gaudeamus Deum nostrum sibi identificare omnes omnino perfectiones possibiles, et excogitabiles, illasque infinitas, atque eas nulli alteri inesse, aut inesse posse; verum etiam pro viribus operam addamus, ut omnia divina mandata præcipue gravia exequamur, ac quodcumque mortale peccatum saltem fugiamus, et tam in nobis, quam in proximo procuremus ea, quæ in gloriam externam ipsius Dei cedunt, præsertim cum de ijs præceptum extet, constat ex illo Joan. 14. Si diligitis me, mandata mea servate.. Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est, qui diligit me.. Si quis diligit me, sermonem meum servabit.

76 Tertio et quod amor noster erga Deum debeat esse universalis, talis nimirum ut omnia, et singula ejus præcepta sub gravi saltem obligantia faciamus, et quodcumque peccatum grave evitemus, satis ostendit illud Jacob. 2. Qui offendit in uno, factus est omnium reus. Et ratio est manifesta, quia quodlibet peccatum mortale dissolvit amicitiam hominis cum ipso Deo.

77 Tandem et quod debeat concipi ex motivo divinæ bonitatis absolutæ, patet tum ex illo S. Bernardi in Lib. de diligendo Deo: causa diligendi Deum Deus est; tum ex eo, quod nostra divina charitas est vera hominis cum Deo amicitia,

de cujus ratione est amicum diligere propter ejus bonum, tum quia per hoc amor charitatis erga Deum discriminatur ab amore spei theologicæ. Hæc justa omnes competere debent amori nostro erga Deum ut dictæ charitatis præcepto satisfaciamus, quibus et alia adduntur
ctores. Quæres ergo primo, an amor noster charitatis erga Deum debeat esse internus?

78. Respondeo, id certum esse apud omnes, et constat ex verbis Christi Matth. 22. supra relatis, ubi jubemur ex toto corde, in tota anima, et in tota mente Deum diligere, quæ certe sonant internam dilectionem. Præterea Innocentius XI. die 2 Martij 1679. sequentes damnavit propositiones, quarum prima ordine 10. sic sonat: Non tenemur proximum diligere actu interno, et formaliter. Altera ordine 11. est hæc: Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos: si ergo proximus actu interno, et formaliter diligendus est, a fortiori ipse Deus. Unde non satisfit præcepto, ubi ore tantum dicitur: Amo Deum, diligo Deum; sed his verbis internus voluntatis affectus debet correspondere. Quæres 2do, an amor noster benevolentiæ erga

79. Deum debeat esse supernaturalis: an vero aliquando saltem sufficiat naturalis? Ad dubium hoc Sanchez in Præcepta Decalogi Lib. 2. Cap. 35. num. 4 cum Valentia, et alijs docet, præceptum diligendi Deum super omnia per se obligare ad amorem supernaturalem; aliquibus vero in casibus, ut ubi tentatio superari possit per solum naturalem Dei amorem, naturali amore contentum esse. Salas vero hic Tract. 6. Disp. 1. Sect. 3. num. 2. cum Coninck, quibus assentitur Liribaldus, et Leander, sustinet, prædictum præceptum directe non obligare ad amorem supernaturalem, neque ad amorem naturalem, sed solum ut amemus Deum super omnia, quantum cum Dei gratia possumus, ut proinde si gratia sit ad amorem naturalem tantum, hic sufficiat; non sufficiat vero, ubi gratia est ad amorem supernaturalem. Verum quamquam non negem, tales opiniones sua gaudere probabilitate, arbitror tamen, ubi præceptum charitatis rigorose obligat, absolute dicendum esse, nos tunc illius ad amorem supernaturalem teneri. Idque in primis suadetur ex paritate præcepti divinæ fidei, et spei prout dubio ad actus supernaturales obligantis; ita ut non sufficiant actus naturales credendi, et sperandi. Deinde charitas, quæ nobis præcipitur, est charitas, quæ, ut ait Apostolus 1. Timot. 1, est ex fide non ficta, hoc est procedit ex cognitione supernaturali divinæ fidei, et circa objectum supernaturale versatur, et insuper ad æternam salutem est necessaria. Porro talis charitas non potest non esse supernaturalis, neque tunc actum prodeat vel ex habitu ipsius charitatis, vel ex divina gratia talem habitum supplente, quæ jam præsto est omnibus petentibus. ergo etc. Quæres 3tio, an actus amoris nobis a Deo

80. præcepti debeat esse purus?

Respondeo quicquid sit de difficultate speculativa, an idem numero actus physicus per ordinem ad diversa motiva possit esse jam actus charitatis perfectus, jam actus alterius virtutis, v.g. amoris spei Theologicæ, de quo disputant speculativi Theologi, respondeo, inquam, actum amoris erga Deum, quatenus est actus charitatis perfectus esse ita purum in suo motivo

sibi, ut hoc unum sit divina amabilitas, seu bonitas absoluta, seu ipse Deus, quatenus in se bonus est. Hocque unanimiter tradunt SS. Patres, inter quos S. Aug. in Psal. 53. hæc habet = Deus noster laudetur voluntate, ametur charitate; gratuitum sit, quod amatur, et quod laudatur. Quid est gratuitum? ipse propter se non propter aliud = Et S. Bernardus lib. de diligendo Deo inquit = Causa diligendi Deum Deus est; modus sine modo diligere...... non sine præmio diligitur Deus, etsi absque præmii intuitu diligendus sit. Vacua namque vera charitas esse non potest, nec tamen mercenaria est ... verus amor præmium non requirit, sed meretur =. Et, aliis præmissis, Angelicus Præceptor 2.2. Q. 17. A. 8. in c. tradens discrimen inter amorem charitatis, et spei inquit = Perfectus amor est, quo aliquis secundum se amatur, utputa cum aliquis secundum se vult alicui bonum, sicut homo amat amicum. Imperfectus amor est, quo quis amat aliquid non secundum ipsum, sed ut illud bonum sibi ipsi proveniat, sicut homo amat rem, quam concupiscit. Primus autem amor pertinet ad charitatem, quæ inhæret Deo secundum se ipsum: sed spes pertinet ad secundum amorem, quia ille, qui sperat, aliquid sibi obtinere intendit = Et q. 23 A. 5. ad 2um sic respondet = Charitate diligitur Deus propter seipsum. Unde una sola ratio diligendi attenditur principaliter a charitate, scilicet divina bonitas, quæ est ejus substantia. Aliæ autem rationes ad diligendum inducentes, vel debitum dilectionis facientes, sunt secundariæ, et consequentes ex prima = Hæc SS. Patres, quæ S. Doctoris sunt consona, utpote cum amor charitatis erga Deum sit verus amicitiæ amor, de cujus ratione est tendere in objectum amatum præcise propter ipsius bonum, et perfectiones quatenus ipsi bonæ sunt, et non alia ratione.

81. Quæres 4to, an habitus, et actus charitatis theologicæ sit ita purus, ut a subjecto, cui inest, excludere habeat actus omnes proprii interesse etiam spiritualis, puta actus amoris, et timoris spei theologicæ? —

Respondeo, quod operari bonum, et vitare malum intuitu proprii interesse, seu commodi spiritualis, aut etiam temporalis, ut ad spirituale conducentis, non repugnat statui habituali charitatis hominis viatoris, quantumcumvis perfectæ ac etiam perfectionis; ac proinde nec amor, et desiderium Beatitudinis, quæ est summum nostrum bonum, nec timor æternæ damnationis, quatenus est summum nostrum malum, sicuti nec moderata cura bonorum temporalium, quatenus nobis inserviunt, aut inservire possunt ad bonum spirituale, repugnat prædicto statui; et proinde non repugnat hominem, quantumvis justum, per distinctos actus saltem nunc elicere actum charitatis perfectæ, modo actum amoris, aut timoris spei theologicæ, quin decidat a statu charitatis. Hocque sententia debet esse certa post Decretum Innocentii XII. die 12. Martii 1699. emanatum, in quo damnantur 23. propositiones præcontentæ in libro Gallice edito, et inscripto de Regulis Sanctitatis interioris a Francisco de Salignac Fenelon Archiepiscopo, et Duce Cameracensi; cujus tamen gloria est, audita Ecclesiæ damnatione publice doctrinam suam retractasse, ut constat ex Epistola Pastorali die 9. Aprilis ejusdem anni ad Clerum Sæcularem, et Regularem suæ Diœcesis data, in qua significavit

se prompto cordis, et oris obsequio damnationem acceptare. Inter cæteras autem illas propositiones sunt sequentes, quarum ordine prima est hæc = Est habitualis status amoris Dei, qui est charitas pura, et sine ulla admixtione motivi proprii interesse. Neque timor pœnarum, neque desiderium remunerationum habent amplius in eo partem. Non amatur amplius Deus propter meritum, neque propter perfectionem, neque propter felicitatem in amando inveniendam = Altera ordine 2. est sequens = In statu vitæ contemplativæ, seu unitivæ amittitur omne motivum interessatum timoris, et spei = Tertia ordine 4. est hujus tenoris = In statu sanctæ indifferentiæ anima non habet amplius desideria voluntaria, et deliberata propter suum interesse, exceptis iis occasionibus, in quibus toti suæ gratiæ fideliter non cooperatur = Quarta, aliis missis, quæ est ordine 23, est hujus tenoris = Purus amor ipse solus constituit totam vitam interiorem, et tunc evadit unicum principium, et unicum motivum omnium actuum, qui deliberati, et meritorii sunt =.

Ostenditur autem ex ipsis Divinis scripturis. Et

82: in primis in ipsis legitur, viros multa charitate perfectos intuitu æternæ retributionis bona opera operatos esse, et malum evitasse. Sic David Psal. 118. de semetipso ita loquebatur: Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem: et de Moyse ipse Apostolus Hebræor. 11. sic testatur: Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem, majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem. Et ipse Apostolus 2. ad Timot. 4. qui de se ipso dicebat: Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex: Ipse ipse Christus alios tores omnes ad eas sequelam spe remunerationis sic eos excitabat: Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris: Et quo et nos monet Apostolus ad Tit. 2. inquiens: Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, et sæcularia desideria, sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, et beatitudinem. Atqui id, quod fecerunt viri charitate multum perfecti, et ad quod nos adhortantur scripturæ sanctæ, a statu charitatis perfectæ non excluditur, ut per se manifestum est; ergo etc. Hocque idem argumentum roboratur auctoritate

83. Trid.[i] Sess. 6. Can. 16. sic omnes excitantis ac persuadentis in justitia, et sanctitate his verbis: Atque ideo bene operantibus usque in finem, et in Deo sperantibus proponenda est vita æterna, et tanquam gratia filiis Dei per Christum Jesum misericorditer promissa, et tanquam merces, ex ipsius Dei promissione, bonis ipsorum operibus, et meritis fideliter reddenda: Ubi certe Tridentinum amplectitur etiam viros utrumque charitate flagrantes, atque perseverantes usque ad finem vitæ suæ, ut aperte indicant verba hæc, quæ ibidem immediate subjunguntur, nempe ista: Hæc est enim illa corona justitiæ, quam post suum certamen

et coronam repositam sibi esse, ajebat Apostolus a justo judice sibi reddendam: ergo &c.

His et accedit ipsa recta ratio. Nam in primis
24 certum est, quod homo perfecte diligens Deum sit maximo suo aeternam beatitudinem, quatenus ipsum proximo bonum, desiderare, ergo et eam sibi exoptare sit, et quidem etiam quatenus sibi bonam, cum ordo charitatis erga proximum sit, ut illum sicut nosmetipsos amemus. Deinde certum est, quod nullus actus supernaturalis, et sub divino praecepto cadens repugnet habituali charitati hominis viatoris, quantumcumque ea sit perfecta, cum talis actus sit semper ex impulsu Dei, qui essentialiter est ipsa charitas, et auctor omnis nostrae charitatis erga illum: atqui actus amoris, et timoris spei theologicae, sunt actus supernaturales, et sub praeceptum cadentes, ut supra de Dno. Fide, et Spe agens probavi, ergo &c. Quae et valent, et procedunt etiam de bonis operibus institutis intuitu boni temporalis ut ad spirituale conducentis, cum tunc reipsa operans agat intuitu commodi spiritualis, atque etiam quilibet viator, quantumvis perfectus, saepe saepius ad Deum conversus orationem Dominicam recitans dicat: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quo orandi modo certe et temporalia ad spiritus aeternae beatitudinis consecutionem conducentia a Deo petimus.

25 Hinc sequitur primo, a nobis non posse approbari actus contritionis formulam jam typis editam, in qua expresse excluditur metus gehennae, et paradisi jactura, sed merito illi praeferendam esse alteram formulam etiam typis editam, in qua omissis verbis, quibus excluditur metus gehennae, et Paradisi jactura, pro motivo detestationis peccatorum ponitur infinita Dei bonitas absoluta, et amabilitas. Nam, ut dictum est, perfecta charitas non habet excludere amorem, et timorem spei theologicae, quin imo praxis poenitentium est, se ad justificationem disponere per actus Dnae. fidei, et spei, antequam actum charitatis, et contritionis eliciant: quae praxis minime commendanda esset, vel ut patet meditanti, cum poenitens a tali actu amoris, et timoris spei veluti retardaretur ad excludendum proprium interesse spirituale, ad actum contritionis requisitum. Licitum spero existimo, laudandam esse praxim illorum poenitentium, qui saltem per duplicem actum moventur ad peccata sua detestanda et ex motivo aeternae damnationis, et amissionis Paradisi, et ex motivo Dnae. bonitatis absolutae, et infinitae amabilitatis; hocque praesertim, dum ad poenitentiae sacramentum sunt accessuri, tum quia hoc maxime cohaeret cum doctrina Trid. Sess. 6. Cap. 6. decernentis peccatores ad justificationem disponi, dum peccatores se esse intelligentes a Dnae. justitiae timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur &c.; tum quia ita tutius consulitur valori sacramenti, ejusque effectui, cum nedum difficilior sit contritionis perfectae actus, quam attritionis, verum etiam actus contritionis perfectae non facile expectandus est ab homine vulgo, dum hic facilius concutiatur timore gehennae, et acrius excitatur spe praemii aeterni ad suorum peccatorum detestationem, ut ipsa experientia ostendit.

86. Sequitur 2do, a nobis commendari non posse saltem quoad affectum, et executionem, (quidquid sit, an laudari possit quoad affectum) foeminam illam, quae in Historijs celebratur, quae D. Ludovico Francorum Regi occurrit, una manu gestans ignem, et altera aquam; atque a Religiosissimo Principe interrogata, quid haec opposita portanda erant, respondit, se illo igne cupere Paradisum incendere, et consumere, aqua vero Infernī ignem extinguere, ut hinc homines in Dei amorem ferantur non jam propter suam gloriam, sed propter ipsum Deum, non propter supplicii timorem, sed propter summae bonitatis amorem purum. Sed nobis commendandum est exemplum D. Thomae, qui a Christo interrogatus, quam mercedem laborum suorum acceptiurus esset, non dixit nullam, sed: non aliam, Domine, nisi te ipsum: item et S. Hilarionis, de quo in Breviario Romano ad Diem 21. Octobris legitur, quod se ad mortem his verbis excitabat: Egredere, quid times, egredere anima mea, quid dubitas? Septuaginta prope annis servisti Christo, et mortem times?

87. Sequitur 3tio, sanctam, et laudandam esse pro Dei amore indifferentiam perfectam quoad haec terrena bona, et mala physica hujus mundi: at sancta, et laudanda non est indifferentia quoad bona spiritualia, et caelestia; quin imo sancta, et laudanda est solicitudo bonorum caelestium, ac aeternae beatitudinis ad majorem Dei gloriam, et honorem. Utrumque enim nos docuit Christus Jesus Noster: Matth. 5. adhortatus estenim Discipulos suos ad perfectionem his verbis: estote ergo perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est: Deinde Cap. 6 cum dixisset, nobis thesaurizandum non esse in terra, sed in Caelo, in hunc modum concludit: Nolite ergo soliciti esse dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Haec enim omnia Gentes inquirunt: scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Quaerite ergo primum Regnum Dei, et justitiam ejus, et haec omnia adjicientur vobis. Quare de bonis, et malis temporalibus loquendo optimum erit viro christiano usurpare illud Job. 1. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum: de caelestibus vero loquendo nobis continuo usurpandum est illud Orationis Dominicae: Adveniat Regnum tuum: gratiae nempe, et gloriae.

88. Sequitur 4to, etiam sanctam, et quam maxime laudandam esse renuntiationem commodorum temporalium, ac bonorum hujus mundi; minime vero approbandam esse renuntiationem bonorum spiritualium, et eo minus caelestis Beatitudinis. Primum quidem nos docuit ipse Christus Matth. 19. inquiens: Si vis perfectus esse, vade, vende, quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelis: et Lucae 14. Qui non renuntiat omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus: et aliis omissis Matth. 16. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Quo jam cum laude praestiterunt, et etiam nunc praestant plurimi

viri sanctitate præstantes, mundo, ejusque divitijs, et commodis renuntiantes, atque in claustra, atque eremos se recipientes, vitamque pauperrimam in cinere, et cilicio degentes. Alterum pariter nos docuit ipse Xtus, qui Matth. 19. Petrum nomine omnium discipulorum quærentem, quid ipsis futurum esset, eo quod omnia reliquerint, eumque secuti fuerint, non increpavit, sed præmijs æterni eos excitavit ad persistendum in sui sequela, inquiens: Vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim Tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel Fratres &c. propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit.

89 Sequitur ultimo, sanctam, et commendandam esse in viris perfectis sui ipsius abnegationem juxta profundæ humilitatis principia, qui eatenus videlicet suum nihilum recognoscentes, omniaque, quæ habent, a Deo accepisse, ac dona Dei esse scientes nullo amore inordinato erga se tenentur, sed suam voluntatem ita faciunt, ut parati sint omnibus bonis temporalibus spoliari, ac vitam suam amittere, quam quidquam facere, aut cogitare, quod Deo displiceat. Hæc enim est sui abnegatio, quam Xtus nos docuit Matth. 16, cum dixit: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam (vitam corporalem) salvam facere, (male amando) perdet eam (damnabitur). Qui autem perdiderit animam suam (vitam corporis) propter me, inveniet eam (salvabitur in æternum).

90 Et cavenda est sui abnegatio non solum usque ad indifferentiam, et renuntiationem supernæ beatitudinis, ut constat ex propositionibus in Cameracensi damnatis, ac supra relatis, verum etiam usque ad sui annihilationem, et quietem Recentium Dogmatistarum, duce Michaele de Molinos ab Apostolica Sede jam damnatam, siquidem ab Innocentio XI. die 20 8bris. 1687. proscribente 68. propositiones dicti Michaelis de Molinos, eo insaniæ et malitiæ devenientis, ut docuerit, animam nostram ita uniri, et quiescere debere in Deo, ut nihil omnino active operetur, nulloque modo solicita esse debeat de ijs, quæ corpori obveniunt, quæcumque ea forent. Quam insanam doctrinam deinde pluribus exponebat propositionibus, inter quas placet sequentes referre. Ordine prima est hæc = Oportet hominem suas potentias annihilare; et hæc est via interna = Ordine 2a est sequens = Velle operari active est Deum offendere, qui vult esse ipse solus agens; et ideo opus est, seipsum in Deo totum, et totaliter derelinquere, et postea permanere velut corpus exanime = Ordine 3 est hujus tenoris. Vota de aliquo faciendo sunt perfectionis impeditiva = Ordine 5ta erat hæc: = Nihil operando anima se annihilat, et ad suum principium redit, et ad suam originem, quæ est essentia Dei, in qua transformata remanet, ac divinizata, et Deus tunc in seipso remanet; quia tunc non sunt amplius duæ res unitæ, sed una

tantū: et hac ratione Deus vivit, et regnat in nobis, et ā seipsam annihilat in esse operativo = Ordine 7. est sequens = Non debet ā cogitare nec de proprio, nec de punitione, nec de Paradiso, nec de Inferno, nec de Morte, nec de aeternitate = Tandem, omissis alijs, ordine 10. his terminis exprimitur = Si proprijs defectib. alios scandalizat, non est necessarium reflectere, dummodo non adsit voluntas scandalizandi, et ad proprios defectus non posse reflectere, gratia Dei est = Quas sane propositiones manifeste scripturis, Patribus, Doctrinæ ecclesiæ, et ipsi lumini naturali repugnare per se constat, unde eas retulisse, est confutasse.

91. Hinc semper magis, et magis patet, charitatem perfectam componi cū amore, ac timore spei theologicæ, sive ea sit Incipientiū, sive Proficientiū, sive Perfectorū quos tres status, seu gradus distinguit Angelicus Præceptor 2.2 q. 24. A. 9. in C. dicens, statū Incipientiū esse illorū, quorū studiū principale est recedere ā peccato, et resistere concupiscentijs, ac tentationibus, quæ in contrariū charitatis movent; statū vero Proficientiū esse illorū, quorū studiū, et cura præcipua est intendere ad hoc, ut in bono proficiant, seu bona exerceant opera, et non tantū ā malo declinent; statum tandem Perfectorū esse illorū, quorū principale intentum est adhærere Deo, eoque frui, ut proinde saepe saepius cū Apostolo Philipp. 1. dicant: Cupio dissolvi, et esse cū Xto. Reliqua, quæ hic objici solent, soluta habes de actibus Theo. spei Cap. 2. ā num. 39; quæ proinde hic repetere non est opus. Verba ad dispergo.

92. Quæres 5to, an sicuti amor charitatis noster erga Deum debet esse appretiativē summus, sicuti et objectivē summus, quatenus Deo plus boni, et perfectionis, quam caeteris rebus volumus; ita et debeat esse intensivē summus?

Respondeo, quod quamvis quammaxime commendandus sit amor charitatis erga Deum intensivē summus, atque ad illum maximo cū progressu invitamur, attā sub præceptū non cadit. Primū per se manifestū est, utpote cum talis amor sit actus perfectissimus, qui ab homine viatore elici pōt. Secundū vero, quod docet communis sententia contra novellos, in primis suadetur ex eo, quod, ut supra probatū est, amor benevolentiæ erga Deū, qui tantū etiā sit appretiativē summus, dummodo sit efficax, et universalis, est amor verē honestus, laudabilis, et supernaturalis; sed etiā est verus amor amicitiæ hominis cū Deo, æternæ vitæ meritorius, et habens vim justificandi etiā extra sacramentū, ubi præsertim associatur actui contritionis perfectæ; atqui talis amor non pōt non esse sufficiens ad implendū Divinū præceptū charitatis erga Deum, ut per se manifestū est, ergo Deus.

93 Deinde ille amor benevolentiæ erga Deum certē debet esse sufficiens ad Divinū præceptū de dilectione Dei super omnia, per quem ex una parte homo ita præfert Deum rebus omnibus ab eo distinctis, ut serio, verē, et efficaciter sit paratus exequi omnia Dei mandata, etiam ubi quodcumque malū, et etiā periculū vitæ, periculū ex tali executione subeundū esset, et ex altera parte Deus amatur modo proportionato omnibus excellentiis et moraliter possibili viribus nostris auxilio ordinario Divinæ gratiæ adjutis; atqui talis est amor charitatis noster, ergo Deum,

qui sit etiam tantum appretiative summus; ergo &c. major per se est manifesta; minor vero quoad primam partem constat ex ipsa notione amoris benevolentiae appretiative summi: quoad 2dam partem patet ex eo, quod cum a nobis amatur Deus summa appretiatione, amatur modo constituente actum nostri amoris in gradu excellentiae, ad quem pertingere non sit quicunque amor ordinatus erga creaturas, etiamsi infinita intensione amaretur, cum hinc adhuc verum esset, quod Deus cuicunque creaturae praeferretur: Quoad 3tiam denique partem constat ex eo, quod dnam a rao ad amorem intensive summum, experientia teste, non est gratia ordinaria, sed extraordinaria, et paucis quibusdam donata; ergo &c. Quod et confirmari potest ab ipsis absurdis, dicendum videlicet esset, nisi amor appretiative summus sufficeret ad implendum divinum praeceptum charitatis, quod filius profusis lacrymis lugens mortem Patris sui, lacrymas autem non fundens, ubi obtingeret aliquod grave peccatum committere non vere doleat de peccatis suis, ubi ob divinam bonitatem offensam toto conatu voluntatis suae peccatum commissum odio haberet et detestaretur, et vere vellet jacturam suae vitae potius subire, quam ipsum Deum offendisse, firmumque propositum nunquam amplius mortaliter peccandi eliceret: quod tamen est falsissimum, ut supra dictum est; ergo &c.

94 Atque ex his patet primo, hominem neque obligari vi praecepti divinae charitatis ad diligendum Deum amore intensive summo, ubi etiam ipsi daretur a Deo gratia ad talem amorem eliciendum; licet illum eliciens actum laudabilissimum exerceret. Ratio est, quia Deus per suum praeceptum sui amoris nobis praescribens illum tantum amorem a nobis exigit, qui nobis est possibilis attento cursu ordinario gratiae, quam ad amorem erga se ipsum nobis donat; unde illum casum particularem, quo aliquibus elargitur gratia etiam ad amorem intensive summum noluit Deus sub suo praecepto includere.

95 Patet 2do, quisnam sit legitimus sensus scripturarum exigentium a nobis amorem erga Deum, qui sit ex toto corde, ex totis viribus, in tota anima, et in tota mente: patet nempe talem esse debere per appretiationem, sed non per intensionem; sicuti et patet, quisnam sit sensus illius Christi Matth. 10. dicentis: Qui amat Patrem, aut Matrem plus quam me, non est me dignus: Christus nempe ibi prohibet nobis amorem erga Parentes, et alios, quo magis appretiantur Parentes et alii, quam ipse Deus; non autem prohibet amorem, qui sit magis intensus, seu sensibilis erga Parentes, quam erga Deum, cum intensio illa amoris erga Parentes plerumque sit naturalis, et involuntaria.

96 Patet 3tio, verum quidem esse, quod Deus in se est quam maxime dignus nedum amore nostro, qui sit appretiative summus, sed etiam amore nostro, qui esset intensive summus; verum per hoc non sequitur, quod hic amor sit nobis a Deo praeceptus; sicuti licet ipse Deus sit dignus amore infinito; non inde sequitur nos teneri ad amorem infinitum erga illum. Et ratio jam est data, quia nimirum quousque hoc mortali corpore circumdati sumus, regulariter nobis non insunt vires ad tantum amorem, nempe intensive summum.

97. Dices tu contra primo. Deus est ratio cujuscumque amoris nostri erga creaturas, dummodo talis amor sit ordinatus; ergo nedum quoad appretiationem, sed etiam quoad intensionem Deus semper magis diligendus est, quam creaturæ, juxta notum principium: Propter quod unumquodque tale, et illud magis.... 2do. Inordinatum videtur, quod creatura magis intensive ametur, quam ipse creator; quippe ordo amoris attendenda est juxta meritum amabilitatis objecti amati; atqui amor inordinatus erga creaturas divino charitatis præcepto prohibetur; ergo &c.... 3tio. Amor creaturæ debitus erga Deum debet esse talis, ut eum reddat paratum ad mortem potius subeundam, quam divina præcepta transgredi; ad hoc autem videtur requiri amor intensive summus, cum experientia teste soleamus postponere amoris nostris ea, circa quæ teneritudinem non habemus; ergo &c. Sendem S. Thomas 2.2. Q. 26. A. 6. in ○ probans, unum proximum magis quam alium diligendum esse, sic concludit = Oportet ergo, quod etiam inclinatio gratiæ, quæ est affectus charitatis, proportionetur his, quæ sunt exterius agenda: ita scilicet, ut ad eos interiorem charitatis affectum habeamus, quibus convenit nos magis beneficos esse = Porro convenit nos esse magis beneficos erga Deum, quam erga creaturas; ergo &c. Respondeo ad 1um concesso anteced. consequens concedo

98. quoad appretiationem; sed etiam quoad intensionem Deus est semper magis diligendus, quando &c, si præcise attenditur motivum formale charitatis, concedo, si alia etiam attendantur, nego consequentiam. Intensio, et appretiatio objecti non semper oritur a motivo formali amoris, sed ab alijs causis. Appretiatio quidem oritur ex dignitate, et amabilitate objecti amati secundum prudentem rationem, et adeo ortum habet a parte superiori, quæ est in homine. Intensio autem nascitur ex vehementi applicatione, vel conatu potentiæ, aut ex teneritudine affectus erga objectum, et proinde præcipue est a parte sensitiva. Hinc cum juxta conditionem nostram magis nos afficiant sensibilia, quam insensibilia, et sensibilia quidem præsentia magis, quam absentia, licet amor noster erga Deum, ratione spectata divina amabilitate etiam quoad intensionem deberet esse major, quam erga creaturas, alijs tamen advenientibus causis talis non est, neque necessario debet esse, cum Deus compatiens infirmitati nostræ contentus sit amore appretiative summo. Ad 2dum dico, magis intensive amare

99. creaturas, quam creatorem esse quid negative inordinatum, id est non ita perfecte ordinatum, ac esset amare magis intensive Deum quam creaturas; falsum autem est esse quid positive, seu privative inordinatum, ut sit contra ordinem debitum charitatis et a Deo præceptum. Atque hinc sicuti quis habet veram fidem quam tum ad satisfaciendum præcepto divinæ fidei, ubi firmiter adhæret veritatibus a Deo revelatis ob divinum testimonium infallibile, licet forte contingeret, ut alius naturales assentiendi veritatibus rationes lumine evidentius cognitis sint intensiores, ita in casu nostro dicendum est &c. Ad 3tium concessa majori nego minorem cum ejus

100. probatione. Quis enim dicat, matrem super omnia appretiantem divinam amicitiam, licet teneriori affectu feratur in suum unicum filium, non esse paratam potius mori, quam Deum graviter offendere. Si hoc verum non est, certe S. Paula Romana vere, et nec tota charitate in Deum non flagrasset, de qua S. Hieronymus, ut legitur apud Bellarminum de Script. Eccl. c. 11, in ejus vita scribit, in mortibus filiorum sic graviter affici solitam fuisse, ut

semper vita periclitaretur, licèt talem dolorem ob crimina in Deum
commissa unquam sensisse legatur. Quinimo neq: vera charitas
fuisse in S. Patriarcha Jacob, de quo Gen. 37. legitur, quod ità dolu-
erit, cum mors filij Joseph ei nuntiata fuit, ut congregatis cunctis
liberis suis, ut lenirent dolorem Patris, noluit consolationem accipe-
re; sed ajt, descendam ad Filium meum lugens in infernum. Cum ni-
hil tale de ipso legatur de ejus amore erga Deum, et de dolore
ob peccata commissa. Quod tamen non est dicendum; ergo &c.

201 Ad ultimum notandum est, ibi S. Doctorem
inquirere, an unus proximus sit magis diligendus, quàm alius; et
cùm ibi loquitur de amore proximis impendendo, qui cum regulariter,
præsertim erga conjunctos, sit amor sensibilis, et intensius, et non tantum
appretiationis; hinc volens ostendere, magis conjunctos magis dili-
gendos esse, rectè dicit, intensiorem charitatis affectum ad eos, quàm
ad alios habendum esse. Ex quo non licet argumentari ad amorem
nostrum erga Deum, qui præsertim loquendo de amore præcepto
præcipuè est amor appretiationis, cum talis amor fundatus sit in
dignitate, et excellentia Divina.

202. Quæres 6tò, an sit assignabilis regula ali-
qua, qua dignoscere valeamus, an amor noster erga Deum sit sal-
tem appretiativè summus?

Respondeo, regulam hanc nobis tradi ab ipso
Xto Dño Joan. 14: dicente: Si diligitis me mandata mea servate....
...... Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est, qui diligit me.
Quibus consonat illud 1 Joan. 5: Scimus, quià omnis, qui natus est ex Deo,
non peccat: Observantia ergo mandatorum, seu sollicita cura, quæ
Deo displicent, signum et regula nostræ charitatis erga Deum sunt, si-
cuti etiam docent SS. Patres, inter quos S. Gregorius Hom. 3 in Evang. in-
quit = Ad vos metipsos introrsus redite: si Deum verè amatis, ex-
quirite. Nec tamen sibi aliquis credat, quidquid sibi animus sine ope-
ris attestatione responderit. De dilectione conditoris lingua, mens,
et vita requiratur: = Angelicus autem Præceptor 2. 2. Q. 182. A. 2.
ad 1um inquit = Augmentum meriti respectu præmij essentialis con-
sistit principaliter in charitate, cujus quoddam signum est labor
exterior toleratus propter Xtum sed multò expressius signum est quod ali-
quis, prætermissis omnibus, quæ ad hanc vitam pertinent, soli divinæ
contemplationi vacare delectatur =. Ex scripturis, et Patribus, quibus
ad quæsitum responsum habes.

203. Quæres 7mò, an sit vera charitas in eo,
qui intuitu præmij æterni Deum propter se diligit, aut non diligeret
eum, ubi spes præmij abesset?

Respondeo, hoc in re illud apud omnes certum
esse, nefas scilicet esse, diligere Deum propter mercedem æter-
næ vitæ, tanquam finem principalem, et causam propriè fina-
lem nostræ dilectionis, fas autem esse, Deum diligere propter æter-
nam beatitudinem, tanquam finem minùs principalem, et causam
tantum impellentem. Hoc secundum patet ex dictis de Dño spei amo-
re, ubi illius honestatem, ac bonitatem ostendimus. Primum autem
suadetur ex eo, quod ità id, quod non est ultimus finis noster,
pro nostro fine ultimo constitueretur, et proinde ipse Deus bono
nostro postponeretur: quod est quid graviter inordinatum, et in
gravem Dei injuriam cedit. Atque hinc difficultas solum esse
potest pro eo casu, quo quis revera diligit Deum propter ejus

absolutam bonitatem; ita tamen ut reipsa eum non diligeret, nisi etiam adesset spes præmij tanquam motivum impellens ad amorem.

104. Cui R. Sanchez in Decalogum Lib. 2. Cap. 35. num. 3. absolute respondet, talem dilectionem fore pravam, et mercenariam; et propterea a Patribus reprehensam. Ast, ut arbitror, melius R. Lymann Lib. 2. Tract. 3. Cap. 1. num. 4. de Charitate distinguit inter casum, quo quis instar hominis mercenarij est ita actu animo comparatus, et dispositus, ut de facto nollet Deum diligere, ejusque servare mandata, nisi suæ dilectioni danda esset a Deo ætcrna merces; et inter casum, quo quis non est actu, sed tantum habitualiter ita affectus, et dispositus, quatenus nempe sibi conscius propriæ infirmitatis agnoscit, se Deo debet, se esse talis indolis et naturæ, ut Deum nequaquam diligeret, nec ejus præcepta servaret, nisi a spe præmij, vel a timore gehennæ incitaretur ad eum diligendum, ejusque præcepta servanda. In primo quidem casu adhærendum est sententiæ Sanchez, et reipsa talis dilectio prava est et absolute mercenaria, utpote cum in rei subjecta Deus principaliter diligeretur non propter suam bonitatem absolutam sed propter retributionem, et adeo merces induceret rationem finis ultimi. In 2.do vero casu admittenda non videtur Sanchez sententia, tum quia talis habitualis dispositio est mera naturæ affectus, cui voluntas resistit; tum quia solis habitibus nec meremur, nec demeremur.

105. Quæres ultimo, an contra præceptum dilectionis Dei peccat, qui diutius, aut perpetuo in hac vita manere, deliberate, et efficaciter desideraret?

Ad dubium hoc Lalemandus loco supracitato num. 6. respondet, contra dictum præceptum de diligendo Deum super omnia non peccaturum, qui vitam hanc corporalem, sive diuturnam sive perpetuam sibi desiderat, ubi id non faciat ex prælatione vitæ corporalis ipsi Deo, ejusque beatificæ visioni, ac bonis quæ Deus in æternum præparavit ijs, qui diligunt eum, sed ex alio fine, puta ex eo, quod desideret hac vita non privari, aut ex eo, ut longiori, aut perpetua vita fugiat periculum damnationis, quod sibi videt imminere. Ast Sanchez loco paulo ante citato cum Ledesma, et alijs pluribus id per se licitum concedit, ubi vita longa tantum desideratur; illicitum vero, ubi perpetua exoptatur. Atque sententia præferenda est, et quoad primam partem ostenditur vel ex eo, quod longa vita ab homine desiderari sit, quin in ea collocetur finis ultimus, æque bonis cælestibus præferatur: quod vel constat ex eo, quod a Deo nobis impositum est præceptum de hac vita conservanda mediis ordinarijs, ac nobis moraliter possibilibus: quinimo si tale desiderium concipiatur ex fine recto, puta ut diutius serviamus Deo, pro proximi salute laboremus &c, sanctum et meritorium est, ut patet ex illo B. Martini episcopi, qui morti jam proximus sic Deum deprecabatur: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua: quod exemplum certe nobis imitandum est, cum etiam vitam longam, multosque dies desiderantes, tantum abesse, ut peccatori simus; quod quinimo præmium multum nobis comparabimus.

106 Quoad alteram verò partem vŏo est, quia ũt et ex fide, et ab experientia ipsa scimus, vitam nostram non ēē perpetuã, sed caducam, certisque limitibus circumscriptã, non possumus deliberatè, et efficaciter in proxi desiderare vitam perpetuã, quin hanc vitã praeferamus divinae voluntati, ac Deo ultimo nostro fini, et malimus, perpetuò carere aeterna beatitudine, quã his terrenis bonis; quod esse non pt sine notabili perversione ordinis debiti, et sine notabili repugnantia fini charitatis; ergo &c. Hęc circa qualitatẽ actus charitatis: modò sit

§. 2 De tempore, quo urget Praeceptũ charitatis erga Deũ.

107 Quemadmodum caetera praecepta; ità et praeceptum diligendi Deũ super oĩa speciale pt, et prout est negatĩũ, et prout affirmativũ est. Ut negatĩũ est, obligat ad non ponendũ actionẽ, quę Deo displiceat, ejusque offensa sit, et praecipuè ad non ponendum actũ aversativũ, seu Odij in ipsum Deũ. Hocque praeceptum semper, et pro semper, seu pro quovis tempore, et momento obligare, certum est apud oẽs, et nos fusiùs infra ostendemus. Praeceptũ autẽ affirmativũ illud est, quod semper obligat, sed non pro semper, seu quovis tempore, et momento; sed solũ statis temporibus, et certis tantũ in circumstantijs concurrentibus. Atque de hoc praecepto hic tantũ agamus, atque contra nonnullos nimio rigori jam ab ecclesia damnato addictos pmò ostendemus, illud non esse tale, ut nos obliget ad referendas omnes, et singulas actiones nostras deliberatas in ipsũ Deũ ex charitatis motivo; 2dò cũ Doctoribus nec rigori, nec laxitati addictos curabimus statuere tempora, quibus talis praecepti obligatio urgeat. Sit itaque

Primę difficultatis Solutio.

108 Quęstio hęc, an charitatis praeceptũ nos obliget ad referendas oẽs actiones nostras in Deum, pmò hoc sensu institui pt, an hoõ quotiescumque deliberatè quidquã agit, teneatur virtuosè, seu ex alicujus virtutis motivo operari, ac sic actiones oẽs suas in Deum relatione virtutis ultimatè referre? Quã difficultatem jã solvimus in Tract. De Actibus Humanis Cap. 4. à num. 289, ubi cũ probabiliori nobis sententia propugnavimus, dari non posse, in ordine nãli, actus indifferentes in individuo. Secundò quęstio ità institui pt, an nempe vi praecepti charitatis teneamur, semper ex charitate operari? Hocque duplici in sensu: et pmò an teneamur, in charitate habituali oĩa nostra facere; adeò ut oĩa opera hominis non existentis in charitate, seu in gratiâ sint contra charitatis praeceptũ; et proinde oẽs actiones deliberatę hominis in statu peccati mortalis existentis sint verè peccata? et de hoc speciatim discussionẽ instituere non est necessariũ, utpote cũ sententia tale asserens praeceptũ pluries ab ecclesia fuerit damnata, et pmò quidem in Joanne Hus, inter cujus propões à Concilio Constantiensi sess. 15. damnata est

hæc. doctrina 10 = Si homo est vitiosus, et agat quidquam, tunc agit vitiose: et si est virtuosus, et agat quidquam, tunc agit virtuose. quia sicut vitium, quod crimen dicitur, seu peccatum mortale, inficit universaliter actus hominis vitiosi, sic virtus, seu charitas vivificat omnes actus hominis virtuosi = 2do in Bajo Gregorio XIII die primo Octobris 1567. inter ceteros damnante hanc propositionem 35. quod agit peccator, vel servus peccati, peccatum est. Itaque confer ceteros damnatos propositiones à summis Pontificibus quos de Divina Spe sub num. 37 afferebam; utpote ad rem hanc multum facientes. Secundo quæstio instituitur an hoc semper

109. omnis actio nostra attento divinæ charitatis præcepto referri debeat in Deum, si non formaliter, saltem virtualiter ex divinæ charitatis motivo, quod est divina bonitas absoluta; et adeo ex charitate actuali, ut proinde mala sit omnis actio nostra, quæ ex charitatis motivo formali, saltem virtualiter non procedit. Affirmavit Jansenius Lib. 3. De statu naturæ lapsæ, Cap. 17. inquiens: Nullo omnino fieri fit opus bonum, hoc est sine peccato, nisi ..... in Deum propter se dilectum refertur: et Cap. 19 rationem reddens inquit =: Omnis affectus animi in aliquam rem versatur, qui cum non possit esse alius, nisi vel creatoris, vel creaturæ, et ille bonus, hic culpabilis sit, utpote amor mundi ab Apostolo vetitus, profecto liquet, omnem amorem præter istam charitatem, esse illam culpabilem cupiditatem = Hanc doctrinam secuti sunt Quesnelius, Sinnichius, Havermans, aliique Lovanienses. Negativam vero partem communissime sustinent Scholastici Theologi Ducibus clarissimis scholæ Magistris, ac ecclesiæ Doctoribus D. Thoma, et Bonaventura, docentes, satis relatione actuali, aut virtuali charitatis theologicæ suo tempore habenda, quando videlicet charitatis præceptum urgeat, hominem non teneri, semper agere ex charitatis motivo, et per consequens non teneri omnia sua in Deum propter se dilectum referre. Et cum his sic

110. Propositio. Præceptum charitatis erga Deum, quamvis suo tempore, ac statis diebus obligat adultos ad referendos in Deum propter se dilectum omnes actiones nostras referibiles, non obligat tamen semper, et pro semper, quasi nulla unquam foret actio honesta et laudabilis absque relatione charitatis actualis, aut virtualis in Deum, et proinde ad satisfaciendum præcepto divinæ charitatis necesse non est, omnia nostra facere ex motivo divinæ charitatis, seu propter Deum propter se dilectum. est communissima, et certo saltem, imo, teste Gonet Tom. 4 Disp. 1. De necessitate gratiæ A. 3., opposita sententia falsa est, et erronea. Constat autem in primis ex tot damnatis ... Jansenium, tum Petrum, nec non hac ecclesia doctorum ac Romanorum Pontificum decretis, atque etiam ex ratione theologica, quibus De Divina Spe Cap. 2. à num. 34, et pluribus sequentibus ostensum est, amorem, et timorem spei theologicæ esse actus bonos, honestos, ac laudabiles, cum etiam concipiuntur ob unicum spei motivum, et nec charitate actuali, nec virtuali in Deum propter se dilectum referuntur. Qui certe tales esse nullo modo possent, si præceptum divinæ charitatis urgeret ad referendas omnes actiones nostras in Deum propter se dilectum, ut per se manifestum

Deinde certū est, infideles non peccare in ōi-
bus operi, ut constat ex propōe ordine 8 ab Alexandro VIII dam-
nata, nempe hac: Necesse ēst, infidelem in ōi opere peccare. qui-
nimò ipsi infideles elicere possunt aliquos actus moraliter bonos,
et honestos, scilicet in ordine naāli, ut constat ex facto Obste-
tricū Ægyptiarum, jā infidelium, de quibus exod. i. legitur: Benè
ergo fecit Deus Obstetricibus, et quia timuerunt Obstetrices Deum, ǽ-
dificavit eis domos: et ex illo Dan. 4, ubi Sanctus vir Dei Regi Na-
buchodonosor jā infideli dixit. Peccata tua eleemosijnis redime,
et iniquitates tuas misericordijs pauperum: Forsitan ignoscet
Deus delictis tuis. Quę jam minus rectè dicta fuissent, nisi in-
fideles aliqua honesta, et laudabilia opera instituerent; ergo
&c. Unde S Augūs Lib. de spirit. et litter. inquit: Impiorum de-
um verum neque veraciter, neque justè colentium quędā facta
legimus, vel novimus, vel audivimus, quę secundū justitię re-
gulas non solū vituperare non possumus; verùm etiam me-
ritò, rectèque laudamus.

212 Sondem, ut alia mittam, omnino imper-
ceptibile est, quomodo præceptū tanti momenti, tàm univer-
sale, quale est illud referendi omnes, et singulas actiones no-
stras deliberatas in Deum propter se dilectum, divina provi-
dentia jam ōia fortiter, et suaviter disponente in fines suos,
tamdiu, et tot sæculorum cursu latuerit, et adhuc lateat ōes
ferme theologos catholicos, quinimò et ipsam ecclesiam; et tā
quidem ut illa, et ipsa oppositum tenuerint, et adhuc teneant,
et doceant; atque solùm innotuerit doctorijs sæculi 16, sive
paucis novis dogmatistis jā ab ecclesia, quę est columna, et
firmamentū veritatis, damnatis, atque proscriptis: Hoc sanè
imperceptibile est, ut pote cū ad sapientiam Dei providentiā
spectet ecclesiā suā illuminare in rebus magni momen-
ti, quale ēet assertū præceptū de referendis ōibus nostris
actionib. in Deum propter se dilectū; ergo &c.
213 Atque hinc insistendo doctrinæ eccle-
sia, et Patrum dicendū est, adesse quidē præceptum referendi
certis statis, seu determinatis temporibus ōes actiones no-
stras in Deum propter se dilectum, seu ex ipsius charitatis
motivo: quinimò forte nos quovis tempore referendi in Deū
ex alicujus virtutis motivo, quatenus semper ex aliquo ho-
nesto fine operari debeamus, ut supra innuimus; hocque in
sensu exponenda sunt tū scripturæ, tū Patrum testimo-
nia, quibus innuitur necessitas nostra in Deum refe-
rendi: nequaquā tū asseri fit, et debet, semper, et quovis tem-
pore, cū deliberatè agimus, nos teneri operari ex charitatis
motivo, seu propter Deū propter se dilectū. Quę acceptare
debeo Angelico Præceptori, qui i. 2. Q. 100 A. 10. ex professo pe-
nitus tractans difficultatem, postquā in c dixisset, quod
modus charitatis non cadat sub præceptū, nisi quando actus
dilectionis Dei exerceri debet, ad 2dū deductū ex illo Apost.
i. Corin. 10: Oia in gloriā Dei facite sic respondet = Dicendū

quod sub præcepto charitatis continetur, ut diligatur Deus ex toto corde, ad quod pertinet, ut omnia referantur in Deum: et ideo præceptum charitatis impleri totò non fit, nisi etiam omnia referantur in Deum. Sic ergo, qui honorat parentes, tenetur ex charitate honorare, non ex vi præcepti quo est: Honora Parentes, sed ex vi hujus præcepti: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. et cum ista sint duo præcepta affirmativa non obligantia ad semper, possunt pro diversis temporibus obligare: et ita fit contingere, quod aliquis implens præceptum de honoratione Parentum, non tunc transgrediatur præceptum de omissione modi charitatis = ex D. Doctore. ergo fit dari vitiis, quod impleatur præceptum de honorandis Parentibus, quin tunc id à Filio præstetur ex motivo charitatis, sed tantum ex solo pietatis motivo. Quod dici non posset, si omnia referenda essent in Deum propter se dilectum; ergo &c. Itaque etiam corruit ea, quæ de actibus Virtutis spei diximus, et sic soluta habetis etiam præcipua argumenta, quæ contra nostram propositionem opponi possunt, quibus hæc addes.

114. Deus itaque primò Creatura rationalis, qualis est homo, tenetur Deum diligere, quantum fit, secundum mensuram gratiæ, quam Deus illi elargitur, aut elargiturus esset, nisi obicem poneret; atqui Deus homini præsertim justo semper, ac omni tempore elargitur gratiam saltem sufficientem ad eum diligendum propter se, et super omnia; sicuti et peccatori donat gratiam conversionis; ergo &c..... 2do Peccator quovis tempore ad Deum converti tenetur; ergo et justus quovis tempore deliberatè agens tenetur ex charitatis motivo agere, ergo &c..... 3tio charitatis præcepto tenemur omnia nostra semper referre in Deum atqui id, ad quod vi præcepti charitatis tenemur, debemus agere ex charitatis motivo; sicut cum ex virtute Pietatis tenemur impendere honorem Parentibus, id tenemur ex ejusdem Pietatis motivo, ergo &c..... 4to Homo à Deo ut suo primo principio procedit tanquam ipsius imago per suos intellectum, et voluntatem, ergo non solum seipsum, sed etiam omnes suas cogitationes, et volitiones debet subdere Deo tanquam suo Creatori, et Domino, atque in eum tanquam finem ultimum referre, cum de ratione imaginis sit suum exemplar assiduè repræsentare; ergo &c..... Tandem. Homo justus in cunctis operibus virtuosis de condigno Regnum cæleste meretur, et ut supradictum est, ad meritum de condigno requiritur, ut ex charitatis motivo in Deum referatur, ergo &c.

115. Respondeo, omissa majori de gratia ordinaria, negando minorem præsertim quoad primum partem. Deus enim, ut docet D. Aug. Epist. de natura, et gratia Cap. 67., miris, et multis modis movet voluntates hominum ad bonum faciendum, aliquando ad fidem, aliquando ad timorem, aliquando ad timorem, aliquando ad Orationem, aliquando ad amorem, et desiderium possessionis, et aliquando ad sui amorem propter se. Quinimò et loquendo de gratia conversionis peccatoris, ea semper non est ad contritionem perfectam, sed aliquando ad imperfectam, ut notat legens Trid. Sess. 6. Cap. 6. modum justificationis describens.

116. Secundum involvit difficultatem maximam in Tract. de Pœnitentia discutiendam: an videlicet

peccator statim à commisso peccato teneatur de eodem agere poenitentiam, et conterri; Lutherum, Novatores, uno verbo, tenet. Sicut enim peccator satisfaceret praecepto poenitentiae agendae statim à commisso crimine, ubi ad sacramentum poenitentiae, vel sola attritione se disponeret; ita et hominem justo semper necessarium non est operari ex charitatis motivo, ut praecepto de referendis suis actionibus in Deum satisfaciat. Denique paritas non currit inter inimicum Dei, qui est peccator, et inter ipsius Dei amicum, qualis est justus, et inter ea, quae utrique praestare debent.

17. Ad 3tium nego esse propositionem minor. Etenim sicuti licet ex praecepto charitatis erga Deum teneamur suo tempore credere, et sperare, aliasque dispositiones ad charitatem habendam, et conservandam habere, et tamen non tenemur hos actus ex charitatis motivo elicere; itemque sicuti obligatus die festo ex Religionis praecepto audire sacrum, eodem praecepto tenetur à lecto surgere, non tamen à lecto surgere tenetur ex Religionis motivo; ita licet teneamur ex charitatis praecepto omnia nostra opera referre in Deum, non proinde sequitur, nos teneri ea referre ex charitatis motivo.

18. Ad 4tum concesso antecedenti nego consequentiam. Ex illo enim antecedenti solum colligitur, esse obligationem certis statis diebus, seu temporibus omnes nostras actiones referendi in Deum propter se dilectum, vel etiam omnia nostra opera faciendi ex alicujus virtutis motivo. Quod videtur sufficere, ut nedum secundum intellectum, et voluntatem; verum etiam secundum illarum potentiarum actus simus vera ipsius Dei imago, cum quilibet virtutis actus sit quaedam participatio divinae perfectionis universalis, at omnimoda obligatio omnia nostra referendi in Deum charitate actuali aut virtuali in praesenti providentia moraliter impossibilis videtur; et proinde nullo modo admittenda.

19. Ad ultimum, supposita veritate minoris, de qua supra dictum est, distinguenda est major et concedenda quoad praemium accidentale; neganda autem est quoad praemium essentiale: de quo vide supra dicta Cap. 3. A. 2. ex quibus sic

Secundae Difficultatis Solutio.

20. Quamvis, ut usque modo expositum est, praeceptum affirmativum divinae, et supernaturalis charitatis semper, et pro semper, seu pro quovis tempore, quo deliberatè agimus, non habeat obligare adultum rationis compotem; tempore certo tamen tenentur. Ut est post Decretum Innocentii XI die 2. Martii 1679. proscribentis sexagintaquinque propositiones, praeceptum praefatum pluries in vita, et quidem per se obligare, ut constat ex sequentibus ex eodem Pontifice damnatis propositionibus, quarum prima ordine 5. est sequens: An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret, condemnare non audemus. altera ordine 6. est haec: Probabile est, ne singulis quidem rigorose quinquenniis per se obligare praeceptum charitatis erga Deum: Tertia ordine 7. sic sonat: Tunc solum obligat, quando tenemur justificari, et non habemus aliam viam, qua

justificari possimus. Quinimo est communissima, et mihi certo sententia dicendum est, plures, quam singulis quinquennis vi praecepti ipsius divinae charitatis nos teneri ad quosdam actus eliciendos, hos inter haec tempora. Primo tenendum est, adesse obligationem divinae

121. charitatis eliciendi primo morali instanti usus rationis, quo videlicet homo valet discernere inter bonum, et malum, atque vel per semetipsum, vel alio proponente cognoscit, Deum esse primum principium, ac ultimum finem rerum omnium, omni nostro amore dignum, simulque advertit ad obligationem illum super omnia diligendi; aut saltem obscurando lumini tum supernaturali, tum naturali, quod ei a Deo donatur, posset advertere, et de facto adverteret. Atque hujus obligationis non levo fundamento eruitur ex propositione prima inter damnatas ab Alexandro VIII. die 24. Augusti 1690. quae est hujus tenoris =: Bonitas objectiva consistit in convenientia objecti cum natura rationali; formalis vero in conformitate cum regula morum. Ad hoc sufficit, ut actus moralis tendat in ultimum finem interpretative. Hunc homo non tenetur amare neque in principio, neque in decursu vitae suae moralis =: Hanc propositionem, licet, testibus eruditis ... , Lacroix, Concina, aliisque pluribus, quoad primam, et secundam partem a damnatione fuisse immunis; quoad tertiam tamen, et praesertim quoad quartam damnata est, et quoad quartam quidem ita, ut ejus contradictoria vera sit nedum in sensu disjunctivo, nimirum hoc: Hunc homo tenetur amare, vel in principio, vel in decursu vitae suae moralis: in quo catholici omnes conveniunt: verum etiam in sensu distributivo, seu copulativo nempe hoc: Hunc homo tenetur amare et in principio, et in decursu vitae suae moralis. Nam ante id temporis a summo Pontifice Alexandro VII. die 7. 7bris 1665. proscripta fuit haec propositio: Homo nullo unquam vitae suae tempore tenetur elicere actum Fidei, Spei, et Charitatis ex vi praeceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium. ... proinde tempore Alexandri VIII. certum erat, hominem ... decursu vitae suae teneri ad praedictos actus eliciendos, et ... sicut autor praedictae propositionis quidquam eo tempore non ... damnatum asserere volebat, ita summus Pontifex dictam propositionem proscribendo eam damnavit, prout ... negabat obligationem eliciendi actum charitatis in principio vitae nostrae moralis, quod est primum morale instans usus rationis. Praeterea accedit, quod ipsa recta ratio

122. dictat, quod creatura rationalis primo morali tempore, quo Deum agnoscit tamquam ut suum primum principium, et ultimum finem, propter quem condita est; eundem etiam ut omni nostro amore dignum, in eum ... viribus aspirare, et tendere debet, ut ibi se conjungat, et ... et eo meliori modo, quo fit; quae conjunctio cum melius fieri non possit, quam per benevolentiae amorem, jam necessario consequitur ad hunc primo morali instanti usu rationis, et cognitis ipsius suaeque obligationis creaturam rationalem teneri. Quod etiam ... citur ex eo, quod praeceptum diligendi Deum super omnia propter se et est primum, et maximum omnium mandatorum, et per consequens

operis omnibus obligans, et insuper est praeceptum secundo modo, quo latum est, non determinans tempus, quo urget: Atqui in primo morali instanti usus rationis, et cognitionis ipsius Dei per aliquem actum creaturae rationalis ad Deum converti debet; et praeterea praeceptum tempus non determinans pro praesenti obligare censetur, seu primo morali tempore, quo commode fit, impleri debet, ut dictum est in Tract. De Legibus cap. 6. §. 6. num. 423; ergo &c. Attamen haec sententia, quae est Thomistarum cum suo Magistro D. Thom. 1. 2. Q. 89. A. 6., quam passim alij sequuntur Theologi, praeferenda est sententiae talem neganti obligationem, et proinde Parentes et Parochi diligenter curare debent, ut et hanc obligationem et modum eliciendi actum charitatis pueros suae curae demandatos edoceant, et sic suae possint satisfacere obligationi.

23 Ubi duo pro praxi notanda sunt. Primum est, certam aetatem statui non posse respectu puerorum omnium, nemine prorsus excepto, quamvis regulariter in ipsis circa septennium usus rationis soleat advenire. Nonnulli enim vivaci phantasia, et perspicuo ingenio pollent; alij vero tardo, et alij mediocri valent mentis acumine; sicuti et alij majoribus, et alij minoribus impedimentis rationem obnubilantibus impediuntur; et proinde omnes ad Dei cognitionem, suaeque obligationis notitiam eodem aetatis tempore non perveniunt; et per consequens non eadem aetate omnes astringuntur praecepto de diligendo Deo.

24 Alterum est, quod cum obligatio Deum diligendi sit moralis, responsio data non procedit, ut meditanti patet, de primo instanti physico, et eo minus metaphysico, quo usus rationis acquiritur a pueris, sed de instanti primo morali. Quod vel etiam suaderi fit ex eo, quod privignarum per actum dilectionis in Deum tendamus, in ipsum mens cadere, et pensare debemus, et quidem ita, ut haec obligatio nobis debeat innotescere. Ex quo jam plures pueri ad aliquod tempus post rationis usum exercitium actuum virtutum theologicarum differentes a culpa praesertim gravi excusari posse videntur.

25 Secundo adulti rationis compotes per actum dilectionis super omnia talis in Deum tendere debent in mortis articulo, quando scilicet versantur in probabili, seu rationabili mortis periculo; et hoc etiamsi sacramenta receperint. Nam si in principio vitae nostrae moralis sub gravi tenemur, ut dictum est, nos ad Deum convertere non solum ut nostrum summum bonum per amorem spei theologicae, verum etiam ut rerum omnium finem ultimum per charitatis amorem, a fortiori ad idem tenemur instante termino hujus nostrae vitae mortalis: Quod jam nobis insinuare voluit Apostolus Rom. 14 inquiens: Sive enim vivimus, Domino vivimus; sive morimur, Domino morimur: ne videlicet advenienti sponso lampades nostrae charitatis extinctae inveniantur, et sic cum fatuis Virginibus repudiemur. Quare animarum Curatores inter caetera moribundis, quos invisunt, firmam fidei, vivam fiduciam, et ardentem charitatem in Deum sedulo commendent.

126 Tertio cum communi, et mihi certa sententia post supra laudatum Innocentium XI. Decretum tenendum est, quemlibet adultum rationis usum habentem vi præcepti ipsius divini charitatis obligari saltem semel in anno ad eliciendum actum amoris benevolentiæ erga ipsum Deum. Ratio est, quia dici nullo modo potest minus urgere præceptum divinæ charitatis, quam urgeat præceptum divinæ Fidei, Spei, Pœnitentiæ, et Eucharistiæ; hæc autem præcepta per se obligant saltem semel in anno; ergo et præceptum charitatis erga Deum. Quod etiam suaderi potest ex eo, quod perfecta charitas est vera hominis cum Deo amicitia, quæ certe non ratio ut talis, et integer annus elabatur, quin actus amoris toties eliciatur erga personam amatam; ergo &c.

127 Quarto ut probabiliorem existimo sententiam asserentem præceptum divinæ charitatis per se pluries intra annum obligare ad se exercendum in actibus amoris erga Deum propter se dilectum. Quod non obscure colligitur ex verbis quæ Deuter. 6. Deus ipse talem legem ferens, seu præceptum de diligendo Deo ex toto corde, et tota anima, et ex tota fortitudine subiicit in hunc modum = Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: et narrabis ea filiis tuis, et meditaberis in eis, sedens in domo tua, et ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens. et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque, et movebuntur ante oculos tuos, scribesque ea in limine, et Ostiis domus tuæ =: Porro tam seria, tam assidua meditatio divini præcepti diligendi Deum ab ipso Deo nobis præscripta dici non potest eo tantum fine, ut a divina offensa declinemus; sed etiam, et sæpe sæpius ejus amore flagremus, cum finis præcepti sit charitas, ut ait Apostolus 1. Timoth. ergo &c. Quod etiam suaderi potest ex illo Joan. 15. Manete in dilectione mea: Qui autem solum semel in anno actum amoris benevolentiæ erga Deum eliceret, dici non potest manere in dilectione, ut patet, et constat vel ex eo, quod qui tam raro Deum diligeret, facillimum est, quod ob multas, et varias tentationes, carnis illecebras, et mundi blandimenta divina mandata transgrederetur juxta illud Xti Joan. 14: Qui non diligit me sermones meos non servat. Unde sicuti nullus ex hominibus habens jus ab alio amorem erga se exigendi, rationabiliter præsumi non potest, quod sit contentus, quod semel in anno tantum ab illo ametur, ita a fortiori non potest supponi, quod Deus, qui per essentiam suam charitas est, sit contentus solum semel in anno a nobis amari; ergo &c.

128 Quoties vero intra annum hoc divinæ charitatis præceptum per se obliget, non facile conveniunt inter Doctores, ut in simili dictum est de Præcepto divinæ Fidei, num. 8. num. 317 Scotus quidem, Fabiano (?), Angelus, Gabriel, Almain et alii existimant, præceptum divinæ charitatis per se obligare omnes adultos rationis compotes singulis diebus Dominicis et festis de præcepto ad actum divinæ charitatis eliciendum. Quam sententiam non contemnendam dicit Sardonas (?) in 2. Cont. disp. 6. num. 9, ea potissimum ratione, quia, ut supra dictum est, præceptum divinæ charitatis obligat per se ad frequentem exercitium charitatis, ita ut temporis determinatio juxta communem Doctorum sententiam remittenda sit prudenti judicio

pudens autem videtur designatio temporis ad diem festivum, et praesertim ad diem Dominicum, qui totus Deo cultui dicatus est; et proinde cum optimus cultus sit ipse amor benevolentiae erga Deum, hinc recte dicetur cadere sub charitatis praeceptum singulis diebus festis, et praesertim Dominicis, cum ita etiam charitas ipsa in nobis manere recte dicatur; non autem, si ad longius tempus obligatio protrahetur. Quare laudatus Cardenas non dubitat, condemnare tanquam reum peccati gravis, qui intra mensem actum dilectionis Dei non eliciat. Quae sententia cum aliis rigida videatur, praesertim ubi intra eamdem hebdomadam plura festa de praecepto celebrantur, contenti sunt, ut tantum Dominicis diebus, vel uno ex illis festis actus charitatis eliciatur; alii vero limitant praedictam obligationem ad festa principaliora, in quibus nimirum praecipua Religionis nostrae mysteria ab Ecclesia celebrantur. Verum quidquid sit de hoc, pro praxi salutari vide fragmentum Constitut. Etsi minime Benedicti XIV., quod loco supra citato de Divina Fide afferebam.

129 His nonnulli addunt, praeceptum divinae charitatis per se obligare, quando quis gravi urgetur tentatione ad odium Dei, vel ad aliquam aliam Dei offensam gravem quam praevidet, se non superaturum, aut saltem sibi grande periculum succumbendi imminere, nisi contra actum amoris Dei propter se dilecti se muniat. Verum alii volunt, talem obligationem esse tantum per accidens. Sed sive talis obligatio sit per se, sive per accidens tantum, parum pro praxi interest, cum omnes conveniant, tunc tentatum teneri, se actu charitatis armare. Et ratio est manifesta. Nam praeceptum obligans ad aliquid faciendum, aut omittendum, obligat etiam ad ponenda omnia media necessaria ad praecepti executionem: in casu autem nostro supponitur, exercitium actus charitatis esse tale medium ad executionem praecepti, ad cujus violationem tentatio impellit; ergo. Quae tamen diligenter sunt notanda, quia si aliunde suppetat medium ad tentationem superandam, tunc praeceptum charitatis urgere, dici non potest, ut per se patet. Atque haec circa obligationem per se talem praecepti charitatis.

130. Loquendo autem de obligatione per accidens tali in terminis quamplures Doctores cum S. Bonaventura, S. Antonino, et Cajetano defendunt, qui in peccatum mortale incidit, si non velit, aut non possit Poenitentiae Sacramentum suscipere, teneri statim, seu quamprimum a commisso peccato ad Deum se convertere per actum perfectae charitatis; hocque, si non ex poenitentiae aut justitiae, aut charitatis lege, saltem ex Christi praecepto pluries in evangelio nobis intimato, quo jubemur stare parati ad mortem, et vigilare, utpote qui nescimus vel diem, vel horam exitus nostri ab hac mortali vita. Haec vero sententia quamplurimis non arridet, et ideo opponentem ferentur, dicentes laudatum Christi praeceptum tantum urgere, ubi adest pudens mortis periculum; secus vero, ubi solum adest periculum remotum, quale

regulariter tenendum est in homine sano, qui se non committit alicui imminenti vitae discrimini, quale est bellum, navigatio in mari ad longum tempus etc. Verum circa hoc mentem nostram aperiemus de Paenitentiae sacramento tractantes.

131. Secundo Scotus, Valentia, et alii volunt adultum baptizandum, cum baptizari vult, ad actum charitatis perfectae eliciendum teneri, eo praesertim quia baptismum suscipiens debet se servum Christi profiteri, atque in ejus obsequio toto suae vitae tempore se permansurum spondere: Quod propositum non satis efficax videtur, nisi amore benevolentiae erga ipsum Deum muniatur. Verum opinio haec, testibus Salmanticensibus hic Tract. 21. Cap. 6. Pun. 1. num. 19, communiter rejicitur a Doctoribus, tum quia ad baptismum et valide, et licite suscipiendum sufficit attritio supernaturalis, sicuti et in paenitentia; tum quia propositum efficax serviendi Deo, et in ejus obsequio manendi usque ad mortem est satis firmum, ubi etiam ex honesto metu concipiatur, sicuti de facto est satis efficax propositum non peccandi de cetero a paenitente conceptum ex gehennae metu, et Paradisi petitione.

132. Tertio Scotus, Valentia, et Navarrus docent charitatis praeceptum per accidens obligare, ubi quis audit blasphemiis, aut aliis gravibus injuriis Deum dehonorari, ut sic injuria Deo illata, quantum in nobis est, reparetur. Sed et hoc communiter rejicitur a Theologis. Nam licet quis, ubi possit, teneatur impedire, ne Deus ullo modo a creaturis dehonoretur, posito tamen, quod impedire non possit, injuria tunc illata Deo non est reparanda ab alio, sed ab eo, qui ipsum Deum blasphemavit, et dehonoravit.

133. Quarto Scotus, Valentia, Toletus, et alii censent, ad actum dilectionis Dei teneri, qui a Deo beneficium aliquod, praesertim speciale accepit, quia nimirum redamare convenientissimum est, sed etiam divino expedit redamare, qui ipsum prius tam liberaliter amavit. Sed neque hoc communiter admittitur, cum ut tunc satisfiat debito, honestati sufficiat gratias agere benefactori.

134. Quinto pariter Scotus, et Valentia, quem nonnulli alii sequuntur, contendunt praeceptum divinae charitatis per accidens urgere, cum martyrium, aut aliud aliquid, et valde arduum opus est aggrediendum, cum tunc admodum difficile sit fortem stare, nisi animus amore necessario Dei ardeat. Verum neque hoc admittitur a Salmanticensibus, Concina, et aliis quamplurimis, quia nimirum asserunt, Oratione, aliisque virtutum actibus sufficere etiam in casu martyrii se munire; quamvis interim ratione instantis periculi mortis, ut constat ex supradictis, tunc charitatis actui debeat.

135. Sexto non desunt Doctores, qui tenentur esse, actum charitatis saltem inchoatae, seu imperfectae elicere, quoties urget obligatio exercendi aliquem virtutis actum, puta cum quis se accingit ad horas canonicas recitandas, vel ad sacrum praeceptum audiendum, vel Eucharistiam sumendam etc.; quinimo de eucharistia loquentes actum charitatis perfectae exigunt. Ratio autem haec afferunt, quia actus virtutum, et praesertim Religionis sunt quaedam cultus species; cultus autem sine

non est, nisi ex charitate, saltem inchoata in Deum procedat juxta illud Augi lib. 12 de Trinit. Cap. 14: Quis cultus ejus, nisi amor ejus: et Epist. 140, aliàs 120 ad Honoratum Cap. 18. Pietas cultus Dei est, nec colitur ille nisi amando. Contrarium tñ tenet satis recepta sentẽ unde sufficit actus virtutis etiam præceptos exercere ex amore honestatis, quæ in ipsis relucet; qui amor cum quodammodo in ipsũ Deum referatur, in aliquo vero sensu dici fit amor Dei, atq. sic explicari S. Augi doctrina. Ceterùm de Eucharistia loquendo, ut constat ex doctrina Apostoli 1. ad Corint. 11. juncto Trid.o, sufficit ea probatio, qua hõo sibi conscius peccati mortalis media sacramentali confessione purgat, et mundat conscientiã suã: quod fieri fit absque contritione perfecta, sed cũ sola attritione cũ actuali sacramenti pœnitentiæ susceptione; et proinde sufficit status gratiæ quin opus sit charitate perfecta.

36. Quidquid tñ sit de casibus usque modo relatis de obligatione per accidens actũ charitatis eliciendi; illud tñ tanquam certum tenendũ est, per accidens, ex virtute scilicet Religionis ad actũ charitatis teneri, cũ quis facturus est aliquod opus, ad quod licitè peragendũ status gratiæ requiritur, v.g. cum sacerdos necessitate compulsus est suscepturus, aut administraturus aliquod sacramentũ, nec via alia suppetit, qua justificari possit. Tunc enim tenetur se disponere per actum perfectæ contritionis, quæ actũ charitatis perfectæ necessariò includit, ut supra dictum est. Atque hæc circa præceptũ charitatis erga Deum.

37. Pro cujus complemento in finis adnotare est discrimen, quod est inter obligationem per se talem et inter obligationem per accidens talem præcepti dñæ charitatis, quod nempe ubi præceptũ dñæ charitatis per se obligat ad exercitium actus amoris erga Deum super õia propter se diligendi, tunc ejusdem transgressio est speciale peccatum, specialiter in sacramentali confessione manifestandum; contra verò ubi præceptũ illud solũ per accidens obligat, tunc illud transgredi non est speciale peccatũ distinctũ à peccato, quod comittitur contra virtutem, contra quã peccatur ratione omissionis actus charitatis: v.g. quis toto, et integro anno actum charitatis non elicit, hic juxta dicta speciale peccatũ contra charitatem committit, hocque debet in sacramentali confessione specialiter manifestare; contra verò quis necessitate compulsus non habens copiã confessarij accedit ad sacramentũ vel conficiendũ vel administrandũ, quin actũ perfectæ contritionis, seu charitatis eliciat, sufficit, quod in sacramentali confessione dicat, se indigne ministrasse, aut suscepisse sacramentum.

38. Secundò, quod pro praxi ad scrupulos tollendos multũ inserviat, adnotandũ est, non solum satisfacere præcepto dñæ charitatis etiã per se obliganti, qui elicit actum dilectionis Dei super õia in ordine ad implenda alia præcepta, aut ad aliam virtutem exercendam, ut si illũ eliciat, cũ vult peccata sua confiteri, aut ut tentationẽ urgentẽ superet, verũ etiã paucos esse inter fideles, qui non satisfaciunt proprio præcepto de diligendo Deo super õia, tum quia quilibet fidelis, nisi sit rarissimus,

non raro se excitat ad dolorem suorum peccatorum, quia per illa Deo displicuit, eumque offendit; tum quia saepissime accidit, ut fideles scientes observantiam mandatorum, auditionem sacri, orationem, jejunium, eleemosynam, peccatorum fugam et alia opera Deo grata, atque summe placere, ideo ea instituunt, ut Deo placeant, ejusque beneplacitum, et voluntatem exequantur, atque sic practice eliciunt actum efficientem charitatis; tum denique quia qui attente, serio, et devote orat dicens: Pater noster, qui es in caelis: sanctificetur nomen tuum....... Fiat voluntas tua sicut in caelo, et in terra: utique ex motivo divinae bonitatis facit, duos charitatis actus elicit in praxi. Quibus diligenter notatis sit

Articulus secundus.

De Praecepto charitatis erga Proximum.

139 Praeceptum diligendi proximum, omnem scilicet vitalem creaturam in praesenti providentia aeternae beatitudinis capacem, pluries in Scripturis sanctis nobis manifestatum, et inculcatum est, et praesertim Matth 22, ubi cum Christus ipse exposuisset mandatum maximum de ipso Deo super omnia diligendo, continuo subjunxit: secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum: et Joan. 15: Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos: et omissis aliis 1. Joan. 4 legitur: Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum. Quod et ratio manifesta comprobat. Dilectio enim erga Deum hoc secum necessario fert, ut nedum ipsum Deum diligamus, sed etiam, ut propter ipsum diligamus, quidquid ad eum pertinet, vel ut amicus ejus, vel ut ejus amicitiae capax. Quilibet autem proximus noster talis est; ergo etc. Unde ad rem praesentem facit illud 1. Joan. 3. Qui non diligit (proximum suum) manet in morte: item et illud cap. 4. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, et charitas ejus in nobis perfecta est. Quapropter solum hic difficultas restat circa qualitatem amoris nobis praecepti erga proximum, de tempore quo tale urget praeceptum, de ordine in ipsa charitate erga proximum servando, et tandem an et quatenus praeceptum ad inimicorum dilectionem extendatur? Quare sit

§. 1. De qualitate amoris proximis praestandi.

140. Quaeres ergo primo, an noster amor erga proximum debeat esse nedum internus, seu affectivus, verum etiam externus, seu effectivus?

Respondeo affirmative quoad utramque partem, et primam praeterquamquod jam constat ex scripturae testimoniis paulo ante allatis, cum juxta illa praeceptum dilectionis proximi sit simile praecepto diligendi Deum, et isto praecipiatur actus internus amoris benevolentiae erga Deum, atque etiam teneamur diligere proximum sicut nos metipsos, et sicut Christus dilexit nos, amor, quo nosmetipsos diligimus, et Christus dilexit nos, procul dubio sit nedum internus, verum etiam externus, et effectivus, praeterquamquod, inquam, constet ex laudatis scripturae testimoniis, ac primam partem patet tum ex eo, quod juxta dicta num.

una, et eadem est charitas, qua Deum, proximumque diligimus; atque charitas, qua Deum diligimus, certò præcipit actum internum amoris erga Deum; tum etiam ex eo, quod amor internus et affectivus est necessarius, ut efficiamur parati ad externos beneficentiæ actus ex præcepto proximis præstandos, atque ad actus odij in proximum è corde nostro eliminandos; et deinde eo præcepto, quo proximo benefacere jubemur, et amore interno eum prosequi nobis mandatur. Unde Innocentius XI. merito proscripsit duas propositiones quas num. 78. afferebam; et propterea licèt olim dubium aliquod fuerit circa hoc nunc Dei certa est nostra resolutio.

141 Quoad alteram verò partem insuper manifesta est ex 1.ma Joan. 3, ubi hæc leguntur =: In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, et veritate =. Atque ratio est, quia præcepto charitatis erga proximum ea dilectio nobis præcipitur, quæ in ejus bonum, et utilitatem cadit: qualis certè non est, ubi in externos beneficentiæ actus non erumpat.

142 Neque his obstant scripturæ, in quibus ad implendum charitatis præceptum erga proximum soli actus externi præscriberentur, ut fit in loco Epist. 1. S. Joan. cap. 3. modò relato, et Math. 7, ubi Xtus explicans, quonam pacto proximus sit diligendus, solos actus externos præscribit inquiens. Omnia ergo quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis: hæc est enim lex, et Prophetæ: sicuti neque obstat, quod ex una parte ea tantum dilectio nobis præcepta sit, quæ in bonum, et utilitatem proximi cadit; et ex alia proximus, utpote qui non intueatur cor, non attendat ad actus internos, sed hos parvipendat, dummodo externa beneficia accipiat.

143 Respondeo, ex objectis, aut ejs similibus scripturarum testimonijs potius nostram evinci sententiam. Nam in primis S. Joannes ibidem docet, non sufficere diligere proximum verbis et lingua, sed requiri, ut verè, et reipsa diligamus. Unde ad verum amorem beneficentiæ requiritur, ut in occurrentibus necessitatibus proximo indigenti opitulemur, et in occasionibus ei ex corde parcamus; hocque sine interno benevolentiæ affectu vix non præstatur, hinc ubi præcipiuntur opera dilectionis, et præcipitur internus amor ergà proximum. Deinde cum Xtus in secundo objecto loco præcipiat, ut proximis præstemus ea quæ ab aliis nobis præstari cuperemus, novisque verimus, ubi recta ratione duce agimus, à proximis ex animo, et corde diligi, cum hoc pacto proximi reddantur paratiores ad nobis benefaciendum, et parcendum in occasionibus dissidij, querelarum, invidentiæ etc. idcirco nos debemus et proximos actu interno diligere. Et per hoc patet ad solutionem tertiam; licet enim homines saeculares rectam rationem agentes non curare et parvipendere, ut interno affectu ab aliis diligantur, præsertim cum tali amore interno ablato facile credantur fuisse, ut externa beneficentiæ signa eis non exhi-

144. Quæres 2do, an ad satisfaciendum præcepto charitatis erga proximum amor illius debeat esse formalis, et explicitus, talis scilicet, ut quis propter Deum sibi expresse complaceat, desideret, et procuret pro suo posse bonum proximi, quatenus illius bonum est; an vero sufficiat virtualis, et implicitus, inclusus nimirum in actu formali dilectionis ipsius Dei?

Respondeo, nonnullos, inter quos Palaus, et Leander apud Giribaldum hic Tract. 4. Cap. 4. Dub. 3. num. 24, docuisse, dilectionem virtualem, inclusam nempe in actu formali dilectionis Dei, sufficere ad satisfaciendum præfato præcepto. Sed nunc communiter rejicitur post decretum Innocentii XI. damnantis propositionem ordine 11, quæ est hujus tenoris: *Non tenemur proximum diligere actu interno, et formali.* Ratio autem est ex se manifesta. Nam præceptum dilectionis Dei, et præceptum dilectionis proximi sunt duo inter se adæquate distincta præcepta, et proinde imponentia duos actus inter se adæquate distinctos: Atque hinc sicuti præcepto de diligendo Deo non satisfaceret, qui cætera præcepta observaret, nunquam actum formalem amoris benevolentiæ erga Deum eliceret, licet observantia cæterorum mandatorum sit quædam virtualis, et implicita Dei dilectio; ita etiam minime satisfaceret præcepto charitatis erga proximum, qui tantum eliceret actum formalem dilectionis Dei licet dilectio proximi in illo implicite contineatur: quod nemo inficiatur.

145. Quæres 3tio, an amor noster charitatis erga proximum debeat esse particularis, seu cadens super personas in particulari; an vero sufficiat amor generalis, quo videlicet generatim, et in confuso illum diligamus?

Respondeo ex doctrina Angelici Præceptoris 2. 2. Q. 25. A. 8, quod quamvis aliquando teneamur in particulari proximos diligere, puta ubi talis amor est necessarius ad vincendum odium, vel vindictæ, et rixarum periculum, aut ubi hic vel ille particularis hoc ope nostra indiget, et nos non tali amore habito induceremur ad opitulandum ei, aut ubi aliqua alia specialis ratio occurrit, per se loquendo tamen sufficiat illum in generali, et in confuso diligere, optando scilicet sincero corde propter Deum æternam beatitudinem, et omnia ea, quæ ad ipsam conducunt, exceptando cum animi promptitudine ad ea singulis etiam in particulari procuranda pro nostro posse, ubi ipsi illis indiguerint. Prima pars autem est, quia talis amor in particulari esset medium necessarium ad satisfaciendum præcepto, quo tenemur ad non odio habendum proximum, ad removendam vindictæ, et rixarum evitandum, et succurrendum proximo indigenti, et proinde præceptus est ab ipso præcepto quo tenemur diligere odium proximi, vel vindictam, et dicendum. Secunda vero partis ratio petitur tum ex eo, quod ex una parte amor noster charitatis erga omnes in particulari videtur impossibilis, et non videtur adesse ratio, cur unus potius quam alius, non extra casus in prima parte relatos in particulari diligi debeat: et ex alia parte, per talem amorem in generali, et in confuso cum veritate nobis complacemus, desideramus, et procuramus bonum proximi, quatenus illius bonum est Summa ope, in hoc semper propter Deum, et ideo ex charitatis motivo formali

16 Quæres 4to, quænam sint ea bona, quæ ex charitatis affectu proximis nostris desiderare, et procurare debemus, et mala, quæ ab illis avertere nobis conandum est?

Respondeo, hæc in duplici classe reponi, alia scilicet esse spiritualia, et alia temporalia, ut constat ex testimonio S. Joannis supra num. 131 recitato, et docuit S. Aug. verbis videns lib. de Moribus ecclesiæ catholicæ cap. 27. in hunc modum: Homo igitur, ut homini apparet, anima rationalis est, mortali, atque terreno utens corpore. Partim ergo corpori, partim vero animæ hominis benefacit, qui hominem diligit: cum ergo homini quoad corpus bonis temporalibus, et quoad animam bonis spiritualibus subveniatur, bona, quæ proximis impendere, et mala, quæ ab eis avertere, ex charitatis motivo debemus, temporalia quædam sunt, et alia spiritualia.

17 Multum tamen discrimen est inter bona hæc, et mala, quia loquendo de bonis spiritualibus, sicuti sunt divinorum mandatorum observantia, divina gratia, æterna beatitudo, fuga peccatorum, et occasionum eorundem, cum nobis vires suppetunt, et proximus indiget, ea ipsi absolute procurare debemus, cum hæc semper cedant in bonum ipsius proximi, sintque necessaria, ut ad ultimi finis, ob quam conditus est, consecutionem perveniat. Unde S. Aug. lib. 1. de Doct. Christiana cap. 22. illimitate inquit: Quisquis ergo recte proximum diligit, hoc cum eo debet agere, ut etiam ipse toto corde, tota anima, tota mente diligat Deum, et citato lib. de Moribus eccl. cath. cap. 26. dicebat: Quod ergo agis tecum, id agendum cum proximo est: hoc est, ut etiam ipse perfecto amore diligat Deum. Non enim eum diligis tanquam teipsum, si non ad id bonum, ad quod ipse tendis, adducere satagis.

18 Loquendo vero de bonis temporalibus, ea proximo absolute, et simpliciter desiderare, et procurare non debemus, sed solum quatenus ipsi inserviunt, aut inservire possunt, seu sunt media, aut necessaria, aut conducentia ad bonum spirituale animæ, et æternam beatitudinem consequendam; et proinde ubi quis prævideret bonis hujusmodi abusurum ad offensam Dei, ea illi ex charitate nullo modo procurare tenemur, ut per se patet, cum ipsa in detrimentum ipsius proximi cederent. Spectare S. Aug. lib. 1. de Serm. Domini in monte cap. 40. exponens illud Lucæ 6. Omni petenti te tribue: advertit, Christum non dixisse, omnia petenti te tribue, ut videlicet, uti ipse S. Doctor inquit, id des, quod dare honeste, et juste potes ... Id profecto dandum est, quod nec tibi, nec alteri noceat, quantum sciri, aut credi ab homine potest: et cui juste negaveris, quod petit, indicanda est ipsa justitia, ut non eum inanem dimittas. Ita enim petenti te dabis, quamvis non semper id, quod petit, dabis, sed aliquando melius aliquid dabis, cum petentem injuste correxeris. Hæc Aug., quæ in particularibus casibus circa bona temporalia proximis impendenda præ oculis habenda sunt.

Quæres 5to, ex quonam fine, et motivo debeat procedere noster amor erga proximum, ut sit amor charitatis?

Respondeo, finem, et motivum formale diligendi proximum esse ipsum Deum, ut videlicet et ipse Deum diligat, et in nobis fiat Dei voluntas, quæ est, ut proximus ei conjungatur per suum amorem. Atque responsio hæc præterquamquod constet ex supradictis num. 9; 20, et 147, suadetur ex illo Xti Joan. 15; ubi nobis præcipitur, ut diligamus proximum, sicut ipse nos dilexit: Xtus autem nos dilexit propter Deum, ergo etc. Unde S. Aug. Lib. 1. De Doctrina Xtiana Cap. 27. dicebat: Omnis homo, in quantum homo est, diligendus est propter Deum, Deus verò propter seipsum. Et Lib. 2. Cap. 7: In eo se exercet omnis divinarum scripturarum studiosus, nihil in eis aliud inventurus, quam diligendum esse Deum propter Deum, et proximum propter Deum et illum quidem ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente diligere: proximum verò tanquam seipsum, idest, ut tota proximi, sicut etiam nostri, dilectio referatur in Deum. Et S. Gregorius Hom. 38. in Evang. Si quis quemlibet amat, sed propter Deum non amat, charitatem non habet. Quibus et consonant alij SS. Patres, et præsertim S. Thomas 2. 2. Q. 44 A. 7. et alibi.

150. Hinc qui alios diligit ex alio fine ab ipso Deo distincto, puta ob consanguinitatem, propinquitatem, commodum, et utilitatem propriam, quæ ab ipsis speratur, atque ob alia, quæ non sint ipse Deus ens absolute bonum, non ex Dei charitate proximum diligere, et proinde proximus à nobis non est diligendus, ut docet S. Aug. Lib. De Vera Religione cap. 46, ut diligunt carnales Fratres, vel Filij, vel conjuges, vel quique cognati, vel affines, aut cives, cum ista dilectio sit temporalis, sed sursum ascendere debet noster amor usque ad ipsum Deum, ut sit nostri amoris ratio. Nam, ut inquit Angelicus Præceptor loco citato, cum quis diligit proximum propter suam utilitatem, vel delectationem, non verè diligit proximum, sed seipsum. Ex quo etiam fit, amorem nostrum erga proximum debere esse benevolentiæ, bona scilicet tum spiritualia, tum temporalia, quæ ipsi exoptamus, et procuramus propter Deum, illi desiderare, et procurare debemus, quatenus illius bona sunt. Quibus expositis sit

§ 2. De tempore, quo proximus est diligendus.

151. Eo ipso præcepto, quo animum benevolum in proximum habere jubemur, actu positivo eum prosequendo, de ejusdem nempe bono tum spirituali, tum temporali juxta rationis præscriptum nobis complacendo, et gaudendo, illudque ipsi efficaciter desiderando, et pro viribus nostris procurando, prohibemur omnem actum oppositionem contra eundem, ne videlicet illum odio habeamus, de ejus malo gaudeamus, deque ejus bono tristemur, aut ei malum desideremus, et procuremus, res per se est manifesta, cum quodlibet præceptum aliquid præscribens, hoc ipso ejus oppositum vetet. Hinc ingrediendo difficultatem circa tempus, quo præceptum charitatis urgeat, de illo quatenus est præceptivum, et prout est prohibitivum, quod idem est ac si dicas, et prout est positivum, et prout est negativum.

Loquendo itaque de præcepto negativo illud semper, et pro semper, seu quovis tempore obligat. Nam odisse hominem spontaneum [illegible] ac displicentia personæ, scilicet eam aversando, et detestando, oppetendo, et intentando malum non solùm spirituale, sed etiam temporale, quatenus ejus malum est, aut sine justa, et rationabili causa, et absque legitima auctoritate, aut gaudendo de ejus malo, aut dolendo de ejusdem bono, ut ejus bonum est, est res ab intrinseco sui semper mala; et proinde nullo unquam tempore licita. Quæ tamen diligenter notanda sunt, quia si quis non de malo spirituali sed temporali proximi gauderet, aut etiam inefficaciter desideraret, aut sibi complaceret, non jam ut malum est proximi, sed ex alio fine justo, et honesto, atque ex justa causa, et ex legitima auctoritate, id non esset contra charitatis præceptum, ut ostendi in Tract. de [illegible] Cap. 4 Art. 3 § 2 per totum, et præsertim à num. 323, et pluribus sequentibus, ex quibus [illegible] sequitur [illegible] damnationem; et præsertim trium sequentium quas Innocentius XI die 2 Martii 1679 proscripsit, quarum prima ordine 13 est hujus tenoris: Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus tristari, et de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, et desiderare, non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum. Altera ordine 14 est hæc: Licitum est absoluto desiderio cupere mortem Patris, non quidem ut malum Patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura est pinguis hæreditas. Tertia vero ordine 15 sic exprimitur: Licitum est filio gaudere de parricidio Parentis à se in ebrietate perpetrato propter ingentes divitias inde ex hæreditate consecutas. Hæc vero ea attente notanda. Ubi [illegible] vides, et præcepto negativo charitatis erga proximum prohiberi animum indifferentem ad amorem, et odium, ita ut quis nec ad amorem, nec odium moveri velit. Nam actui positivo amoris, qui nobis præcipitur per illud Xti mandatum: Diliges proximum tuum, adversatur nedum actus positivus aversationis proximi; verum etiam animi deliberatio, qua data occasione, et positis circumstantiis, in quibus tenemur alios diligere, quis nolit affectu benevolentiæ in illos ferri, sicut [illegible] Filius debet honorare, et revereri Parentes nedum contrarius [illegible] actus irreverentiæ in illos, verum etiam animus, quo nolit in opportunitatibus, et necessitatibus illis subvenire, et [illegible] sicuti Filius quovis tempore à tali animo [illegible], quo neque velit eos honorare, neque revereri [illegible] cessare, et abhorrere debet, ita in casu nostro [illegible] Et [illegible] Apostolus Rom. 13 nos monet, nos nunquam liberari posse à debito invicem diligendi, si non actu, saltem in animi præparatione, inquiens: Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis. Quasi diceret: liberate vos à ceteris [illegible], ab accepto mutuo illud reddendo, ab [illegible] [illegible] restituendo [illegible], et sic [illegible] manet [illegible] solo debito charitatis, quod omnino [illegible] [illegible] quia semper manet debitum diligendi actu [illegible] saltem ut animi præparatione.

154 Major autem difficultas est de praecepto affirmativo, loquendo de utroque; cum est vera sententia penes omnes Doctores [illegible] [illegible] [illegible] et pro semper [illegible] obligare, cum in hac mortali vita nobis sit impossibile, ut semper actu ardeamus proximi amore, ut ipsa experientia notum est; ex altera vero parte usque adhuc incertum maneat apud Theologos, quoties in vita amoris [illegible] [illegible] erga proximum nos exercere teneamur. Nihilominus ut pro tanta [illegible] aliquid dicamus, distinguendum est inter amorem affectivum, seu internum, et inter amorem effectivum, seu internum [illegible] [illegible], seu externum, et inter amorem effectivum, seu externum [illegible] [illegible] erga proximum. Atque de isto amore effectivo, seu externo [illegible] dicendum est, nos toties ad illum teneri saltem quoad externi operis praestationem, quoties proximus nostra indiget opera et nobis [illegible] facultas prompta ipsi subveniendi, ut fusius ostendam infra agendo de praecepto eleemosynae, et fraternae correctionis.

155 Dixi autem: saltem quoad externi operis praestationem quia plures Doctores, inter quos P. Edmundus Simonnet [illegible] et 7. A 9. [illegible] 3, contenderunt, bene proximo necessitatem patienti per externa beneficia subveniri [illegible] esse ex animo benevolenti et adeo ex [illegible] charitatis affectu; ita ut talia beneficia ei impendens non sufficiat ex alio virtutis motivo quam praecipue ex eo [illegible] [illegible] [illegible], quod actus internus dilectionis proximi potissimum praeceptus est propter actus externos, quibus ipsi subvenitur, et providendum [illegible] actus interni, quo proximus diligitur, [illegible] [illegible] non urgeat pro eo tempore, quo urget obligatio actus externi. Verum quidquid sit de hac sententia

156 Dicendum est 2do, si non per se, saltem per accidens nos teneri nedum ad amorem effectivum; verum etiam affectivum, quoties talis amor est necessarius, vel ad deponendum odium [illegible] praeconceptum, vel ad superandas tentationes ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], ad vitandum spiritualem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aliquem, [illegible] [illegible] [illegible] etiam ad ponenda media necessaria ad ejus executionem et [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] affectivus in casu supposito [illegible] [illegible] [illegible] medium, certa est obligatio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] urget [illegible] [illegible] Matth 5. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible], [illegible] [illegible], [illegible] [illegible], [illegible] [illegible]

157 [illegible] dum est 3tio, quod quamvis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], quod [illegible] [illegible] [illegible] inimicorum, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] amoris, quo [illegible] praeceptum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in simili [illegible] de praecepto [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tenendum sit, illud saepe, immo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] est eo, quod [illegible] [illegible] [illegible] communis [illegible] [illegible] omnibus, qua [illegible] est charitas [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] a [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]; [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nostra charitas erga proximum debet esse [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] charitatis [illegible] [illegible] habentes qualis certe non esset, ubi nonnisi [illegible] [illegible] [illegible] actus [illegible] internis, [illegible] externis nos exercere [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

158 [illegible] [illegible] est ut supra monui [illegible] [illegible] charitatis erga Deum, ad tollendos scrupulos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] conscientiis, nos huic praecepto [illegible] de amore [illegible] seu affectivo satisfacere, cum proximo indigenti ex [illegible] [illegible] motivo subsidia vel spiritualia, vel temporalia [illegible] [illegible] [illegible] animi promptitudine ad subveniendum [illegible] [illegible] [illegible], ubi indigerent [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] actus in maximam [illegible] [illegible] [illegible] his autem sit

§. 3. De Ordine Virt. Charitatis.

259 Ordinem in charitate servandum esse, certum est inter Theologos, et ipse ostendit Angelicus Praeceptor 2. 2. Q. 44 a. 8 sic disserens =: Modus, qui pertinet ad rationem virtutis, cadit sub praecepto, quod datur de actu virtutis. Ordo autem charitatis pertinet ad ipsam rationem virtutis, cum accipiatur secundum proportionem dilectionis ad diligibile. Unde manifestum est, quod ordo charitatis debeat cadere sub praecepto =: Et S. Aug. lib. 1 de Doctrina Christiana cap. 27 inquiens =: Ille juste, et sancte vivit, qui rerum integer aestimator est; ipse est autem, qui ordinatam dilectionem habet, ne aut diligat, quod non est diligendum; aut non diligat, quod est diligendum; aut amplius diligat, quod est minus diligendum; aut aeque diligat, quod vel minus, vel amplius diligendum est =: Idque constat ex illo Cant. 2, ubi ecclesia sub figura sponsae Deum laudat quod in ea charitatem ordinaverit, inquiens: Ordinavit in me charitatem. Et sane quod amor noster sive dilectio erga Deum, nosmetipsos, et proximum ita ordinandus sit, ut plus saltem appretiative diligamus Deum, quam nosmetipsos, et proximum, jam supra ostensum est. Quare modo restat solum examinare, an pariter aliquis ordo servandus sit inter amorem charitatis, quo nosmetipsos, et proximum propter Deum diligere debemus. Quod duplici modo contingere sit, primo nempe an plus, an aequaliter, an minus diligere debeamus nosmetipsos, quam proximum ipsi benefaciendo, seu illius bono nobis [illegible]; 2do an charitas exigat, ut unum e proximis aliis in nostro amore praeferamus.

Pro harum autem difficultatum solutione imprimis distinguendum est inter bona, quae nobis et proximo ex charitate velle debemus. Alia scilicet sunt bona spiritualia, cujusmodi sunt divina gratia, virtutes, bona merita, ac aeterna beatitudo. Itaque in duplici ordine haec sunt: Alia nempe sunt nobis, et proximis necessaria, qualia sunt prima gratia, ejusque conservatio, mandatorum observantia, et aeterna beatitudo; alia vero non necessaria, ut sunt augmentum gratiae, major sanctitas, opera de consilio, et major gloria. Alia vero sunt corporalia, dicta etiam naturalia, ut sunt vita, membrorum integritas, sanitas, dotes naturales etc.: Alia tandem temporalia, ut sunt honor, fama, divitiae, et alia hujusmodi.

Secundo distinguendus est multiplex necessitatis gradus. Alia nempe est necessitas spiritualis, in bonis nimirum ad aeternam salutem pertinentibus: et alia temporalis seu corporalis, in bonis videlicet corporalibus et temporalibus; et utraque dividitur in extremam, gravem, et communem. Necessitas spiritualis extrema est, quando quis versatur in periculo proximo aeternae damnationis, aut mortaliter peccandi, a quo li-

beran non sit sine tuo auxilio, puta si puer non baptizatus
esset proxime moriturus, nec adesset alius, qui baptizare posset
aut Virgo esset per vim opprimenda, nisi tuo auxilio libera-
retur. Gravis est, quando etsi non adsit periculum absolute
proximum aeternae damnationis, aut mortaliter peccandi;
adsunt tamen circumstantiae, quae aeternam salutem, et peccati
mortalis fugam valde difficilem reddunt. Levis est, quando
quis levi conatu adhibito sit se liberare sine alterius adju-
torio ab aeterna damnatione, aut a mortali peccato, ejusque
occasione. Communis tandem est, in qua communiter in-
veniuntur peccatores in mortali peccato constituti.

162 Necessitas temporalis, seu corporalis ex-
trema ea est, ex qua proximo imminet prudens, et ratio-
nabile periculum mortis, nisi ei succurratur v. g. per sub-
ministrationem cibi, aut alterius rei ad vitam necessariae
[illegible] diligenter notandae sunt, quia ad constituendam ne-
cessitatem extremam corporalem non requiritur periculum
[illegible] proximum certum mortis proximi; sed sufficit, ut
prudenter, et rationabiliter timeatur mors proximi indi-
gentis, nisi ei levamen praestetur, ut optime notat Con-
[illegible] cum pluribus aliis in sua Crisi Disp. 80. num. 74. [illegible]
[illegible] enim esset exspectare proximo succurrere usque
[illegible] ne incidat in periculum proximum certum mortis. [illegible]
[illegible] necessitatis genus reducitur necessitas urgens, quam
et Doctores quasi extremam vocant, et est, quando adest pe-
riculum proximum prudens et rationabile incidendi in gra-
vissimam calamitatem, sive in malum morti aequivalens,
quale juxta plures Doctores esset mutilatio membri princi-
palis, et amissio sensus, v. g. oculorum, perpetuus carcer,
infirmitas perpetua vel amentia, aliaque hujusmodi.

163 Necessitas gravis universaliter [illegible]
[illegible] ex defectu rerum necessariarum est
in periculo incidendi in miseriam magnam, [illegible]
vitam notabiliter molestam, uti esset, ubi quis a suo
statu commodo juste acquisito dejiceretur vel
[illegible] solo nano, et olerihus aut ita nudus esset, ut [illegible]
[illegible] magna ignominia esset, vel [illegible] pejora imperand[illegible]
[illegible] periculum gravis morbi, aliudque simile grave in-
commodum subeundum esset, nisi ei auxilium ab aliis prae-
statur. Levis necessitas est, ex qua [illegible]

164 [illegible] aut incommodum, aliter spectata condi-
tione [illegible] illi non afferens gravem molestiam aut
detrimentum suae in bonis realibus, sive corpore. Commu-
nis tandem necessitas est, quando adest aliquod incom-
modum in necessariis ad vitam, et statum; ita ut
non [illegible] vitam minus miseram, et molestam juxta
statum et conditionem patiantur, atque in hac necessi-
tate inveniuntur plerique mendicantes [illegible]
tas. His addi debet, quod sicuti bonum

165 quod nobis, et proximis ex charitate volle debemus al[illegible]
est privatum, scilicet ad personas privatas quatenus [illegible]
tales, et alterum est publicum, pertinens ad communita[illegible]

seu Rempublicam atinens ita, ut alia sit necessitas publica, alia privata, hæc, quæ privatos, illa verò quæ communitates vicit. Quibus diligenter notatis ad solutionem propositarum difficultatum descendamus. Sit itaque

Primæ difficultatis Solutio

166 Propositio prima. Unusquisque ex charitate tenetur, magis appretiative diligere, seu magis providere sibimet ipsi, quàm proximo, quicumque ille sit, in bonis spiritualibus, quæ ex charitate nobis, et proximo velle debemus. Est tenet Palao hic Tract. 6. Disp. 1. Pun. 7 num. 2, certa sententia, quam cum S. Thoma 2. 2. Q. 26. A. 4. tradunt Theologi. In primis deducitur ex eo, quòd bona illa spiritualia, quæ ex charitate nobis, et proximo velle debemus, sunt æterna salus, seu æterna beatitudo, gratia sanctificans, auxilia, et media ad eamdem gratiam, scilicet sanctificantem, vel recuperandam, vel conservandam necessaria: atqui ex charitate tenemur, bona illa nobis magis velle et studiosius inquirere, et procurare, quàm cuilibet proximo, immò quàm toti mundo. Talia enim bona primo loco, et ante omnia à nobis retinenda, et quærenda sunt juxta illud Christi Matth. 6. Quærite primùm Regnum Dei, et justitiam ejus: Quinimò Matth. 16. redarguuntur, qui super omnia suam æternam salutem non procurant, ibidem Christo dicente: Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? ergo &c. Deinde Matth. 22. verbis illis: Diliges proximum tuum sicut teipsum: dilectio sui ipsius proponitur tanquam regula, et exemplar, cui, quantum fieri potest, conformari debet dilectio proximi, atqui regula major, et potior est regulato; Ergo homo prius semetipsum quàm proximum diligere debet, hocque præsertim in bonis spiritualibus, de quibus propositio procedit, ut per se patet. Unde S. Aug. de Mendacio cap. 6. dicitur: Nova dilectio proximi ex sua cujusque dilectione terminum accepit: hocque in sacris dicitur quòd charitas ordinata à se incipit.

167 Accedit et ipsa ratio. Nam ex una parte virtus charitatis ordo necessario postulat ut prius diligamus Deum, quàm proximum; ex alia verò parte cum ipsa charitas sit amor mutuus, debet quisque tantum prius amari ab ipso Deo, et per consequens sibi procurare ea bona, per quæ amatur ab ipso Deo, et sine quibus non amaretur ab ipso Deo. atqui talia sunt bona spiritualia, de quibus hic sermo est. ergo &c.

168 Hinc sequitur primò, nunquam licitum esse, ullum peccatum sive mortale, sive veniale committere propter salutem alterius, etiam communitatis, etiam totius mundi. Non enim mala facienda sunt ut eveniant

bona, ut ostendit Apostolus 1. Cor. 3. Ratio autem est manifesta, quia quodlibet peccatum sive mortale, sive veniale est semper aliquid turpe, inhonestum, et vitio erabile; repugnat autem dicere, licitum esse facere, quod turpe, inhonestum, et vituperabile est ergo etc. Sequitur 2do, in nullo unquam casu

167 licere se exponere periculo morali proximo sive gravitas, sive levitas peccandi ob salutem cujuscumque proximi, et etiam totius mundi exponere enim se tali periculo, et neccare sunt unum, et idem juxta illud Eccles. 3. Qui amat periculum, in illo peribit. Dixi autem: Periculo morali proximo. quia si actio exercenda pro salute proximi in necessitate constituti, ac ope nostra indigentis non afferat periculum proximum faciliter peccandi, sed merito, et rationabiliter sperari possit resistentia tentationi, tunc nullum peccatum erit; et adeo in tali periculo, utpote remoto se conjicere licebit pro salute proximi indigentis, ut probatum est in Tract. de Actibus humanis Cap. 2. A. 2. à num. 25. ubi ostendi licere ponere actionem secundum se licitam, et honestam, ex qua praevidetur secuturus effectus malus, dummodo adsit intentio, et periculum proximum consensus, et complacentiae in illum, et adsit justa, et rationabilis causa actionem faciendi, nec non in Tract. de Peccatis Cap. 2. A. 2. à num. 21. et sequentibus. Unde doctrinam dictis in locis traditam relegas, ex qua colliges quodnam periculum dicendum sit proximum, et quodnam remotum. 172

Sequitur 3tio, nunquam licitum esse

170 alterius salutem procurare, ubi ex hoc propria spiritualis salus esset negligenda; sicut neque licitum unquam est, velle etiam ad tempus carere gratia, et charitate ad alienam salutem, etiam ubi id absque peccato fieri posset, quin scilicet fieret tunc aliqua actio mala. Constat tum ex citato Xti testimonio Matth. 16. Quid prodest homini, si mundum universum lucretur etc., tum ex eo quod nunquam liceat propriae charitatis destructionem, seu carentiam desiderare. 173

Dices contra primo Non solum aliquando licet, sed etiam debemus, salutem proximi praeferre nostris

171 bonis spiritualibus, ut patet in Filio, qui ab ingressu in Religionem desistere saltem ad aliquod tempus debet ad alendos parentes egenos, ac se sustentare impotentes; et de omissione aliquorum operum spiritualium ad alienum scandalum evitandum ergo etc. Resp. 2do. Ordo caritatis exigit, ut bona nostra, et proximi sanguinis sit propter Deum, et adeo propter participationem bonitatis, et conjunctionem cum ipso Deo; atqui plures à proximis nostris sunt magis, quam nos, cum ipso Deo conjuncti, et ideo magis illos, quam nosmetipsos diligere debemus, et eo magis etiam quia etiam meliora, et perfectiora semper magis diligere debemus... 174 ... Bonum commune in temporalibus anteponendum est bono privato, ergo et in spiritualibus, et adeo privatus pro sanctitatem, et justitiam multorum, et maxime communi

tatis propriæ sanctitati anteponere...... 4to. E ratione veræ charitatis est quærere ea, quæ in majorem Dei gloriam cedunt; sed major Dei gloria est in eo, quod plures sint sancti, ac beati quàm unus; ergo ubi quis sit, multorum salutem procurare, id præstare debet etiam cum suæ salutis æternæ præjudicio; ergo &c...... 5to. Deo magis placet, ut vitentur omnia peccata mortalia, et totus mundus salvetur, quàm ut quis non committat aliquod peccatum, præsertim leve; ergo saltem, si eius peccatum veniale esset medium ad plurium mortalium culpas impediendas, aut ad communitatem salvandam, illud erit ex charitate eligibile; ergo &c. Unde Moyses Exod. 32. optabat privari æterna beatitudine, ut eidem populo ignosceret, sic precans Deum: Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Quod et præstitit Apostolus, ac idem Rom. 9. inquiens: Optabam enim ego ipse anathema esse pro fratribus meis. Neque cum ratione, tum quia charitas, ut legitur 1. Corin. 13. non quærit, quæ sua sunt: tum quia de duobus malis semper eligendum est minus, quale est peccatum veniale etiam proprium respectu peccati mortalis proximi, ergo &c.

172. Respondeo ad 1um, illud non urgere, cum nostra propositio solùm procedat de ijs bonis spiritualibus, quæ ex charitate nobis, et proximo velle debemus: assumptum verò loquatur de ijs bonis spiritualibus, quæ sub charitatis præcepto non cadunt, et sine quibus quis sit verè habere honestatem, et æternam consequi beatitudinem; quæ proinde bona ob salutem proximi omittere quis sit salva ipsa charitate, quinimo et aliquando debet, ut post Salmanticenses L. num, aliosque plurimos docet eius Schola hic Tract. 17. L. 3. Dub. 3. §. 3. num. 23.

173. Ad 2dum cum S. Thoma loco supracitato ad 1um respondendum est, quantitatem dilectionis non solùm attendendam esse ex parte objecti, quod Deus est, sed etiam ex parte subjecti diligentis, qui est ipse habens charitatem [illegible]; sicuti et quantitas actionis cujuslibet dependet quodammodo ex ipso subjecto, et ideo licet proximus melior sit Deo propinquior; quia tamen non est ita propinquus charitatem habenti, sicuti ipse sibi, non sequitur, quod debeat magis proximum, quàm seipsum diligere. Atque hinc ad [illegible] dicendum est, id esse verum de amore complacentiæ, falsum autem est de amore affectivo, et desiderij.

174. Ad 3ium respondendum est, tum quia boni temporalis omissio in casu non est res moraliter mala, turpis, et inhonesta; tum quia esset medium necessarium ad procurandum bonum commune temporale; è contra verò omissio boni spiritualis sub charitatis præcepto cadentis est semper res moraliter mala, turpis, et inhonesta, atque non sit unquam esse medium necessarium ad procurandum bonum commune spirituale; quinimo hoc efficacissimè procurabitur, ubi [illegible]

quisque bonum spirituale proprium ante omnia sibi effi-
cacius procuret. Ad 3um D. nẽ. De ratiõe veræ charitatis
175 est quærere ea, quæ in majorem Dei gloriam cedunt, idest quæ-
rere ea, per quæ ipse diligens magis glorificat Deum, omitto,
per quæ ab alijs ab ipso diligente distinctis magis glorifica-
tur Deus, nego majorem, et omissa minori, nego conseq.m
Quamvis enim Dñs charitas exigat, ut, ubi medijs licitis possumus,
Dei gloriam extrinsecam procuremus; non exigit tñ, ut per
peccatum proprium eam procuremus, sed charitas in unoquo-
que magis diligit id, quo ipse Deum magis glorificat. Quod evadit,
nisi ubi quis magis procurat propriam salutem, et sanctita-
tem, quam aliorum, etiã hominum, etiam totius mundi, quia
qui sic amat propriã salutem, et sanctitatem, ubi Deo est
magis conjunctus, et subjectus, et sic eum magis glorifi-
cat. Ad 4um dicendum est, Deo quidem se-
176 cundũ se, et in abstracto magis placere, ut vitentur õia
peccata mortalia, et totus mundus salvetur, quam, ut tan-
tum aliquod veniale peccatũ fiat; at non magis placet, ut ã
me etiam per peccatum veniale tantum procurandum. Di-
us enim id õã, quod est intrinsecè malum, adeoque v.g. men-
dacium etiam leve, absolutè, et pro quacumque hypothesi
prohibet. Unde etiam eo in casu, quo mendacium leve à
me prolatum prævideretur fore occasio salutis totius mundi
vel õia peccata mortalia vitandi, magis placet Deo, ut ab
eo abstineam, quã ut illud proferendo procurem salutem
totius mundi, et fugam õiũ mortaliũ peccatorũ, quam-
vis hoc secundũ se sit bonũ incomparabiliter majus.
177 Hinc ad scripturæ facta, ad quæ non una
est Doctorum responsio. Nam P. Amicus demonstrat respon-
dendo, Moysem, et Apostolum solum sibi optasse pro ali-
orum salute privationẽ specialium favorum Dei, sive pro
bus et gratiam sanctificantem habere, et beatitudinem
consequi, unõ et ad absolutissimã sanctitatem pervenire
re noluerunt. Alij verò, quos sequitur Palaus loco supra cita-
to, ex S. Augño Quæst. 147 super Exodũ, existimant, neque
Moysem, neque Paulum optasse absolutè carentiam bea-
titudinis pro salute proximi, sed per quandam exagera-
tionem, et phalam confidentiam locutos, scientes non
esse beatitudine privandos, eo sane modo, quo, filius cæ-
tus ex amore sui Patris pro servo deprecando ut illud fa-
ciat, aut remitte ei, aut me ud illo è domo ejice: Atque sicut
sicut filius Patrem ità alloquens non significat se quæ-
re, et velle ejectionẽ è paterna domo; sed solum ità si-
gnificat vehementer Patri suiũ ardorem amorem erga ser-
vũ, et suũ desiderium boni illius; ità et fecerunt
Moyses, et Paulus. Alij autem objecta loca exponunt de
morte temporali, non autem æterna. Loquendo verò
de Apostolo S. Hieronymus, Anselmus, et Thomas, et alij vo-
lunt, illum locutum esse pro eo tempore quo adhuc in
Judaismo erat, atque tunc ex zelo in judaismũ optavit ipse
anathema esse à Xto, ut totam synagogam, et legem

cerimonias tueretur. Quibus et addi fit, Sanctos illos viros, et nostrum Apostolum ex ardenti zelo, et desiderio aeterna salutis proximi optasse non in perpetuum, sed ad tempus solum aeterna beatitudine privari, ut sic pro fratribus laborarent. Quod malum non est, sed meritorium, ut supra num. 105 exemplo S. Martini ostendi, et probat illud ejusdem Apostoli Philipp. 1 aientis: Coarctor è duobus: desiderium habens dissolvi, et esse cum Xto, multo magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos.

278 Ex quo tamen non licet argumentari ad temporaneam privationem gratiae, et charitatis. Nam dilatio beatitudinis nedum in casu relato est divinae voluntati conformis, verum etiam compensatur merito bonorum operum eo tunc temporis faciendorum: contra vero temporanea privatio gratiae et charitatis divinae voluntati [illegible]tis esse non potest; quinimo est contra Dei voluntatem, et inclinationem, indolem, et naturam divinae charitatis.

279 Atque ex his ad testimonium ex prima Chorint. dicendum est cum S. Thoma loco citato ad 3tium, charitatem non quaerere sua, quatenus ordo charitatis exigit, ut bonum commune anteponatur bono privato, ubi hoc sine peccato dimitti potest, cum verè bonum commune privato praevaleat. Nisi etiam dicere velis, charitatem non ita quaerere sua, ut proximus excludatur, ubi una simul, et bonum proprium, et proximi licitè procurari potest. Quod verò subjungitur, tantum verum est, ubi alterum ex duobus malis ab eadem numero persona debet ex necessitate eligendum. Atque ex his sit

280. Propositio 2da. Ubi scimus, proximum esse in extrema necessitate spirituali constitutum, et adest prudens spes illum adjuvandi, tenemur ei succurrere, et quidem sub gravi, etiam cum certo vitae nostrae corporalis periculo si id absque peccato proprio, aut periculo morali proximo illius praestari potest, et inde malum praeponderans bono spirituali proximi privati non est secuturum. Est certissima sententia ab omnibus Catholicis recepta, et primo desumitur ex illo Joan. 15: Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos: Xtus enim dilexit nos tradendo suam vitam corporalem pro salute nostra spirituali. 2do ex illo 1 Joan. 3. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam posuit pro nobis, et nos debemus pro fratribus animas ponere: Quod praeceptum si unquam urget, certè urget pro casu quo proximo est impossibile sine nostro auxilio aeternam vitare damnationem, aut à mortali peccato declinare; et nullus alius adest, à quo adjuvetur. Unde S. Aug. Lib. de Mendacio Cap. 6. dicebat: Temporalem vitam suam pro aeterna vita proximi non dubitabit xtianus amittere; Hoc enim praecessit exemplum, ut pro nobis Dominus ipse moreretur. Ad hoc enim, et ait: Hoc est praeceptum meum ut diligatis invicem, sicut et ego dilexi vos. Quod et ipsa invicta ratio probat. Nam praeceptum charitatis exigit, ut in

amore prosequamur, quod nedum est bonum excellentius, et praestantius, et adeo amabilius; verum etiam per se est connexum aeternae beatitudinis: tale autem bonum est salus spiritualis proximi comparata ad corpus nostrum, ut hoc nonnisi per accidens, et per concomitantiam sit beatitudinis capax, nempe ratione animae. Unde concludendum est cum Angelico Praeceptore 2.2. q. 26. a. 5. in corpore dicente: Et ideo proximum, quantum ad salutem animae, magis debemus diligere, quam proprium corpus. Notanda tamen sunt verba propositionis,

181. et primo illa: Ubi scimus proximum esse in necessitate extrema spirituali: quia ubi prudenter nosceremus praesumere vel proximum in periculo mortis corporalis constitutum esse in gratia, vel resistendum tentationi, qua urgetur, vel e contra merito nobis persuasum habemus, auxilium tunc praestandum proximo non profuturum, aut scimus alium adesse, qui proximum adjuvet, tunc in rigore non potest dici, proximum esse constitutum in extrema necessitate spirituali, et proinde tunc periculo vitam nostram exponere non teneremur. Secundo notanda sunt alia verba, nempe

182. haec: Et adest prudens spes illum adjuvandi: quia si v.g. casus esset, ut tu interficiendus esses, antequam v.g. posses baptizare infantem vita periclitantem, aut absolvere moribundum confessionem petentem, ad id non teneris, cum opus tuum tunc foret inutile, ad quod charitas non obligat. Tertio etiam notanda sunt verba illa

183. Si id absque peccato proprio aut periculo morali proximo illius praestari potest. Unde si nonnisi mediis illicitis te introducere posses apud infideles ad baptizandum puerum in articulo mortis constitutum, id praestare non potes, ut constat ex supradictis. Si tamen periculum peccati etiam si secundum se proximum merito separari possit, quod inter circumstantias fieret remotum, ad id teneris, et proinde si casus esset, ut versaris apud infideles ad baptizandum puerum jam jam moriturum vides, te in fide tentandum pugnare teneris, quia auxilio divinae gratiae, quae tibi praesto esset, potes resistere pravis suggestionibus, et subversionem declinare. Tunc enim periculum in casu non est proximum, sed remotum, quod subire tenemur pro salute spirituali proximi extreme indigentis ope nostra. Tandem notanda illa verba: Et inde

184. malum praeponderans bono spirituali proximi privato non est secuturum: quia si casus esset, quod ex baptismi administratione facta puero apud infideles v.g. existente dira persecutione in Christianos a Tyranno excitanda esset cum periculo subversionis plurium, et maximo cum detrimento Christianae Reipublicae, tunc baptismus esset omittendus, cum liceat permittere minus malum ad vitandum majus. Atque hinc, sub datis tamen limitationi-

185. bus sequitur primo, te teneri etiam cum certo vitae tuae peri-

velo defendere hominem dormientem, aut phrenesi laborantē aliosq vel ab alio, vel à semetipso interficiendū, quem scis eē in peccato mortali, et prudenter praesumis poenitentiam de peccato suo acturum. Talis enim esset extrema necessitas spiritualis.

Sequitur 2dō, te pariter sub gravi teneri
186. baptizare infantem filiū xtianorū, etiamsi occasione collati baptismi tibi certum mortis periculū immineat, si alias talis puer sine baptismo ex hac vita eēt migraturus, cum talis puer tunc sit in extrema spirituali necessitate constitutus. Quinimò et teneraris, talem puerum baptizare, etsi V.E. esset apud Americam, à qua proficiscens, te ad sumia novocandum, ubi omnis spiritualibus, ac sancto proposito non secundi mercatores prudenter sperares, illius insidijs te restituendum. Talis quippe ingressus tunc tibi ad culpam non deputatur, et inde, ubi necessitas proximi exigit, sicuti tunc postulat, suscipiendus. Dixi vero: infantem filiū xtianorum:
187. quia si eēt Gentiliū filius, et sub eorū patria potestate esset, inter Doctores controversum est, an invitis Parentibus licitè possit baptizari? De quo difficultate dicam in Tract. de Baptismo.

Sequitur 3tiō, Obstetricem, quae sive ex
188. defectu artis, sive formae, sive intentionis malitiosè plures infantes invalidè baptizavit, teneri reparare damnū nedum cū periculo suae famae et honoris, verum etiam cū certo suae vitae periculo se prodendo, ubi id necessarium esset pro remedio, seu aliud medium non suppeteret, quo per baptismū parvulis illis provideretur. Itaque tum quia salus spiritualis multorū praeferenda est vitae corporali personae privatae; tū quia mulier illa per suam injuriam praestitis illos in aeternae damnationis periculum conjecit, quod proinde injuriam absolutè debet reparare.

Sequitur ultimò, omissis alijs casibus ex
189. dictis facilè solvendis, Sacerdotem teneri etiā cū certo vitae suae periculo adire moribundum confessionem petentem, quem scit esse in peccato mortali, ubi non adest Parochus, vel alius sacerdos, à quo absolvatur, praesertim si talis moribundus sit rusticus, et indoctus, talis scilicet, ut de eo merito dubitari possit, an sciat, et valeat actum perfectae contritionis elicere. Tali enim moribundo nedum difficilimē, verum etiam impossibile est actum contritionis perfectae elicere vi cujus salvetur; et adeò est in extrema necessitate suae aeternae salutis, in qua est obligatio ei succurrendi cū quocunque corporali incommodo, et damno.
190.
Dixi autem: praesertim si talis moribundus sit rusticus, et indoctus &c, quia nonnulli Doctores, inter quos Laloys citans alios hic Tract. 5. disp. 1. Dub. 9. num. 6. existimant, simplicem sacerdotem ad id non teneri cum certo suae vitae periculo, ubi moribundus esset homo doctus, qui nempe sciret et actum perfectae contritionis elicere, hancque habere vim justificandi extra sacramentum,

tanquam tum quia cum talis moribundus sibi subvenire possit, per actum contritionis perfectae, qui ceteroquin ei divina gratia oriturum, quod tunc anima quaerere debet, et ei necesse, est moraliter possibilis, non sit dicendus in extrema spirituali necessitate constitutus; tum quia quilibet privatus sacerdos tempore hostilis incursionis, aut pestis grassantis, deficientibus Parochis, tenetur administrare sacramenta petentibus etiam cum vitae periculo: quod tamen cum tanta generalitate communiter negant Doctores. Verum quidquid sit de hac limitatione, illud primum tanquam certum tenendum est.

191\. Dices tamen contra primo. Quae nobis sunt conjunctiora, magis diligenda sunt; atqui proprium corpus nobis magis conjunctum est, quam anima proximi; ergo &c. .... 2do. A natura nobis inditum est diligere corpus nostrum, ut docet Apostolus ad Ephes. 5: inquiens: Nemo unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, et fovet eam: atqui charitas naturam non destruit, sed perficit, ergo &c. ...... 3tio. Aggressus a latrone jam existens in peccato mortali, etsi prudenter confidat se esse in gratia, non tenetur permittere sui occisionem, sed potest se defendere cum cum moderamine inculpatae tutelae occidendo. Mulier item praegnans non potest emittere infantem, nisi uterus secetur, non tenetur sectioni consentire, etsi infans sine baptismo sit moriturus; ergo &c. ..... 4to. Nemo tenetur exponere periculo suam aeternam salutem pro sui proximi salute; atqui in casibus supra relatis unusquisque cum vita corporis, periculo etiam exponit suam aeternam salutem cum nemo sciat, an amore, an odio dignus sit; ergo &c.

192\. Respondeo cum D. Thoma loco supra citato, corpus nostrum esse quidem propinquius, et conjunctius animae nostrae, non proximi, quantum ad constitutionem propriae naturae seu tori compositi: sed quantum ad participationem aeternae beatitudinis, a qua ordo, et regula dilectionis petenda potissimum est, major est consociatio animae proximi ad animam nostram, quam etiam proprii corporis.

193\. Ad 2dum patendum est, naturale nobis esse diligere proprium corpus, et non quomodocumque, et non servato rectae rationis ordine. Hinc sicuti potius mori debemus, quam peccare; ita etiam debemus subire propriae vitae periculum pro proximo, ne in aeternum pereat, quin charitas naturam destruat. Ad 3tium concesso anti. nego consequentiam

194\. quoad primum dependet est, quia tunc invasor non est in extrema necessitate, sed in extrema malitia, cum vel fugiendo vel consentiendo a violentia a morte se liberare. Quoad secundum [illegible] vero est, quia secare matrem est eam [illegible] occidere; quod est malum, et ex fine bonum in infantem honestari potest; cum non sint facienda mala ut eveniant bona; et proinde nec mater tali sectioni consentire licite potest. Quae non contingit in casu nostrae [illegible]. Ad 4tum [illegible] argumentum non urget. Quin [illegible] insistendo exemplo de invasore Salmanticenses, Lessius et alii existimant, eum posse occidi; alii semper cum moderamine inculpatae tutelae, ubi scilicet nulla alia via suppetit.

petit ad se liberandum à morte, etiamsi ipse esset ebrius, aut phreneticus, tum quia vel potest credi non esse in peccato mortali, vel si est, non potuisse conterendum, tum quia aggressus jure existimare, se non esse ita dispositum, ut mortem subitaneam, et non præmeditatam subire possit sine periculo suæ æternæ damnationis: quæ rationes, an sint efficaces, aliis definire relinquo.

295 Ad ultimum dico, illud urgere solum pro casu, quo quis esset in periculo proximo morali suæ æternæ damnationis, quale periculum juxta Salmanticenses subiret, qui certò sciret, se esse in peccato mortali, atque contritionem perfectam sibi difficillimam prævideret; secus verò pro casu, quo periculum suæ æternæ damnationis esset tantum remotum, sicuti esset, ubi quis sacramentali confessione conscientiam suam mundasset, atque post eam peccati mortalis sibi conscius non esset. Tunc enim, præterquamquod exercendo actum dilectionis heroicæ erga proximum, atque sacrando propter Deum actum veræ charitatis theologicæ exerceret, meritò confidere posset se esse in gratia. Atque hæc circa necessitatem extremam spiritualem proximi. Modo de gravi tantum loquendo, sit

296 Propositio 3tia. In gravi etiam spirituali necessitate Communitatis quilibet ei subvenire tenetur etiam cum vitæ propriæ periculo. Ita Salmanticenses, Bolan, Suarez, Bonacina, Simonnet, Antonine, et communiter alij Theologi. Ratio autem præcipua est, quia vix in praxi contingere potest, ut ubi communitas aliqua hominum constituta est in gravi spirituali necessitate non adsint plures, vel saltem aliqui particulares homines qui extremam patiantur necessitatem; pro salute autem spirituali proximi etiam privati, in extrema necessitate constituti, ex supra dictis tenemur vitam temporalem prodigere; ergo et. Deinde malum spirituale quod in casu communitati imminerent, est ita gravissimum, ut meritò censeatur majus, quàm mors personæ privatæ; et proinde privatus illud etiam cum suæ vitæ temporalis periculo impedire tenetur. Quibus et addi potest: in tali communitatis necessitate periclitari honorem Dei, et Religionis, qui à nobis etiam cum vitæ periculo est promovendus.

297 Atque hinc patet primò, si scires, hæreticum alicubi falsa dogmata disseminare cum periculo perversionis plurium, illum cum fructu valeres tu opponere, et nullus adsit alius, qui valeat, aut possit id præstare, etiam cum vitæ tuæ temporalis periculo debes ei obsistere, atque hæreticam protervitatem obtundere. 2do, si tempore hostilis incursionis, aut etiam pestis grassantis populus aliquis sacerdote careret qui sacramenta necessaria administraret, et monita salutis subministraret, homines variis gravibus peccatorum periculis exponentur, manerent idoneo sacerdoti fugere non licebit, etsi alioquin manendo mors subeunda esset. Quod et extendes ad alios similes casus

in quibus salus spiritualis communis gravibus exposita manet
periculis. Propositio 4ta. Privatus cum vitæ propriæ,
198. aut membri principalis periculo non tenetur succurrere per
sonæ privatæ gravem tantum spiritualem necessitatem pa
tienti. Ita laudati Salmanticenses, Layman, et alii, quam sente
communem vocat Simonnet, et docet S. Thomas 2. 2. q. 26. A. 5. ad
3tium, et videtur suaderi vel ex eo, quod ubi necessitas pro
ximi non est extrema, sed est præcisè gravis, sit sibi, licet
cum magno conatu, et difficultate, consulere se à peccato libe
rando; et proinde jus, quod in casu habet proximus, ut à no
bis succurratur, non sit eo tale, ac tantum, ut prævaleat juri,
quod quisque habet ad propriam vitam conservandam, ut me
ditanti patet, et constat vel ex eo, quod proximus indigens
opera nostra in casu diligentia morali adhibita efficere
sit, ut periculum suæ æternæ damnationis, vel mortalitas pe
reat, ut periculum, in quo versatur, evadat remotum; et adeò tale, ut li
ceat in illud se conjicere pro vita temporali proximi tuenda
atqui quando jus proximi non prævalet juri nostro, ei opitula
ri non tenemur, ut per se patet; ergo &c. Unde ubi nomi
cum casto, aut valdè pudenti vitæ tuæ periculo potes con
sulere puellæ, quam Pater suus prostituere parat minis,
verberibus, aliisque similibus modis, absolutam tamen violentiam
non adhibendo, succurrere non teneris; sicuti sub eodem
vitæ tuæ periculo non teneris proficisci ad Indos, ut ibi
fidem catholicam prædices, eosque convertas, ubi aliunde
obligatio non oritur, puta à voto, à legitimi superioris præ
cepto &c. Possunt enim illi efficiendo, quantum in se est, à pe
riculo illo se liberare sit; et adeò eorundem necessitas est
tantum gravis; sicuti et tantum gravis est Indorum necessitas,
cum ibi non desint Operarii evangelici, qui munus suum
ritè exerceant. Dictum tamen est primò: Privatus, quia persona
199. Publica, cui nempe ex officio suo incumbit onus invigilandi saluti
spirituali aliorum, cujusmodi sunt animarum Pastores, ovibus suis
in gravi necessitate spirituali constitutis succurrere debet eti
am cum suæ vitæ corporalis periculo, juxta illud Christi Joan. 10.
Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercenarius autem,
et qui non est Pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lu
pum venientem, et dimittit oves, et fugit. Et ratio est, quia
assumens Pastoris officium saltem per contractum onerosum
ad hoc se obligavit, ideoque communitas ipsi assignavit pro
ventus, et stipendia: et proinde sicuti Bellidux, et Civita
tis Gubernator vi sui Officii tenetur exercitui, et urbi gra
viter periclitanti de sua temporali salute adesse; ita
et Pastor animarum tenetur succurrere singulis suis ovibus
graviter periclitantibus sua spirituali salute, quia alio
quin magis non teneretur eis subvenire, quam quilibet
alius privatus, qui in extrema necessitate spirituali cum
maximo succurrere tenetur.
200. Atque hinc animarum Pastores, et Re
ctores, cujusmodi sunt Episcopi, Parochi, et alii ex officio

animarum habentes, tempore pestis, aut infidelium incursionis non possunt deserere regionem suam fugiendo, aut dimittendo seu renuntiando officium suum, sed ibi manere debent administrando sacramenta necessaria, aliaque, quae sunt sui muneris, pro ratione necessitatis praestando, praesertim ubi de idoneo ministro interim Populo non provideretur. Cujus tamen recta intelligentia, praecipue pro casu incursionis infidelium, vide dicta de Virtute Fidei cap. 9. § 1 à num 353, et tribus sequentibus, quibus et addas, diligenter advertendum esse ab animarum Pastore, ne dum necessitati unius vult succurrere, reliqui omnes, vel plures grave damnum pati antur, ut contingeret, ubi ejus vita esset necessaria Reipublicae, et ob bonum unius tantum eam periculo exponeret, ut puta si Parochus solus sit, nec adsit spes, ut eo mortuo alius adsit, qui succurrat, et ipse velit administrare sacramenta cum certo infectionis periculo uni peste laboranti dum interim videt, deinde remedio praeservatorio, quod bene habere non sit, se posse [illegible] auxilium suum, praestare ceteris in eodem discrimine vitae versantibus. Porro loquendo de sacramentis tunc administrandis, ea sunt baptismus, et poenitentia; et istud quidem, ut hoc administrari debeat ei, quem scit esse in peccato mortali, et actum perfectae contritionis nonnisi difficillime eliciturum, praeter eo, quem probabilissime praesumit, non esse in peccato mortali, eo quia scit, christiane vivere, et in graves culpas non solere incidere. Itaque per se patent, eo quod nempe minus malum recte permittitur ad majus malum praecavendum.

201. Dictum est 2do: Praesertim cum vitae et membri principalis periculo: quia ex toto non omnino desunt sancto [illegible], [illegible], [illegible], aliorumque negantium obligationem succurrendi proximo in gravi necessitate spirituali constituto cum gravi damno, et jactura bonorum fortunae, famae et honoris; sed potius placet, Ps. Simonnet veluti medium tenens, ac docens, quod quamvis charitas nos non obligat ad subeundum quodcumque damnum temporale in bonis scilicet fortunae, in fama, et honore; obligat tamen sub aliquo damno temporali proprio, quod etiam sit grave. Sancitum sa. Ratio autem est, quia cum charitatis ordo postulet, ut plus diligamus proximum in spiritualibus, quam nosmetipsos in temporalibus, necessario etiam exigit, ut subeamus aliquod grave incommodum temporale pro ejus necessitate gravi spirituali levanda, comparando tamen semper gravitatem necessitatis cum gravitate damni. Ipsa comparatio ut recte fiat ad prudentis judicium oportuit ... recurrere, ut aequalitas, vel excessus gravitatis damni subeundi supra gravitatem necessitatis proximi [illegible]. Atque hinc arbitror [illegible] teneri etiam cum aliquo suo gravi damno in bonis fortunae ad subveniendum [illegible] [illegible] [illegible] pecunias, ut liberet Prelatum, quo [illegible]

202. [illegible] [illegible] proxime [illegible]. His de necessitate gravi spirituali proximi dictis, sit

Propositio 5ta. Proximo existenti in levi, aut etiam communi necessitate spirituali non tenemur suc-

currere cum gravi damno etiam temporali. Nam talis necessitas est talis, ut ab ea facile quis se possit expedire, sibique consulere; et proinde est ipsi plane voluntaria, et ideo in proximo nullum jus esse fit, ut pro ejus levamine grave incommodum subeamus. Atque hinc creditor non tenetur desistere a suimet dicti petitione, etsi praevideat, debitorem potentem solvere ire, et odio in eum exarsurum; sicuti neque gravi necessitate temporali pressus, a qua se liberare non fit nisi petenda petendo mutuo ab usurario, desistere a petitione tenetur. Ex his autem tum de necessitate spirituali propria, tum proximi, pergendo ad necessitatem sive corporalem, sive temporalem sit.

Propositio 6ta. In eodem genere bonorum,

203 et necessitatum temporalium, quilibet secundum charitatis ordinem fit sibi potius, quam alteri privato providere. Est certo doctrina, quam tradiderunt omnes Theologi catholici cum D. Thoma 2.2. q. 26. A. 5. ad 3tium dicente: Cuilibet homini imminet cura proprii corporis; non autem imminet cuilibet homini cura de salute proximi, nisi forte in casu. Et ideo non est de necessitate charitatis, quod homo proprium corpus exponat pro salute proximi, nisi in casu, quo tenetur ejus saluti providere: sed quod aliquis sponte ad hoc se offerat, pertinet ad perfectionem charitatis: et satis aperte colligitur ex illo jam citato Matth. 19: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Et proinde sicuti in eodem necessitatis spiritualis genere, quisque potius sibi, quam alteri, praesertim privato, succurrere tenetur fit; ita et in temporali necessitate.

Dixi autem primo: in eodem genere

204 bonorum, et necessitatum. Si enim proximus versetur in periculo vitae, tu vero tantum in periculo amittendi fortunae bona; vel e contra necessitas proximi etiam extrema; tua vero tantum gravis non eodem modo loquendum est, ut ex infra dicendis de eleemosyna constabit.

Dixi 2do: quam alteri privato. Nam

205 dubium tenetur vitam propriam certo periculo exponere pro salute Reipublicae, Communitatis, aut etiam Principis, &c., aut alterius personae bono publico necessariae. Id autem est manifestum, quia videlicet sicuti pars naturalis habet ad totum naturale, sic pars politica se habet ad totum politicum; sicut vero, pars naturalis exponi debet, pereunte, imo et abscindi pro totius conservatione, atque sic pars bonum totius suo privato praeferre tenetur; ita et quilibet in ratione subditus, &c. Quod et verum arbitror ubi necessitas Reipublicae valde gravis esset, privatus scilicet tenere pro Reipublicae salute vitam suam certo periculo exponere debere, et a fortiori famam suam, suaque temporalia bona, cum damnum publicum discrimen bene videtur esse majus malum, quam vitae privati periculum. Sic Palaus cum charae absoluta non admittit dicam, opinionem suam non carere probabilitate.

206 Difficultas tamen hic non levis inter Doctores insurgit, an quis vitam, famam, et bona propria periculo licitè possit exponere pro proximo in pari discrimine, et aequali necessitate constituto? Pro cujus intelligentia notandum est, dissidium non esse pro casu, quo vita, fama, et bona tua essent aliis necessaria, et debita, ut puta si vita tua, fama, et bona necessaria essent pro bono publico, aut pro tua alenda familia, cujus caput es, et parens. Tunc enim non sine injuria aliorum, nimirum familiae et Reipublicae, potes tibi, et his praeferre proximum tuum.

207 Notandum etiam est, neminem licitè posse positivè cooperari morti suae, ut vitam proximi periclitantis tueatur. Positiva enim cooperatio propriae morti est semetipsum occidere, et adeò res ab intrinseco sui mala. Unde licet ad actum heroicum exercendum, quis in naufragio constitutus, aut extrema fame laborans licitè possit, notans jam occupare tabulam, et accipere panem, permittere alteri in eodem periculo constituto, ut tabulam occupet, et panem accipiat; licitum tamen non sit tabulam jam à se occupatam, aut panem à se acceptum alteri cedere. Tabulam enim jam occupatam, aut panem jam acceptum alteri dare est semetipsum in undis demergere, et sibimetipsi subtrahere cibum necessarium ad vitam, et proinde est positiva cooperatio ad mortem.

208 Notandum est 3tiò, inter bona, quae ab homine possidentur, alia esse, quorum absoluti domini sumus, et ad quae conservanda nullo jure tenemur, cujusmodi sunt bona fortunae in eo, qui ad alios alendos non tenetur, et ex illorum privatione in vitae discrimen non devenit, aut illud damnum Reipublicae, aut aliis non infert: Alia verò esse, quorum absoluti domini non sumus, et ad quae conservanda jure aliquo tenemur, ut sunt vita, et corporis membra. De ijs autem primis loquendo certum est, inquit Salas, licitè nos posse ~~proximum~~ nobis praeferre, utpote cum nulla lex tunc violetur, et adeò difficultas solum esse sit de bonis secundi generis.

209 De ijs autem bonis loquendo, Vs. De propria vita, et membris corporis vix ullum dubium esse sit, te posse licitè illam, et illa exponere, ubi necessitas tua, et proximi non est aequalis, ut puta si tua sit tantum gravis, illa verò proximi sit extrema, tuum periculum sit solum probabile, illud verò proximi sit certum. Nam est juxta charitatis ordinem, ut majus bonum proximi proprio praeferatur: At innegabile est, vitam proximi, quae alia via salvari non sit, majus esse bonum, quam exemptio necessitatis praefinitae gravis, et periculum tantum probabilis vitae propriae, sicuti majus malum est mors certa, quam periculum illius; ergo &c. Atque hac ratione licitè quis sit tempore pestis, aut alterius morbi contagiosi exponere infirmis, etsi probabile periculum infectionis, et mortis ipsi immineat, ut comprobatur etiam plurimis doctorum exemplis: sicque etiam à peccato excusari possunt exponentes vitam suam pro dissolvenda rixa inter se pugnantium, quorum alterutrum morti certò succumbet.

An verò in præfato casu tenearis probabili periculo mortis exponere vitam tuam pro avitanda morte certa futura proximi, non convenit inter Doctores. Quirinus Salas hic Tract. 6 Disp. 1 Sect. 8 num. 2 quem Emmanuele Sá, Toleto, Navarro, et Lopéz existimat, te non teneri, ea præcipuè ratione, quòd præceptum de conservanda vita proximi non sit obligare cum tali, ac tanto incommodo, quale est periculum probabile vitæ propriæ, cum sic esset præceptum nimis durum, et asperum.

210. His autem suppositis circa laudatam difficultatem, an videlicet in pari necessitate tui, et proximi liceat homini permittere mortem suam, et notabilem membrorum mutilationem, et alia hujusmodi pro vita, et incolumitate proximi conservanda, triplex circumfertur Doctorum sententia. Prima absolutè affirmat, altera verò absolutè negat, id licere. Tertia autem inter utramque media quam tuentur Salmanticenses, Salas, Ciribatous, et plures alij ab illis citati, docet, illicitum quidem esse, tunc exponere vitam propriam pro vita proximi tuenda, præcisè comparando vitam nostram corporalem cum vita corporali proximi, et adeò solùm ex motivo conservationis vitæ corporalis proximi; licitum verò esse, quando id fieret ex aliquo specialis virtutis motivo, v. g. pietatis, observantiæ, amicitiæ &c., ut puta si Filius ex pietatis motivo mortis periculum subiret pro servanda vita Patris sui, subditus pro suo Principe, Amicus pro amico &c. ex motivo scilicet virtutis observantiæ et amicitiæ &c. Atque hanc sententiam utpote probabiliorem duabus prioribus præferendam existimo. Unde sit

211. Propositio. In pari necessitate corporali is, cujus vita alijs non est necessaria, ex alicujus specialis virtutis motivo, salvo charitatis præcepto, licitè potest suam mortem permittere pro vitæ proximi conservatione. Ita cum præcitatis Doctoribus, et S. Thoma supra num. 203 relato, nec non cum S. Hieronymo in Cap. 7. Michææ, et S. Ambrosio lib. 3tio Officiorum Cap. 22. et huic sententiæ videtur favere dictum Christi Joan. 15. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Atque ratio est, quia est, quo non tenemur ita conservare vitam propriam, ut non possimus eam periculo exponere propter bonum altioris Ordinis; atqui bonum virtutis, ex cujus motivo tunc exponimus periculo vitam nostram, est altioris ordinis, ut patet, ergo &c. Deinde præceptum conservandi propriam vitam non est tale, ac tantum, ut illud obliget sub gravissima, et maxima difficultate, et dolore inde subeundo: sic, ut communiter fatentur Doctores, nemo tenetur se submittere abscissioni membri, ut brachii, pedis, etsi talis abscissio ex medicorum judicio esset necessaria ad vitæ conservationem, sed potest patienter mortem [illegible] Quod et dicendo de eo, qui nonnisi medicinis, et [illegible] extraordinariis [illegible] salutem suam consulere: quinimo nec [illegible] tenetur admittere curationem in partibus [illegible] quia [illegible] et ea nonminus, quam et [illegible] morte abhorret [illegible] proximi ergo ad vitam suam tuendam non tenetur, non solum [illegible] maximè abhorrent ab alterius cæde, sed etiam ubi [illegible] vita [illegible] conservanda mittere deberet alicujus specialis virtutis exercitium, utpote cum talis omissio magis

disconveniat naturae rationali qua tali quam omissio conservationis propriae vitae; ergo &c.

242 Atque hinc non sit dici, contra moralem sive peccare, qui ex amicitiae motivo cibum suum corporalem pro amici vita in extremo periculo constituti exponit: item dici non sit peccare eum, qui ex pietatis motivo derivet accipere panem sibi ad vitam conservandam necessarium, ut alter extrema fame laborans sibi comparet: et omissis aliis, neque peccat, qui considerans se esse in gratia, potius eligit quam ipsum aggressorem occidere, permittit se ab illo occidi, ne ad infernum descendat.

243 Dixi vero: in pari necessitate corporali; quia non ita tamen concedendum est, licitum esse exponere propriam vitam certo periculo pro proximo in periculo tantum probabili vitae suae constituto, aut tantum in discrimine suae famae aut bonorum fortunae versante; longe enim praestat [illegible] proprium mortis periculo tantum probabili mortis alienae; et eo magis vita propria famae, ac bonis fortunae [illegible], et proinde videtur valide perturbari charitatis ordo adeo ut honestari non posse ex aliquo virtutis motivo.

244 At opponunt opposita sancti patris nostri D. Aug. auctoritatem lib. de mendacio c. 6: Charitas [illegible] temporali vita suam vitam temporalem perdat non est jam diligere sicut seipsum, sed plusquam seipsum, quod sane doct. ejus regulam excedit. Ad rationem ex ipsa charitatis natura petitam, quia nempe ipsa divina charitas nedum inclinat sed etiam ejusdem ordo postulat, ut vitam propriam quisque praeferat alienae; et proinde cum charitas sit virtutum omnium forma, et regula, concipi non potest, quomodo aliae virtutes possint tribuere honestatem omissioni conservationis propriae vitae pro aliena probabiliter [illegible].

245 Respondeo, Augustinum, ut sibi cohaereat cum nostra doctrina, doctoribus ita exponendum esse, ut pro alterius vita propriam perdere non liceat ubi quis [illegible] pro vita proximi servanda se spectata amicitia non debitaret propriam, seu ubi id fiat ob alicujus specialis virtutis exercitium. Nam pro vita amici quo amicus est vitam licitum ponere esse, docuit ipse S. Doctor lib. 2 de Amicitia cap. 2 ubi inquiens: Pro amicis moriendum esse, ut [illegible] auctoritas.

246 Ad 2dum dicendum est charitatem inclinare quippe ordinem esse, ut vita corporalis propria praeferatur alienae, sed non [illegible], sed solum in vita, propria amissione non interveniente majori bonum quam sit vitae alienae. In casu autem nostro quis propriam vitam exponendo viz. pro Patris, aut amici vita, alterius virtutis majus bonum quam sit vita proximi [illegible] ad bonum virtutis. Unde non agit contra charitatis ordinem, ut [illegible] Dist. 29. [illegible] 5. ad [illegible] amicum est, [illegible] virtutis [illegible]

etiam magis appetit virtuosus, quam vitam propriam corporalem. Unde quod aliquis vitam propriam corporalem propter amicum ponit, non contingit ex hoc, quod aliquis plus amicum quam seipsum diligat: sed quia in se ipso diligit bonum virtutis, quam bonum corporale = Hæc S. Doctor, ex quibus sit solutio primæ difficultatis. Nunc sit

Secundæ difficultatis solutio.

217. Cum omnibus egenis nostra indigentiis commoda succurrere possumus, omnes amore tum affectivo, tum effectivo diligendos esse, præceptum charitatis satis manifeste ostendit: cum vero non omnibus, sed aliquibus tantum subvenire possumus, ordinem in dilectione nostra servandum esse, ut scilicet unus alteri præferatur; et hoc quidem nedum quantum ad amorem effectivum, seu beneficentiæ, verum etiam quantum ad amorem affectivum, seu internum, satis recepta sententia docet cum S. Thoma 2. 2. q. 26. a. 6., et constat tum ex eo, quod certe majus peccatum committeret, qui odio haberet Patrem suum, quam extraneum; tum ex eo, quod ordo, et regula dilectionis nostræ tam affectivæ quam effectivæ desumitur a majori, aut minori conjunctione, qua persona diligenda Deo, ac nobis, tanquam duobus principiis, seu regulis, unde modus diligendi desumitur, conjuncta est; et proinde cum non omnes nostri proximi æqualiter Deo, ac nobis conjuncti sint, non omnes æque sunt diligendi; tum denique quia patentibus omnibus amore affectivo, seu beneficentiæ, non omnes proximi a nobis diligi deberent, cum omnibus succurrere non valemus; sed charitatis ordine servato unus alteri præferri debet; et tunc cum amor effectivus per se cum amore affectivo conjungatur, atque ab eo procedat, fieri non fit, ut unus e proximis in amore effectivo præferatur, quin et in amore affectivo anteponatur alteri. Quapropter tertia difficultas manet in assignandis iis personis, quæ in amore nostro aliis sunt præferendæ.

Atque pro hac solvenda difficultate notanda

218. triplex conjunctio, quæ inter homines intercedit, pro qualis [illegible] est. Alia siquidem est conjunctio naturalis, seu sanguinis et originis, qualis est inter Parentes, et Filios, Fratres, et Sorores, aliosque consanguineos ab eodem stipite via generationis descendentes, ex qua radice fit conjunctio affinitatis, quæ oritur ex una parte inter maritum, et uxoris consanguineos, et ex alia vicissim inter uxorem, et mariti consanguineos. Altera est politica, seu civilis, qualis est inter amicos, socios, concives, milites sub eodem Duce militantes &c. Tertia tandem spiritualis, qualis est inter animarum Pastorem, ejusque oves in spiritualibus sibi commissas, inter Baptizantem, et Baptizatum, ejusque parentes, inter baptizatum ejusque patrinos, inter Confessarium, et Pœnitentem, inter [illegible] omnes ratione Fidei, inter Religiosos ejusdem Ordinis &c.

Quibus notatis insuper diligenter

219. animadvertendum est, difficultatem nequaquam procedere de Personis privatis. Loquendo enim de Communitate, Republica, Prin-

ope, aut alia Persona bono publico necessaria, hanc privato cuiq. praeferendam esse, patet ex superius dictis, et ex eo, quod bonum publicum bono cujusque privati praeferendum est, ubi sese pariter cato proprio sit provisum. Tandem advertendum est, praesentem
220 difficultatem propositam versari circa amorem affectivum, seu internum appretiativè talem; non autem circa amorem intensivum, et simplicis complacentiae; non quidem primò circa amorem intensivum, quia sicuti ad satisfaciendum praecepto divinae charitatis erga Deum non requiritur amor intensivè summus, sed sufficit amor appretiativè summus, sic et sufficiat amor appretiativè talis, ut satisfiat nostrae obligationi erga proximum. Non item circa amorem simplicis complacentiae. Hoc enim amoris genere sanctiores, utpote Deo conjunctiores, et amiciores, et adeò amabiliores magis diligendos esse, est per se manifestum. Ita autem exposito statu difficultatis Dico. Quando omnibus simul succur-
221 rere non possumus, in eodem bonorum, et necessitatum genere ex recto charitatis ordine per se loquendo magis appretiativè diligendi sunt nobis conjuncti, quàm extranei et meliores; et inter illos quidem magis diligendi sunt nobis conjunctiores. Ita communior, et melior sententia cum D. Thomâ loco citato in 4 sic disserente. Cum principium dilectionis sit Deus, et ipse diligens, necesse est, quod secundum propinquitatem majorem ad alterum istorum principiorum major sit dilectionis affectus. Quae etiam est mens S. Augi lib. 1 de Doct. Christiana cap. 28 ajentis: Omnes homines aequè diligendi sunt (quoad desiderium boni in genere, seu aeternae beatitudinis; non autem quoad intensionem, aut efficaciam amoris, ut loco citato explicat S. Thomas) sed cum omnibus aequè prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorum, et temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadam sorte junguntur. Ratio autem est, tùm quia rectus charitatis ordo est, ut magis diligamus tàm amore affectivo, quàm effectivo nosmetipsos, quàm alios privatos homines, ergo et postulat, ut ceteris, seu magis diligamus nobis conjunctos, quàm extraneos, et inter illos quidem nobis conjunctiores cum regula dilectionis proximi desumenda sit ab ordine, quo nosmetipsos secundum Deum diligimus, tùm etiam quia ratio ipsa inclinat nos ad magis diligendos nobis propinquos, quàm extraneos, et inter illos jam nobis propinquiores. Charitas autem certè non destruit, sed perficit naturam, ut praelaudatus Praeceptor Angelicus loco citato ostendit, ratio hic
222 Notanda tamen sunt verba illa: in eodem bonorum, et necessitatum genere, quia si v.g. necessitas extranei sit extrema, aut in bonis spiritualibus, necessitas verò propinqui sit solùm gravis, aut communis, aut in corporalibus tantum, tunc extraneo erit subveniendum, ut in simili supra num. 209 dictum est. Item et no-

tandū est, quod dixi: per se loquendo, quia, ut infra patebit, est
quod exceptionem patitur hæc doctrina.

223 Verum cū hactenus traditū principiū pro
praxi inserviat solū pro casu, quo ōibus propinquis subve-
niri nequeat sit, queris hic, ubi propinquis ōibus subvenire non
potes, quinam sint præferendi in dilectione?

Respondeo, conjunctionem naturalem, seu sangui-
nis cæteris ōibus per se esse necessario præferendam; et proin-
de ubi non potes unā simul succurrere consanguineis tuis,
et alijs propinquis, et tibi conjunctis, in eodem bonorum, et
necessitatum genere, per se loquendo præferendi erunt cæ-
teris quinimo sectim valdē propinqui, præsertim in ijs, quæ ad
naturam, seu vitam temporalem conservandam pertinent.
Ita respondet cū S. Thomā quæst. citata A. 8. in C. sic concludenti:
Ideo in his, quæ pertinent ad naturam, plus debemus diligere
consanguineos: et quidem conformiter scripturis mandantibus
unicuique præ cæteris domesticorū suorū curam habere, cum vi-
delicet opera nostra indigent, ut Isaiæ 58, ubi cum præcipiun-
tur opera misericordiæ, alere esurientem, excipere hospitio
peregrinos, operire nudos, continuō subjungitur: et carnem
tuā ne despexeris. seu ut vertunt septuaginta: domesticos se-
minis tui ne despexeris, quasi diceretur: inter cæteros præ-
sertim cura tibi sit tuæ carnis, hoc est consanguineorū: et id
i Timoth. 5°, ubi cum de vidua Apostolus dixisset: Si qua vidua
filios, aut nepotes habet, discat primū domum suam regere, de-
inde subjunxit: Si quis suorum, et maximé domesticorū
curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior.
Consanguinei ergo in amore nostro cæteris sunt præferendi,
et vel etiam constat ex hoc, quod Deus post præcepta di-
lectionis sui, dedit nobis præceptū de honorandis parentibus
adeoque Deus vult, inter proximos nostros diligendos esse paren-
tes, et per consequens ipsis indigentibus præ cæteris nos debere
succurrere. Unde S. Hieronymus in cap. 3 Ezech. inquit:
Natura probatur et fides, ut ordine charitatis post verum
parentem Deum, carnis quoque pater diligatur, et mater,
filius, et filia, frater, et soror: et S. Aug. lib. de vera Reli-
gione cap. 47 inquit: Cum omnibus, quos pariter diligis prodesse
non possis, eis, qui conjunctiores sunt tibi, si malis, injustus
est. Atque ratio est, quia conjunctio sanguinis est naturalis, an-
tiquior, intimior, et immobilior cæteris supervenientibus,
quod utpote naturā supponit charitas, perimere non debet;
ergo etc.

Diligenter autem attendendū est ver-
224 bis positis: et primō illis: in eodem bonorū, et necessitatum
necessitatū genere, ut vel constat ex paulō ante dictis: secun-
dum per se loquendo, quia si casus esset, quod pater, aut
mater in filium essent valdē crudeles, ut si ipsum occide-
re intentassent, plures Doctores volunt, quod filius lici-
tē tenere possit, quamvis non teneatur, in suo amore præ-
ferre amicum a quo servatus fuit, ei succurrendo, omit-

Parentibus in necessitate constitutis. Atque primi probant ex eo, quod licet virtus pietatis erga Parentes longe superet secundum se virtutem amicitiae, et gratitudinis; attamen in casu relato per Parentum impietatem ita diminutum est jus, quod habebant in Filios, ut amicitia, et gratitudo ob singulare beneficium impertitum vincat pietatem. Quod innuere voluit Angelicus Praeceptor citata Quaest. A. 10. inquiens: Potest in casibus hujusmodi tanta esse distantia virtutis, et malitiae, ut amicitia solvatur, vel minuatur. Secundi vero probant ex eo, quod cum Parentes ob opera mala in filium facta aliquid de jure sibi debito amiserint, Filius tamen illis remittere injuriam acceptam, et sic integrum jus in illis erga se restituere. Hanc autem limitationem praelaudati Doctores etiam extenderunt ad casum, quo Parentes conati fuissent Filium suum ad haeresim inducere, et Amicus praesto ei fuisset doctrina, et exhortationibus, aliisque mediis, quibus in vera fide fuit confirmatus; docent nimirum, et tunc Amicum in amore praeferri posse Parentibus, saltem quoad subsidia spiritualia. Quod et vicissim locum habent, ubi Filius in Parentes infideles fuisset.

Tertio attendendum est verbis illis:
225 Saltem valde propinqui: quia licet statuta doctrina communissime admittatur loquendo de consanguineis in primo gradu, illa tamen a pluribus non approbatur si sermo sit de conjunctis in secundo, aut tertio gradu consanguinitatis, et eo minus affinitatis. De his enim gradibus loquendo licet consanguinei praeponendi sint amicis vulgaribus, et communibus benefactoribus; postponendi tamen interdum sunt amicissimis, et insignibus benefactoribus, cum tunc amicitia possit esse ita arcta, et beneficentia ita eximia, ut conjunctionem sanguinis non solum adaequet, sed etiam superet, et excedat.

226 Tandem attendendum est verbis illis: Praesertim in iis, quae ad naturam, seu vitam temporalem conservandam pertinent: quia loquendo de subsidio in spiritualibus non ita facile conveniunt Doctores, an Parentes carnales praeferendi sint Parentibus spiritualibus, in gravi necessitate constitutis. Quamvis etenim cum Suarez, Palao, Silvio, aliis Gotti, et pluribus aliis tanquam probabilior amplectenda sit sententia, quae carnales Parentes etiam quoad subsidia spiritualia praefert Parentibus spiritualibus. Ratio autem est, quia juxta superius dicta carnales Parentes in gravi necessitate praecaeteris omnibus sunt magis diligendi ex charitate. Quod verum non esset, nisi in gravi necessitate spirituali caeteris omnibus praeferrentur, cum charitas praecipue fundetur super communicatione bonorum spiritualium ad beatitudinem conducentium, atque inde, ut dictum est supra et docet S. Thomas in 3tio Dist. 29. A. 7. charitas ordinem naturae non mutat, sed perficit. Parentes autem ut jam notatum est, ordine naturae in gravi necessitate caeteris praeferuntur; ergo et ordine charitatis, et praecipue quidem quoad spiritualia, cum primum sit ipsis servare vitam corporalem, se similiter spiritualem, et in aeternum transmittere.

227. Atque hinc Episcopus, et Animarum Pastor in
necessitate extrema, dummodò communitatem sibi comissã
in periculo spiritualis salutis non relinquat, debet prius suc-
currere Patri, vel matri, vel etiam Filijs, si quos habet carnales,
atque suæ Pastorali curæ non sint commissi, quàm Filijs, et Pa-
rentibus spiritualibus, quia conjunctio naturalis prævalet obli-
gationi, quã ex officio superveniente erga alios habet. Quod
tamen non est extendendum ad alios consanguineos, fratres si-
licet, et sorores, alios que cognatos, cum obligatio erga illos non
sit adeò arcta, quã erga Parentes, et proprios carnales filios,
ac filios spirituales. Ubi tamen Sixtus, ac alij Rotti, et alij obser-
vant, non posse argui peccati mortalis, qui Patri carnali
præponerit Parentem spiritualem, Filio carnali spiritualem
aut meliores etiam extraneos conjunctis, et propinquis ma-
lis, aut minus bonis: Hocque tum quia excessus unius supra
alium non est valdè notabilis, tum quia non omninò conve-
nit inter Doctores quisnam illorum in pari necessitate, et
in eodem bonorum spiritualium genere sit alteri ex charitate præferen-
dus.
Sed iterum, quamvis conveniant Doctores
228. consanguineos in primo gradu per se loquendo præponendos
esse consanguineis in cæteris gradibus, difficultas est, quis
ex consanguineis in primo gradu in eodem bonorum, et ne-
cessitatis genere sit præponendus alijs, dum omnibus subve-
niri non potest. Unde quæres primò, an Pater, et Mater
præferendi sint propriæ uxori, ac proprijs Filijs.
Respondeo, saltem in extrema necessita-
te Filium per se loquendo teneri plus appretiativè diligere
Patrem, et matrem suã, quàm uxorem, et proprios Filios, et
proinde in casu, quo quis non posset unà simul succurrere Pa-
tri, et matri suæ, et proprijs suis filijs, et uxori, tenetur præferre
Patrem, et matrem, ut docet Angelicus Præceptor 2. 2. q. 26
A. 9., ubi ad 3tium respondens ait: In articulo necessitatis Fili-
us obligatus est ex beneficijs susceptis, ut Parentibus maximè
provideat: et A. 11. in Argumento sed contra sic concludens: ergo
magis debemus diligere parentes, quàm uxorem. Ratio autem
est, quia Filius non solum plura beneficia accepit à Patre,
et matre, quàm à quolibet alio, et etiam à proprijs Filijs, et
uxore, verum etiam Pater est causa, et Principium Filij; ma-
jor autem est dependentia, et obligatio effectus ad causam,
quàm causæ ad effectum ergo etc. Unde Angelicus Præceptor
in 3tio Dist. 29 A. 7. inquit: Homo facilius expellit à se
filium, quàm Patrem, quem non expellit, nisi propter ab-
undantem malitiam. Dixi tamen: saltem in extrema necessitate
229. et primò quia loquendo de necessitate tantùm gravi non ita con-
venit inter Doctores, sed inter ipsos dissidium est, an tunc Pa-
rentes præferendi sint proprijs filijs, et uxori: et adeò tunc non
est certa obligatio. 2do quia si necessitas Parentum, et filiorum,
et uxoris esset tantùm communis, tunc facilè conveniunt
Doctores uxorem, et filios Parentibus præferendos esse. Atque
quoad filios videtur colligi ex illo Apostoli 2. Corint. 12. Non
enim debent Filij thesaurizare parentibus, sed Parentes filijs.

ex hoc enim testimonio constat, Parentes in aliquibus debere, filijs
suis providere, in quibus filij non tenentur opem suam Parentibus
præstare: Quod minimè verum esset, si etiam in cōmuni necessi-
tate filij tenerentur præponere parentes suis proprijs filijs,
utpote cum Parentes teneantur filijs suis [illegible] in rebus
necessarijs providere. Quoad uxorem autem suadetur ex illo
Gen. 2: Relinquet homo Patrem, et matrem, et adhærebit uxori suæ.
Quod præcipuè locum habet in casu necessitatis tantum cōmunis
Parentum. Quoad utrumque verò constat ex eo, quòd si filius vel
in cōmunibus necessitatibus teneretur præferre Parentes uxori, et
proprijs filijs, magna perturbatio inde oriretur in ipsis fa-
milijs, facilè locus esset rixis inter maritum, et conjugem, ac fi-
lij non rectè educari possent, saltem plenèque, ut manifes-
te patet; ergo &c. Dixi 2do: Per se loquendo, quia si casus es-
230. set, quod Pater sæviret, et vellet occidere filium innocentem
filij sui, atque filius nullo modo posset propriam prolem libe-
rare, nisi occidendo proprium Patrem, tunc eximius [illegible]
cum alijs existimat, licitum esse Filio Patrem taliter injustè
sævientem occidere; quia iniquitas Patris ita minuit jus, quod
habet ad exigendum honorem, ac reverentiam à Filio, ut præva-
leat jus, quod habet Filius erga Patrem, ut sui vitam conser-
vet. Hocque et dicendum esset pro casu, quo Pater in uxorem
sui filij [illegible] eam tentando occidere; sed non pro
casu, quo Pater in alium innocentem [illegible], ac vellet
occidere, ut notat [illegible] hic Quæst. 26. A. 8. Conclusione [illegible],
quia quis non tenetur defendere innocentem cum tanta jactu-
ra, qualis est mors Patris; et proinde Pater adhuc jus retinet
ne à Filio occidatur pro conservatione vitæ talis innocen-
tis. Ex dictis autem, facilè est solvere dif-
231. ficultatem, an Filius debeat præferre Parentes in necessi-
tate constitutos Creditoribus eâdem patientibus necessitate? [illegible]
Patet neminem esse præferendos esse, ubi necessitas Parentum
esset extrema, quia nemine in necessitate extrema con-
sat obligatio solvendi, et restat solùm obligatio alterius virtu-
tis, v.g. charitatis: charitas autem obligat ad magis conjunctos
in pari necessitate constitutos cum minus conjunctis; ergo
[illegible] Quod Palaus cum [illegible] probabile putat etiam pro casu gra-
vis necessitatis; tum quia necessitas Parentum censetur pro-
pria filiorum; tum quia necessitas gravis est per se justa
causa differendi solutionem creditori talem tantum ne-
cessitatem patienti. Quæres 2do, an in casu, quo Filius unà
232. simul non possit subvenire Patri, et Matri æquè indigentibus
in eodem bonorum genere, teneatur, Matri præferre Patrem?
Responsio est Affirmativa cum S. Thoma citato
tato Quæst. A. 10. sic ratiocinante = Amantur Pater, et mater
ut principia quædam naturalis originis. Pater autem habet ex-
cellentiorem rationem Principij, quàm Mater; quia Pater
est principium per modum agentis, mater autem magis
per modum patientis, et materiæ: et ideò, per se loquendo,
Pater est magis diligendus =. Hæc S. Doctor, quibus consonat
S. Hieronymus in testimonio supra relato num. 223., ubi prius
de patre, et deinde de matre mentionem facit.

233. Quibus non officit, quod mater plusquam Pater laborat tum in generatione, tum in educatione Filiorum; aut quod mater tenerius filios diligat, eisque plura beneficia conferat, quam Pater; aut etiam quod filij naturaliter se magis affectos sentiant erga Matrem, quam erga Patrem. Nam, ut constat ex D. Thoma, debitum amoris filij erga Parentes principaliter fundatur in ratione principij generationis; non autem in majori labore, et amore ipsorum Parentum; et adeo cum excellentia principij respectu Patris sit major, et quidem [redacted], ut superet laborem et amorem matris, merito adhuc Pater matri praefertur. Et per hoc patet ad primum, et secundum; quae proinde non urgent; sicuti neque urget tertium, quia talis appetitus non est a natura rationali secundum se considerata, sed vel est a blanditijs matris, vel ab alia causa extrinseca non prorsus naturali.

234. Si tamen casus esset, quod mater sit bona erga filium, omnemque curam praestiterit pro recta filij educatione ac institutione: Pater vero sit malus, nullamque curam de filio habuerit, tunc mater ob has speciales rationes Patri praeferenda videtur, ut supra in simili dictum est. Hac ratione Angelicus Praeceptor addidit verba: Per se loquendo ex his autem

235. Quaeres tertio, an Maritus in pari necessitate teneatur praeferre uxorem proprijs filijs, ubi vel uxori tantum, vel tantum filijs sit succurrendum?

Respondet Palaus, hac in parte nihil certi statui posse, quamvis cum Suarez, Bonacina, Coninch, et alijs tanquam sibi probabiliorem sequatur sententiam praeferentem uxorem proprijs filijs. Hanc sententiam, quam etiam P. Simonnet, et P. Antoine sequuntur, suaderi sit tum ex eo, quod conjux est comprincipium Filiorum, ratione cujus eminentiam habet super illos; tum ex eo, quod vinculum matrimonij tam arcte conjungere videtur ipsos conjuges inter se, juxta illud Scripturae: et erunt duo in carne una: quam vinculum sanguinis conjungit Parentes, et Filios. Contrarium tamen sentit P. Lucius Ferraris cum alijs Verb. Necessitas num. 32. ea praesertim ratione, quod de jure naturae, strictior videtur esse conjunctio Patris ad Filium, quam mariti ad uxorem, utpote cum Filius sit quid ipsius Patris; non autem uxor. Verum quidquid sit de hoc, ex quo jam patet, Fratres, et Sorores postponendos esse non tantum Parentibus, verum etiam Filijs, et uxori

236. Illud hic monendum restat, nimirum quod inversio Ordinis supra modo statuti inter consanguineos saltem extra casum extremae necessitatis non esset mortale peccatum, ut hic cap. 6. Pun. 3. §. 2. num. 39. notant Salmanticenses. Quinimo Palaus citans Bonacinam, et Suarez vult, non fore culpam gravem, etiam ubi talis inversio esset in casu extremae necessitatis consanguineorum in primo gradu, puta Parentum, uxoris, et Filiorum. Quod tamen negare videtur P. Antoine hic cap. 3. de Ordine charitatis sub verbo inquiens = Porro obligatio servandi hunc ordinem est ex genere [redacted] suo gravis, cum nascatur ex praecepto charitatis gravissimo, id ejus materia, et finis sit gravis =. Et

an recte, an nimis rigide? asserere non audeo. Interim loquendo de consanguineis

Quæres ultimò, an viro habenti Patrem, uxo-
37 rem, et Filios, atque aliena ope indigenti, prius uxore, et Filijs debeat Pater succurrere?

Respondeo, et hoc variatum esse apud Doctores. Nonnulli enim apud Dianam parte 10 Tract. 13 Resol. 3 docent, in necessitate extrema, aut quasi extrema Patrem ante alios, scilicet Filios, et uxorem, teneri illi subvenire, quia quo quisquam genuit, ante alios et eum alere tenetur. Sed, teste P. Claudio La-croix, communior sententia cum S. Thoma tenet, prius Filium teneri Patri suo tunc succurrere, si nempe necessitas sit extrema, aut quasi extrema. Ratio autem est, quia licet sit æquè vicina connexio naturalis Filij ad Patrem, quam Patris ad Filium, Filius tamen plus habet à Patre, quam Pater à Filio; et proinde est major obligatio Filij erga Patrem quam Patris erga Filium. Illud tamen certum est, quod saltem una simul Pater, et Filius tali viro extremè indigenti subsidium præstare deberent; aut etiam si Filius suo oneri non satisfaceret, Pater tenerèaur debitum suum adimplere ea sane ratione, qua si unus ex socijs furibus pro rata sua non restitueret, alius ad totum restituendum obligantur.

Quod si necessitas in casu esset
38. tantum communis, uxor prius, quam Pater, et Filius marito suo subveniri tenetur, quia in communi vita maritus, et uxor unum sunt, et tanta est inter eos conjunctio, ut debeant, se semper comitari, et adesse; ergo etiam ad ipsos primò spectat ad invicem levare difficultates communes in quotidianis casibus occurrentes. Ex his autem de conjunctione naturali modò ad alia conjunctionum genera pergendum esset, et explicandum, quænam ex ijs alteri præstabat; sed quoniam pro hac re certa regula, ac principium dari non sit, id unum mihi sufficiat dicere, quod apud Doctores invenio, inspiciendum scilicet esse ad ea, quæ cuique conjunctioni sunt, omnia, ac in ijs ceteris paribus generato majori, aut minori gradu propinquitatis præferendum esse conjunctum non conjuncto; atque sic in ijs, quæ spectant ad civilem conversationem, conciues præferendi erunt non conciuibus; in illis quæ ad militiam pertinent, præponendi erunt commilitones; in ijs, quæ ad Religiosum statum, et bonum spirituale attinent, Religiosi, et Pater, aut Filius spiritualis erunt antepo[n]endi. Quæ accepta refero à D. Thoma citato Quæst. 26 A. 8. in corpore. Et ideò in his, quæ pertinent ad naturam, plus debemus diligere consanguineos: in his autem, quæ pertinent ad civilem conversationem, plus debemus diligere concives: et in bellicis plus commilitones. Atque hæc de Ordine dilectionis charitatis, quibus

39. Pro complemento quæres, quid agere debeant Parochus, aut alius sacerdos, qui vocatur ad baptizandum infantem jam jam morientem, et absolvendum moribundum confessionem petentem, pariter in articulo mortis constitutum.

Ad casum hunc respondet P. Claudius La-croix, circa talibus cum Esset, Parochum illum, sive sacerdotem non po-

certam utrique extremã jam tunc indigenti successivè succurrere, si clericus, aut saecularis aliquis adest qui sciat baptizare debere eum ad infantem baptizandum mittere, ipsum verò adire ad absolvendum adultum, quia hoc modo utriusque saluti satis providetur. Quod si nemo adest, qui baptizare sciat, et valeat, tunc ad puerum baptizandum accurrendũ esse docent, quia infans sine baptismo decedens certò periturus est, quod de adulto illo dici non sit, tũ quia certũ non esset, eum esse in peccato mortali; tum quia, etsi etiã esset, per actũ perfectũ contritionis sibi consulere possit; et adeò necessitas infantis in casu est longè major, quã illa talis adulti moribundi, et proinde illi esset subveniendũ.

240 Quam responsionem arbitror, extendendam etiam esse ad casum, quo Parochus etiam moraliter certus esset Adultum Parochianũ suũ esse in peccato mortali, atque nescire actum perfectæ charitatis elicere, praesertim ubi etiam infans esset filius sui Parochiani. Nam attento charitatis ordine sicuti caeteris paribus potius succurrendum est ~~proximo~~ innocenti, quam peccatori; ita et potius subveniendum est minus peccatori prae maximo peccatore. Infans autem baptizandus in casu est longè minus peccator, quã adultus absolvendus, ut patet, cum hic peccaverit voluntate propria; non autem infans; ergo &c. Deinde Parochus baptizans puerum certus est de ejusdem spirituali salute, et quod in aeternã beatitudinem recipiatur; non autem ita certus est absolutionẽ sacramentalem talem profuturam Adulto absolvendo: Atqui caeteris paribus certus fructus incerto praeferendus est; ergo &c.

241 Neque obstat, quod semel in ecclesiam ingressus, et fidem xtianã colens praeferendus sit nondum fidem xti profitenti juxta illud Apostoli ad Gal. 6: Operemur bonũ ad omnes; maximè autem ad domesticos fidei aut quia infans ille nondũ acquisiverit jus ad sacramenta, sicuti acquisivit Adultus. Nam ex illo Apostoli solum infertur fidelem praeferendũ esse nondũ habenti fidem ubi caetera sunt paria quod non contingit in casu nostro, tũ quia, ut dixi, spiritualis illa est necessitas Adulto, et certus est pro parvulo fructus; non autẽ pro adulto. Deinde hic non loquimur de jure ad sacramenta, sed de obligatione ex charitate proveniente, quae cum sit major pro parvulo quã pro adulto in casu relato, esto Adultus jus habeat ad sacramenta quale non habet infans, hic meritò nihilominus praefertur. Deinde caeterũ quamvis infans non habeat jus ad caetera sacramenta, utpote cum per baptismũ nondũ sit in ecclesiam ingressus; jus tñ habet ad ipsũ baptismũ, cum jus habeat ad media simpliciter necessaria ad suã aeternã salutẽ, quale est baptismus. Deinde et in Patre suo talis infans jus habet, ut à Parocho ei administretur baptismus. Pater enim solvens decimas Parocho, et alia hujusmodi praestans non solũ pro se sed et pro filiis suis acquirit jus, ut Parochus illis administret sacramenta.

242 Dixi autem supra: Praesertim ubi etiam infans est filius sui Parochiani: quia non ita certum est

...litor, ubi talis instans non esset Filius Parochiani, quia nempe Parochus ex justitia etiam, et non tantum ex charitate tenetur Parochianis suis sacramenta administrare; non Parochianis autem tantum ex charitate teneri pt. Verum et in casu hoc censeo instante adulto esse praeferendum ex supra relatis rationibus, unde dicendum, quod sicuti quamvis debitor ex justitia statuto tempore teneatur solvere suo creditori, solvere non tene... tur, ut ...

... filia D. ... Franc...

Jacobus filius Jo: Baptistae q. Jacobi Tunini, et Justinae filiae q.

Romani Tominini natus hodie circiter hora 15.

Livini Blasius q. Jo: Bapta Romano, et Elisabeth Liv...

Antonij Fiorpo

100
-45
-55

23
19
17
21
18
6
105

52;10
3;10
56
15
15
86

§. 108. ... omnes ... ad sacramenta non spectat.

244 Atque hinc sequitur primo, nos debere ... praecepti Divini ex vero, et sincero corde remittere.

tantum utrique extremè jam tunc indiganti succussurè succurrere, si clericus, aut secularis aliquis adest qui sciat baptizare ~~debere eum~~ ad infantem baptizandum mittere, ipsum verò adire ad absolvendum adultum, quia hoc modo utriusque saluti satis providetur. Quod si nemo adest, qui baptizare sciat, et valeat, tunce ad juvenum baptizandum adeundus esse de[illegible] ...[illegible] ... adest assat, ... hat per ... ... plis ...

148 5
130
120
15
10
145
53
198

153 i—

183

50
6
14
378
12
2
5
3
159

12
18
10
40

secans non solum pro se sed et pro filiis suis ... hujusmodi ... ut ... illis administrat Sacramenta.

... autem ... ubi ... ... qui Parochiani: quia non ita ...

tetur, ubi talis instans non extat pro bono Parochiana, quia nempe Parochus ex justitia etiam, et non tantum ex charitate tenetur Parochianis suis sacramenta administrare; non Parochianus autem tantum ex charitate tenentur. Verum et in casu hoc cum infante adulto est praeferendus ex supra relatis rationibus; unde dicendum, quod sicuti quamvis debitor ex justitia statuto tempore teneatur solvere suo creditori, solvere non tenetur, ubi pecunia solvenda esset necessaria pro succurrendo Patri extreme indigenti, quia ex recto charitatis ordine in extrema necessitate cuicumque alteri praeferendus est Pater; ita et in casu nostro dicendum est. Sed jam sit

§. 4. De inimicorum dilectione.

243 Inimicos nostros quatenus peccatores diligendos non esse, per se manifestum est, quia hoc esset in ipsis peccatum diligere: quatenus vero sunt homines ad imaginem, et similitudinem Dei conditi, et aeternae beatitudinis capaces, nedum non esse odio habendos, sed positive diligendos esse, et quidem tum amore affectivo, seu interno, tum effectivo, seu externo, et beneficentiae, et ita quidem, ut non sufficiat amor in generali, seu in communi; sed quandoque debeat esse particularis, praesertim ubi inimicus indiget ope nostra, atque ei succurrere possumus, aut talis amor nobis est necessarius ad scandalum evitandum, aut vitandum odium, periculum vindictae, aut rixarum, aut aliqua alia specialis ratio occurrit, prout quamquam constat ex dictis toto Articulo 2do §. 1. a num. 139 incipiendo, ostendit illud Christi Lucae 6. et Matth. 5.: Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, et orate pro persequentibus, et calumniantibus vos: quae verba vim praecepti habere constat ex verbis immediate sequentibus, nempe his: ut sitis filii patris vestri, qui in coelis est: Unde cum Christus concludit: estote ergo perfecti, sicut et Pater vester coelestis perfectus est, non vult indicare, dilectionem inimicorum ad christianam perfectionem tantum pertinere. Nam ibi Christus loquitur de perfectione, qua sumus filii Dei, et secernimur ab ethnicis, et Publicanis, et necessaria est ad aeternam mercedem consequendam, ut patet ex his verbis, quae Christus ipse praemittit: si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne et Publicani hoc faciunt? et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne et ethnici hoc faciunt? Christus ergo ibi loquitur de perfectione necessaria ad praesentem executionem; et adeo verba Christi relata important praeceptum, et tale quidem, ut illud nedum sit divinum, sed etiam naturale, cum Christus Dominus in lege gratiae nullum morale praeceptum, praeter ea, quae ad sacramenta spectant, dederit, quod iure naturae latum non esset, ut cum S. Thoma 1.2. q. 108. omnes docent, et supponunt; atque dictum praeceptum ad sacramenta non spectat.

244 Atque hinc sequitur primo, nos debere vi praecepti divini ex vero, et sincero corde remittere,

et condonare inimico etiam non petenti injurias, et offensas ab eo acceptas, quod idem est ac dicere, nos teneri abstinere a volitione, et desiderio, ac complacentia vindictæ, quæ malum est injuriantis ut prædicta constat, tum ex illo Matth. 6: Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet et vobis Pater vester cælestis delicta vestra: Si autem non dimiseritis hominibus nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra: tum pluribus omissis, ex illo quidem Matth. 18, ubi Xtus dicit, tradendos esse tortoribus, qui ex corde injurias acceptas non remiserint, inquiens: Sic et Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Ex quibus à fortiori patet, nullo modo nobis licere optare, et desiderare aut imprecari inimico malum aliquod, quatenus malum ipsius est, ut supra etiam num. 152 dictum est.

Sequitur 2do, nedum nos teneri, animum benevolum habere erga ipsos inimicos, et adeo esse animo bene affecto in eos, et proinde parato ad benefaciendum illis, verum etiam necessarium esse, ut, ubi inimicus noster nostra opera indiget, ei benefaciamus. Et quoad 1um constat
245 ex superius dictis de qualitate amoris habendi erga proximum num. 190; quoad 2dum vero ex illo Rom. 12; ubi Apostolus cum Romanos ad hortatus ad habendam pacem cum omnibus, subjecit: Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus. Noli vinci à malo: sed vince in bono malum. Hisce adde dicta loco mox citato num. 191. Quæ tamen locum habent tantum, ubi inimicus necessitatem patitur, quia si opera alterius non eget, atque alia specialis ratio non urget, sufficit in generali inimicum diligere modo supra dicto de dilectione proximi in genere.

246 Neque his obest illud, quod legitur Matth. 5: Audistis, quia dictum est antiquis, diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Quo si non præceptum, saltem permissum Judæis fuit, inimicos suos odisse. Sicuti neque obest, quod legitur Deuter. 25; ubi præcipitur Israëlitis, ut injuriam ab Amalecitis illatam, quamprimum ulciscerentur, eosque ad internecionem delerent, et quod Xtiani absque scrupulo desideraverint, et imprecentur inimicis ecclesiæ, nonnulla mala, imitantes ecclesiæ exemplum in quadam sua collecta sic orantis: Ut Gentium Paganorum, quæ in sua feritate confidunt, dextera tuæ potestatis conterantur. Nam ad 1um

247 Respondeo, in primis talia verba nulla in parte veteris Testamenti inveniri, atque adeo à scribis, et Pharisæis introducta fuisse, mendacio ... ut plures interpretes volunt et probant. Quod si lex veteris non emendavit, dicendum est, in lege veteri permissum, aut etiam præceptum fuisse Hebræis odium abominationis respectu aliquarum nationum quæ ... ... quæ judæos ad idolatriam trahere conabantur, hujusmodi erant Chananæi; nunquam tamen permissum, et eò minus præceptum fuisse odium inimicitiæ. Quod, ut capias, annotabis, odium inimicitiæ esse illud, quo ex ... personæ ei volumus, et optamus malum

quatenus ejus malum est. Hocque odium utpote per se directe oppositum charitati est intrinsece malum, nulloque honesto fine apposito honestari potest. Odium vero abominationis est illud, quo aversamur personam aliquam, non secundum se spectatam, sed quatenus malis qualitatibus affectam nobis, aut aliis infensam, et perniciosam. Hocque odium non est intrinsece malum, sed ex honesto fine apposito honestari potest. Unde si verum est quod in lege veteri Judaeis datum fuerit praeceptum odio habendi, non jam omnes, sed solum aliquas Nationes, quae nempe legem Dei aversabantur, aliosque ad cultum falsorum Numinum toto suo studio pertrahere conabantur; datum fuit de odio abominationis, interveniente justa causa cohonestante: Quod tamen in lege gratiae postea a Christo sublatum fuit, tanquam minus conveniens evangelicae perfectioni.

248. Ex quo patet via ad secundum, aut ad alia similia, quae objici possunt. Ea enim quae a Deo praecepta fuere Israelitis fieri contra exteras Nationes, non fuerunt praecepta fieri ex odio, et livore contra tales personas, seu ex odio inimicitiae; et adeo non intendebatur malum illarum, quatenus malum illis, sed intendebatur aliquod bonum praeponderans malo, quod Nationibus illis ex tali occasione obventurum erat. Atque speciatim loquendo de facto Amalecitarum, tunc Israelitis praeceptum fuit, ut injuriam Deo illatam ac populo irrogatam non privata auctoritate, sed publico bellico jure propulsarent et vindicarent. Exterminium autem hostium justo bello, ac praesertim Deo rerum omnium Domino jubente, illicitum non est, sed justum, ac honestum. . . . . .

249. Pro ultimi autem solutione revocare oportet ad doctrinam traditam in Tract. de Peccatis Con. 4. Art. 3. § 2. a num. 332., nunquam scilicet licitum esse gaudere, ac sibi complacere, desiderare aut procurare malum proximi quatenus illi malum est; loquendo tamen de malo temporali licitum esse, et finem bonum, et honestum, ac simul praeponderantem tali malo: Atque hinc ut bonum spirituale praeponderat vitae temporali, bonum publicum fidei, et Religionis, publica pax, ac tranquillitas Reipublicae praevalent vitae temporali privatorum, licitum est nobis gaudere de aegritudine, et etiam morte hominis impii, cum talis morbus est medium ut resipiscat a suis sceleribus, cum talis mors est necessaria, ne errores contra Religionem disseminentur, valeat christiana fides tuta sit, et propagetur &c.: Dummodo tamen ut dixi gaudium, complacentia, et desiderium nostrum non sit de malo proximi, quatenus ejus malum est, sed sit de tali malo quatenus causante effectum bonum praeponderantem malo temporali proximi. Ex quo patet, quomodo auferri possint in objecto dicta.

250. Quoniam vero dictum est nos teneri non solum interius, et ex animo; sed etiam exterius et opere inimicos diligere, quaeres, quaenam sint ea amoris signa, quae ergo inimicos et charitate exhibere tenemur?

Responsione praemittere juvat vulgarem distinctionem inter signa communia, seu generalia et specialia, seu particularia dilectionis. Communia, seu generalia sunt

quæ homines in una societate viventes communiter ad invicem præstare solent, suntque signa communia, et generalia sunt, quæ quilibet christianus regulariter erga ceteros christianos exercet, civis erga concives suos, cognatus erga cognatos suos, pauper erga divites, subditus erga superiores etc. Signa verò specialia, seu particularia sunt, quæ in una societate communiter, et regulariter sibi ad invicem non præstant homines etiam ejusdem status [illegible] et conditionis, sed aliquibus tantum sunt propria, et versus aliquas tantum personas exerceri videntur, cujusmodi v. g. est ad convivium invitare, secreta animi sui communicare, et alia hujusmodi. Quibus diligenter notatis pro quæsiti solutione

252. Dico, præcepto divinæ charitatis nos teneri communia, seu generalia dilectionis signa exhibere nostris inimicis; per se loquendo tamen ad specialia non obligari. Ita communiter cum S. Thomâ 2. 2. q. 25. a. 9. in c., et q. 83. a. 8. ita concludente: diligere inimicos in generali est in præcepto, in speciali autem non est in præcepto, nisi secundum præparationem animi, ut scilicet homo esset paratus, etiam specialiter inimicum diligere, et eum juvare in necessitatis articulo, vel si veniam peteret: sed in speciali absolute inimicos diligere, et eos juvare perfectionis est. Atque primi ratio est, quia subtractio communium, seu generalium signorum est apertum, et manifestum signum vindictæ, et livoris, jam fovit. [illegible] prohibitum verbis illis: Non quæres ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum. Altera autem pars vel ex eo constat, quod per se loquendo præceptum charitatis non aliter obligat nos ad diligendos inimicos, quam alios proximos; per se loquendo autem aliis proximis non tenemur exhibere signa specialia, et particularia dilectionis, nisi in casu necessitatis; ergo neque tenemur ea inimicis exhibere.

253. Dixi autem: per se loquendo: quia nonnulli casus sunt, in quibus etiam specialia signa amoris erga inimicos præstare debemus, cujusmodi est primò, ut jam insinuatum est, ubi inimicus in necessitate sive spirituali, sive temporali est constitutus, et nullus præsto sit, qui succurrat. Sicuti enim, ut supra dictum est, cuilibet necessitatem patienti ex charitate est subveniendum; ita et inimico. Secundò, quando ex omissione specialium signorum scandalum secuturum esset, ut puta si quis solitus fuisset familiariter tractare cum aliqua persona, a qua deinde graviter offensus fuisset, et propterea amplius cum illa familiaritatis non agat, alios sumpturos occasionem suspicandi malum aliquod de tali persona, v. g. de [illegible] [illegible], ac ideo, ut veram amicitiam dissolveret, [illegible] [illegible] [illegible] familiaritate. Quod tamen intelligendum est [illegible] [illegible] [illegible], ubi etiam [illegible] scandalum non esset [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ex nova familiaritate [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] tunc [illegible] esset scandalum aliorum, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] via aliqua non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] charitatis ordinem. Tertio, si omissis, [illegible] quis etiam ab alio offensus [illegible], inimicitiam non deponendam nisi [illegible] specialia amoris signa exhiberet. Deponitur verò inimicitia, si specialibus benevolentiæ officiis eum præveniat, tunc scilicet ab inimico [illegible]

tere tenetur, si saltem sine suo gravi incommodo, possit. Nam precipue sine nostro gravi incommodo, ut possumus, tenemur impedire grave damnum proximi spirituale maxime vitae ejus ultra obventionis juxta illud Eccles. 17: Unicuique mandavit Deus de proximo suo. Pro clariori hic dictorum intelligentia

53 Quaeres primo, an quisque in suis orationibus ac precibus etiam inimicos comprehendere teneatur?

Respondeo, loquendo de orationibus publicis ac communibus, quales sunt, quae pro toto christiano Populo, aut pro certa quapiam civitate, aut communitate fiunt, ab iis non licere excludere inimicos ab ecclesiae gremio per excommunicationem non praecisos, atque adeo saltem in generali comprehendi debere. Talis enim oratio est communis signum, et proinde etiam inimicis exhibendum. Atque de hac oratione maxime verum est illud ex Matth. 5: Benedicite his, qui oderunt vos, et orate pro persequentibus, et calumniantibus vos. Loquendo autem de oratione particulari, quamvis et ab hac non liceat excludere modo positivo ipsos inimicos, quia hoc est aperte vindictae et odii signum, [redacted] vi, eos comprehendere, quia saepius non liceat signare rara ne aequa carere Excommunicata persona. Quod totum est ex quo et patet in eleemosynis pro certa quadam communitate assignatis et constitutis non licere nisi fieri inimicos, sicuti neque in beneficiis, aut operibus in gratiam alicujus communitatis factis, aut faciendis; et proinde si quis decrevisset, dare eleemosynam omnibus pauperibus suae civitatis, aut operam suam impendere apud Regem pro suis concivibus captivis, et deinde in eorum numero cogeret orare ista alienos suos inimicos illos, noceret, contra charitatis praeceptum graviter peccaret. Quae tamen intelligo pro casu, quo omnes succurri possit. Nam si quis non habens, unde dicis tribuat indigentibus, aut pro aliquibus tantum potens apud Regem intercedere, eligeret amicos, aut non inimicos inimicis absque odii, aut vindictae livore, non ita facile condemnandus videtur, cum id licere possit, eo quia non inimicos sua re dignioris reputet.

54 Neque his obstat, si dicas: Non vero orare, ut qui pro communitate orat, pauperum communitati eleemosynam tribuit, pro omnibus concaptivis supplicat Deo, eo uno urgeatur praecepto orandi, eleemosynam elargiendi, Deo, ut talem praeceptum sit affirmativum, et proinde semper et pro semper non obligans; ergo bene non tenebitur orare pro inimicis, ipsis eleemosynam tribuere, pro ipsis concaptivis supplicare Deo. Nam in casu obligatio talia etiam inimicis praestandi provenit ex eo, quod inimicorum exclusio esset odii, et livoris signum, et scandalum ingeneraret. Unde sicuti esto quis hic, et nunc non teneatur orare, peccata sua confiteri Deo, attamen ex suppositione, quod velit orare, sacramentum poenitentiae suscipere Deo, tenetur attente, et devote orare, et ponere requisita necessaria ad condignam sacramenti susceptionem, ita et in casu nostro dicendum est.

255. Quaeres 2do, an injuste ab alio, tenus teneatur
eum salutare, et alloqui, dum sibi obviam occurrit?
Respondeo hac in re non unam certam regulam
tradi posse, et propterea ad circumstantias praesertim locorum, et
personarum pro dubij resolutione recurrendum esse. Nam esto
respectu extraneorum, atque aliquo speciali conjunctionis vinculo
nobis non unitorum, ac in Civitate, Oppido, aut alio magno loco
viventium salutatio habeatur tanquam speciale amicitiae signum,
respectu tamen cognatorum, praesertim domesticorum, ac Religiosorum
in eadem familia degentium, sicuti et respectu degentium in
aliquo exiguo, et angusto loco, v.g. parvo aliquo ruro, ubi mos
viget, ut omnes sibi obviam occurrentes se mutuo salutent, salutatio
dici non poterit signum speciale amicitiae, sed signum
commune dilectionis. Unde quamvis in primo casu regulariter quis
non teneatur salutare inimicum, sicuti de facto non tenetur
salutare ceteros nequaquam sibi inimicos; in secundo tamen
casu regulariter inimicum sibi obviam factum salutare tenetur,
quia cum ceteros omnes salutet, omissio salutationis inimici
nedum erit scandalosa; verum etiam signum latentis odij,
et livoris in inimicum. et proinde peccatum grave.
Dixi tamen in utroque casu: regulariter: et quidem
256. ad primum quia si casus esset, quod tuus inimicus esset tuus superior
aut persona aliqua gravis, et eminens, quae ab omnibus indistincte
soleat salutari, ei obviam factus salutare teneberis, quia si
salutationem omittendo evidenter ostenderis id te facere ex animo
irato, et adhuc odio pleno. Quod et dicendum est pro
eo casu, quo invenires inimicum tuum cum alijs conversantem
eosque omnes salutares, et alloquereris; inimicum vero tuum
omnino praeterires. Omissio namque salutationis tunc esset
manifestum indicium vindictae, et animi male affecti in inimicum.
Tertio, omissis casibus supra num. 252. relatis inimicum
salutari debet, ubi ante acceptam offensam solitus eras eum
salutare, et alloqui, atque inimicitiae tua publicae factae sunt;
si enim tunc salutationem omittes, praeter sufficientem fundamentum
suspicandi, te id facere ob odium in illum praeconceptum, sed
etiam scandalum praebes te inspicientibus.
Quoad secundum vero primo, quia si persona
257. laesa fuisset superior offensoris, puta eius Pater, Praelatus, judex,
tunc ad tempus licite salutationem omittere poterit
non jam ex vindictae animo, sed ad opportunam correctionem
et ut culpa in praestandam poenam criminis, ut hinc ceteri discant
ne debito superiores reverentiae. 2do quia si injuria accepta
esset gravissima, atque offensus salutationem omitteret unice
ad ostensionem sui justi doloris coram scientibus talem injuriam,
non poterit tanquam reus odij redargui, utpote cum circumstantias
praesidentes debeant praesumere unice fieri ad ostensionem
justi doloris. 3tio quia non facile condemnandus
videtur, qui remoto omni odio, et vindictae animo maximam
passus difficultatem in salutando inimicum, antequam
ei obviam veniat, simulat distractionem aut oculorum
habitudinem, ut inde ab adstantibus prudenter praesumatur,
de facto inimicum suum non vidisse, et adhuc
suspectum fuisse, ne eum salutaret. Quibus et addo casum quo
inimicus ex salutatione animosior fiat ad imposterum offensionem

258 Ast major est difficultas pro casu, quo inimicus tibi obviam factus te prius salutavit, an videlicet tunc eum resalutare tenearis?

Respondeo, ab inimico suo salutatum per se loquendo teneri eum resalutare, ut hic docet Palaus cum Suarez, Coninck, Valentia, Layman, et alijs, quos sequitur Tamburinus condemnans peccati mortalis resalutationem omittentem. Ratio autem est, quia post inimicitias non solum regulariter censeris omittere ex odio preconcepto, et ex inimici contemptu; verum etiam alteri praebes scandalum, atque occasionem in inimicitia persistendi, et odium forte extinctum accendendi in corde suo; nisi forte inimicus salutans esset conditionis notabiliter inferioris, ut servus respectu viri nobilis, filius respectu Patris, subditus respectu Principis, dum vel alios eum resalutare non solerent, aut si salutabant, interveniret circumstantia ostendens, superiorem id non facere ex odio, sed ob correctionis, aut justae poenae finem, utpote cum nullus sit contemptus personae salutantis, nullumque scandalum inde foret. Atque ideo in responsione dixi, per se loquendo teneri eum resalutare, ut videlicet talem casum, aut alium similem eximerem.

259 Quaeres 3tio, an qui alium injuste offendit teneatur veniam petere, ac satisfactionem competentem exhibere offenso; adeo ut, si id facere nolit, a confessario absolvi non possit?

Respondeo per se, et regulariter teneri, et desumitur ex illo Christi Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris, quia Frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum. Quod egregie exponit S. Aug. sermone de verbis Domini in monte cap. quaest.: Si absens est Frater tuus, vade non pedibus corporis sed animo humili te prosterne in conspectu eius, cui oblaturus es, si praesens, revocandus est ad amorem ab eo veniam petendo, si eum laesisti, vel si te laesit remittendo cordis rancorem. Atque ratio est, quia praesertim ubi offensa est gravis, justitia ipsa exigit, ut injuria alteri injuste illata reparetur. Quare nolens tunc veniam petere, et debitam satisfactionem praestare injuste offenso, regulariter absolvi non erit, quia nempe non sit esse vere contritus qui suae obligationi non vult, uti fit, satisfacere. Caveat tamen confessarius ne tempore indebito urgeat ad id poenitentem suum, quale tempus solet esse statim ab injuria illata. Tunc enim est periculum potius augendi, quam minuendi rancorem in laeso. Quare expectandum erit aliquod tempus prudentis viri arbitrio, ut dolor minuatur, et offensus placatus possit veniam recipere ut ex Azorio, Patre

260. Hurtado, Filiucio, et alijs notat Tamburinus.

Excipiendi hic tamen sunt nonnulli casus, quos communiter assignant Doctores, in quibus nimirum laedens laeso veniam formalem expressam petere non tenetur. Et quidem primo, ubi injuria illata persatis omnibus esset levis. Nam veniae petitio secundum se est res gravis, et pro injuria levi satis-

facto gravis non est dicta. 2dō ubi prius læsus læserit graviorem intulit injuriam, quia gravior offensa prævalet minori, et suprius est compensanda. 3tiō ubi injuria ex utraque parte accepta et illata pensatis omnibus, et præsertim qualitate offensæ, et conditione personarum a læsionum esset moraliter æqualis. Tunc enim datur mutua compensatio, et proinde sufficit, ut deposito odio mutua sibi præstent benevolentiæ signa v.g. salutationem, allocutionem &c. ità tñ, ut cui prius occasio offertur hæc signa præstandi, ea exhibere debeat; et proinde ubi mos sit ut qui per viam transit, prius salutat ibidem stantes aut sedentem, salutatio tunc à transeunte prius erit exhibenda. 4tō, si aliter, quàm per veniæ petitionem læso satisfactum sit, v.g. per pecuniam, per specialia signa, et officia amicitiæ, per aliquod particulare officium, per aliorum intercessionem, et alia hujusmodi, quibus offensus rationabiliter deberet esse contentus, ut per se patet. 5tō, si læsus non sit contentus satisfactione prudentis arbitrio competente, sed immoderatam exigat, qualis eēt, si velles, ut aliquo infami modo veniam peteret, quia ante judicis sententiam ad hæc tàm ardua, et difficilia nullus tenetur, ut cum alijs notat Palaus hic Tract. 6. Disp. 1. Pun. 6. num. 11. 6tō, ubi offensus, vel læsus spectatis circumstantiis merito censetur satisfactionem non curare, aut eam remisisse, sicuti contingeret pro eo casu, quo eam non exigit pro eo tempore, quo facilitèr exigere posset, aut cum læsore ità amicabiliter tractat, ac si nullam offensam, et injuriam accepisset. Condonatio enim injuriæ tunc facta præsumitur, atque hæc sufficit ad deobligandum alium à debita compensatione. 7mō, quando per veniæ petitionem, et debitam compensationem oblatam offensus magis exacerbandus esset, cum tunc nedum inutilis sed perniciosa foret veniæ petitio, et exhibita conversatio. Quod idem esset in eo casu, quo prudenter præsumitur, alterum non acquieturum, nec condonaturum, nulloque modo curaturum veniam ab eo petentem, ac suæ obligationi satisfacere volentem; tunc enim velut titulo recompensationis, quasi in depositum retinere potest satisfactionem, quousque videat illum paratum ad sibi debitam satisfactionem, ubi dicat acceptari satisfactionem. Etiam si apud aliquos viros nobiles veniæ petitio non sit in usu sed in mora sit, satisfacere per exhibitionem aliquorum signorum specialis amicitiæ, ac benevolentiæ, quia per talium signorum exhibitionem sibi satis satisfactum reputatur nobilis, tamquam satisfactione contentus jure præsumitur. Ultimò si offensor est longè superior offenso, aut læso ut si eēt Pater, Prælatus, judex &c., atque injuria non est atrox, aut notabiliter gravis, cum non deceat superiorem se submittere inferiori, atque alijs modis puta benigniorum affabili allocutione, aliisque similibus demonstrationibus ipse compenset injuriam inferiori à se illatam quantum ex prudenti arbitrio debet compensare.

Sed quid dicendum ubi duo se mutuo

261 offenderunt, aut læserunt?

Respondeo cum distinctione; vel enim illæ offensæ, aut injuriæ mutuò illatæ sunt spectatis omnibus inæquales, vel verò æquales sunt. Si inæquales sunt, tunc qui graviorem

injuriam intulit, prius veniam petere, et debitam satisfactionem praestare tenetur, ut ex superius dictis patet. Sin vero aequales sunt, tunc attente inspiciendum, an una alteram praecesserit, an vero fuerint simultaneae? Si unus prius alium offenderit, et laeserit, hic prius veniam petere, ac satisfacere tenetur, utpote qui prius obligationem contraxerit. Si vero hi duo simultaneè se offenderint, et laeserint, juxta superius dicta ille, cui primo offertur occasio, debet prius suae satisfacere obligationi, praesertim si hic non sit superior, quo casu putat Lacroix [illegible] posse differre, seu suspendere satisfactionem, donec alius sibi debitam exhibeat.

Atque ex his patet, quomodo confessarius se gerere debeat cum poenitente se de inimicitia aliqua accusante; sicuti etiam patere debet solutio ad sequentem casum, quem proponit, et solvit P. Paulus Laymann hic cap. 4 sub num. 4, an scilicet confessarius absolvere possit Patrem, aut Matrem, quae, nedum ejecit à domo filium, aut filiam suam, verum etiam ei salutationem, colloquium, et similia denegavit, ac etiam veniam petenti ignoscere constanter recusavit, quinimo caeteris filiis, ac filiabus, nec non domesticis severe prohibuit, ne eum salutent, et alloquantur, eo quod videlicet indigno matrimonio se copulaverit, aut aliud aliquod aliam indignam actionem fecit non sine magno familiae dedecore. In casu subjicit confessarius inquirere diligenter debet à tali Patre aut Matre, an id ex odio, rancore, et livore praestiterint, an vero ad justam vindictam, et punitionem debiti praestiterint, et adhuc praestent, vel etiam ad exemplum caeteris filiis, ac filiabus, et domesticis, si quos habent? Si primum eveniat, eos absolvere non debet, quousque odium, et livorem non deponant, quia hoc est ab intrinseco malum. Sin vero secundum accidat, attente perpendat prudens confessarius, an vindicta sumpta, et punitio jam irrogata fuerit nimium diuturna, et adeo excesserit mensuram debiti, vel non? Quod prudentum arbitrio erit dijudicandum. Si primum, absolutio danda non erit, nisi [illegible] propositum mutent, et signa dent emendationis. [illegible] neque superior poena excedente debitum [illegible] Si secundum eveniat, absolutio dari potest, praemissa tamen salutari exhortatione, ut se mites exhibeant. Tunc quippe nihil injustum, et indebitum fecerunt tales Parentes. Quare non poterunt in perpetuum illi reconciliationem denegare, sed tantum ad tempus differre, quousque convenienter videbitur ad [illegible] punitionem, et [illegible], bonos [illegible], et honestos [illegible].

Quaeres 3tio, an injuste laesus ab alio teneatur, nedum ex corde remittere offensam, ac signa reconciliationis illi petenti veniam exhibere, v.g. eum salutando, alloquendo, cum urbanitate acceptando, aliaque similia praestando, ut supra dictum est, verum etiam teneatur condonare debitam satisfactionem, atque eum ad [illegible] commonere?

Pro cujus solutione ex S. [illegible] distinguere oportet inter [illegible] offensam injuriam, et damnum. Offensa [illegible] est [illegible] malus [illegible] voluntatis alterius, qua [illegible] aliquis alteri praebet motivum sufficiens displicentiae;

ac etiam indignationis, aversionis, et iræ adversus offendentem; verum, ut nullo modo jus alterius lædatur, sed tantum sit contra charitatem, et pacem humanam, sicuti accideret pro eo casu, quo Amicus peteret á me commodatum librum, quo ipse indiget, cum facilè commodare possem, nollem dare. Atque huic offensioni genere nulla satisfactio est debita, sed solum amica reconciliatio et ex charitate, et ex motivo pacis bonæ. Injuria autem est juris alterius læsio, qua nimirum nedum fit aliquid contra alterius voluntatem, unde ea apud illum irritare, atque ad iracundiam provocare, verum etiam est contra verum, et strictum jus alterius. Hæcque duplex citer ut contingere, cum damno nempe, et sine damno personæ læsæ. Si absque ullo alterius damno contingat, dicitur injuria mera, seu non damnosa; sicuti esset pro eo casu, quo dixi occultè, et absque publicitatis periculo alteri infert contumeliam aut nulla suscepta prole, nullaque damnificatione socii occultè alterius uxorem cognoscas. Tunc enim utique injuriam infers, quia lædis jus, quod ille habet ad suum honorem et istius in corpus conjugis; nullum tamen damnum infers. Atque pro hac injuria satisfactio, quidem non restitutio debetur. Sin verò talis injuria cum damno alterius conjuncta sit, ut fit, cum quod alterius erat, aufertur, pro eo tunc injuria dicitur damnosa et pro ea debetur restitutio. Unde si V. G. Titio furatus fueris pecuniam, si ejus domum incenderis, si ejus uxorem, suscepta prole, cognoveris, pecuniam restituere, damnum illatum resarcire teneberis, sicuti et prolem alere, et damna, quæ legitimi filii inde patiuntur, compensare debebis.

264 Atque pro horum majori captu denotabis tum, restitutionem rigorosè sumptam esse actum rigorosum commutativæ justitiæ, quo damnum alteri illatum sive in bonis animæ, sive in bonis corporis, sive in fama, sive in honore, sive in bonis fortunæ usque ad æqualitatem arithmeticam compensatur; atque in conscientia debetur ante omnem judicis sententiam, et fori externi actionem; contra verò satisfactionem secundum se spectatam esse compensationem injuriæ alteri illatæ, quæ in eo consistit, quod læsor, seu offendens in gratiam læsi aliquid sive molestum contra propriam voluntatem faciat, et paciatur animo, et fine cum sibi reconciliandi, ejusque animum iratum placandi, atque eo, quod necessariò ipse aliquid in alterum conferatur.

265 Deinde denotabis, ab eo injustè offensum pro accepta injuria duplicem actionem contra offendentem instituere posse, civilem unam, criminalem alteram; prior est, qua contra criminosum intentari solet pro compensatione damni sui injustè illati usque ad æqualitatem; altera, ut patet, eum habet, ubi injuria fuit damnosa; nis ceu altera est, quæ apud judicem institui solet ad ... et ... in ... debitam pro injuria ad crimen ... locum habet in qualibet injuria sive fuerit, sive non fuerit damnosa. His autem ... ad ... propositionem, quæ solum respondere ..., quatenus ..., quoniam ... constat, nos debere ... contra injurias ... offenses inimicis ... et reconciliationis signa exhibere

66. Respondeo, injuste offensum ab alio non teneri satisfactionem sibi debitam, et aequam illati damni compensationem illi remittere, etiamsi veniam petierit; quinimo contra nolentem eam sibi praestare juridicam actionem licite instituere posset; et adeo pacem pro tunc illi dare non tenetur, ut communissime tenent Doctores, immo certum dicunt Sivibaldus, Sporer, et alii. Ratio est manifesta, quia ex una parte offensor ex stricta, et rigorosa justitia tenetur satisfacere pro injuria injuste illata, et damna malitiose causata ad aequalitatem compensare, ex alia vero parte offensus et laesus jus strictum habet ad satisfactionem debitam, et aequam compensationem; atqui secluso odio, livore, animo vindictae, aliove pravo fine, et intentione, quam in casu abesse supponimus, ex justitiae amore quisque ab alio nolente id petere per medium licitum, quale est actio juridica, quod sibi ex justitia debitum est, et alius exhibere tenetur; ergo etc. Quod verum etiam est pro eo casu, quo contra offensorem criminalis actio ad justam sceleris vindictam per judicem esset instituenda, tum quia id in casu ex malitia offensoris proveniret; tum quia offensus in casu non esset causa nisi actionis justae, et licitae, qualis est actio criminalis ex amore justitiae, et boni communis tunc a judice instituenda. Cavendus tamen est nimius rigor in satisfactione, et compensatione tunc petenda, cum christianus semper redolere debeat pietatem, et misericordiam.

67. Atque hinc maxima difficultas solum esse fit pro eo casu, quo offensor, et laesor nedum veniam petit, sed paratus est debitam satisfactionem pro injuria, et aequam compensationem pro damno illato praestare: et tunc inter se divisi sunt Doctores. Azorius, Bajo, Sylvester, Antoine, P. Daniel Concina, et alii docent, offensum teneri acceptare satisfactionem, et compensationem sibi debitam et offensore oblatam, atque pacem concedere, et deinde neque actionem civilem, neque criminalem apud judicem instituere posse. Atque sententia videtur suaderi posse ex sacris scripturis, et praesertim ex illo Lucae 17. ubi legitur: Si peccaverit in te frater tuus ..... et conversus fuerit ad te dicens: poenitet me, dimitte illi: et ex illo Apostoli 1. Corinth. 6. ubi damnat Corinthos lites instituentes adversus fratres suos dicens: Jam quidem omnino delictum est in vobis, quod judicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? sed vos injuriam facitis, et fraudatis, et hoc fratribus: quod praecipue verum est, ubi offensor debitam offert satisfactionem, et compensationem, et ea quidem ratione, qua creditor injuste ageret contra suum debitorem jam paratum debitum suum solvere, si nihilominus contra eum litem intentare vellet cum dispendio ejusdem. Quapropter Fabianus Zano in Genit. Si quis contristatus est, [illegible] dicemus, quod ille, qui ob injuriam [illegible] graviter contristatus [illegible] actionem sibi oblatam [illegible] gravissimis se id complacetur; et quidem jure, tum quia

agere contra charitatem severe prohibentis, ne alteri faciamus quod nobis rationabiliter nolumus ab aliis fieri; tum quia ejusmodi, et manifestum signum est, hanc actionem juridicam instituti ex vindictæ affectu, cum nulla utilitas renovetur; tum tandem quia offensori præbetur occasio scandali, et perseverandi in inimicitia, et rixas, et odium augendi. Quod nemini licitum esse sit; ergo &c.

208 Contra Palaus hic Tract. 6. Disp. 1 Pun. 6. num. 9. cum Suarez, Sanchez, Lora, Bonacina, et aliis, Laymann, Sporer, et Giribaldus vocans sententiam suam magis communem, et magis receptam, docent, seclusa jam animo vindictæ, odii livore, aut alio pravo fine, injuste offensum, et læsum non teneri rem componere cum suo offensore etiam satisfactionem et compensationem debitam offerente, sed posse absque mortali peccato instituere, et prosequi actionem coram judice, et vindictam postulare ex zelo tamen justitiæ vindicativæ, facta tamen semper protestatione, quod id non petit ex affectu vindictæ et ex odio, sed ex amore justitiæ et boni publici exigentis, ut scelera non maneant impunita, ut sic scandala evitentur. Ratio fundamentalis hujus sententiæ est, quia ex una parte offensor injuste alterum injuriando, eique damnum inferendo, promeruit pœnam a judice via juris sibi infligendam, et ex alia parte judex ex justitiæ punitivæ et vindicativæ amore, et zelo tenetur sit punire delinquentes, et alios injuste vexantes, cum ad hoc a republica positus sit, ut nempe punitione eos coerceat ab injuriis inferendis, et pace turbanda, et ut probis sit exemplum se in justitia continendi; atqui ex eo ipso motivo, quo judici liceat pœnam aliquam a reo promeritam illi infligere, et alteri liceat eam petere; cum hinc petat aliquid licitum, et ex motivo honesto; ergo cum, ut supponimus, in casu nostro offensus ex motivo tantum justitiæ injuriarum actionem instituat, licite instituit; ergo &c. His accedit, quod offensus a die commissi delicti acquisierit jus strictum ad satisfactionem juridicam, seu a judice determinandam, cui renuntiare non tenetur ob aliam satisfactionem sibi exhibitam, ea sane ratione qua Petrus v. g. per contractum emptionis jus habens in frumentum Pauli illi renuntiare non tenetur per oblationem contractus æque, aut etiam magis sibi lucrosi; non tenetur ergo offensus desistere, seu non inchoare actionem injuriarum coram judice contra suum offensorem. Cui argumento, ut arbitror non parum roboris addit Decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, et Regularium in Cajetana die 15. Novembris 1588; quod habetur apud Sellium in Selectis Canonibus cap. 17. num. 24. apud Baltorem in Summa Apostolicarum Decisionum verbo Pax, num. 2. et refertur a P. Ferraris pariter verbo Pax num. 2., in quo determinatur, quod pacem cum alio facere nullus est compellendus, quia, ut ibidem subjungitur, sufficit pro foro conscientiæ intus injuriam remittere.

209 Verum quamvis sententia hæc admittenda sit pro eo casu, quo bono publico expediat delinquentem puniri, aut necessarium videatur ad delinquentis emendationem, puta ubi occasione obtentæ veniæ animosior et audacior fieret ad similia, vel alia delicta perpetranda

ut alij etiam tali exemplo veniæ de facili obtentæ, moti easdem assumerent alios lædendi, et offendendi; atque in praxi est valdè periculosa propter naturæ corruptionem. Nam cùm ulciscendi libido hominum mentibus penitùs insita sit, ut loquitur Catechismus Romanus Part. 3. de Quinto Decalogi Præcepto num. 29. difficile est, ac rarum invenire, qui, remisso odio, et spiritu vindictæ, velit actionem injuriarum coràm judice ex solo amore, et zelo justitiæ, ac boni publici: Porrò consulenda semper est ista sententia, utpote divino conformis evangelio, et consilio nobis à Christo dato Matth. 5: Si quis percusserit te in dexteram maxillam tuam, præbe illi et alteram: Atque hæc de inimicorum dilectione.

Caput Quintum.

De Divinæ Charitatis effectibus.

Divinæ charitatis effectus alij sunt interni, et alij externi. Interni sunt amor, gaudium, pax, et tristitia propter Dei offensam, vel malum præsertim spirituale proximi. Atque in his utpote parum, aut nihil moralitatis præseferentibus non immorabimur, remittentes curiosum lectorem ad D. Thomam 2.2. q. 28. et duabus sequentibus de his ex professo tractantem, de externis, qui præcipuè sunt eleemosyna, et correctio fraterna, dicturi. Sit itaque

Articulus primus.

De eleemosyna.

Eleemosyna vocabulum græcum, quod latinè redditum miseratio, seu misericordia dicitur, est alienæ indigentiæ sublevatio, seu est actus, quo ex compassione proximo aliquid tribuimus ad ejus indigentiam sublevandam. Quæ si præcisè fiat ex naturali compassione alterius miseriæ est actus misericordiæ naturalis: Sin verò fiat propter Deum, est actus à charitate imperatus: sicuti est actus à pœnitentia imperatus, si ex motivo satisfaciendi Deo pro peccatis instituatur; actus verò à Religione imperatus, si in Dei cultum et honorem ordinetur: Quemadmodum verò indigentia, seu miseria proximi duplex est, corporalis una, spiritualis altera; ità et eleemosyna una est corporalis, corporis nempe necessitates spectans; et altera est spiritualis, indigentias scilicet animæ respiciens, ad eas sublevandas. Porrò opera misericordiæ corporalis, seu quæ respicit eleemosyna corporalis, sunt septem, nimirum visitare infirmos, et carcere detentos, potare sitientes, pascere esurientes, redimere captivos, nudos operire, hospitio recipere peregrinos, et mortuos sepelire. Spiritualia itidem sunt septem, scilicet præbere consilium dubitantibus, docere ignorantem, corrigere peccantes, consolari mœstum, remittere offensam, patienter ferre injurias, et molestias proximorum, et orare pro vivis, et defunctis juxta sequentes versus

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.
Consule, carpe, doce, solare, remitte, fer, ora.

Atque de eleemosyna taliter ac certo modo disputabimus, exponendo ejusdem præceptum, atque varia dubia, quæ ad

eam spectant explanando, interim monitum volentes Lectorem, ut, quod dicemus de erogatione subsidij corporalis, v. g. pecuniæ, vestium, ac similium rerum, cum proportione dictum de singulis recensitis operibus intelligatur.

§. 1. De Tempore, quo urgeat Præceptum eleemosynæ.

211. Non in consilio, sed in præcepto rigoroso, et quidem sub gravi obligatione positum esse per eleemosynam succurrere in libet proximo opera nostra indigenti, sive Fidelis sit, sive Infidelis, sive justus, sive peccator sit, manifestum est ex utroque testamento. Nam Deuter. 15. legitur: Non deerunt Pauperes in terra habitationis tuæ, ideirco ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno, et pauperi: et Ecclesiast. 4. Fili, eleemosynam pauperis ne defraudes: et Tobiæ 4. Ex substantia tua fac eleemosynam, et noli avertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini. In novo autem testamento 1. Joan. 3. legitur: Qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? et Apostolus 1. ad Timoth. 6. inquit: Divitibus hujus sæculi præcipe..... facile tribuere. et Christus ipse, ut habetur Matth. 25. pro ratione reprobationis damnatorum in die judicij hanc est redditurus: esurivi enim, et non dedistis mihi manducare, sitivi, et non dedistis mihi potum etc. Quod et unanimiter docent SS. Patres, et probat ipsa ratio ex natura ipsius charitatis erutâ, quam Angelicus Præceptor 2. 2. q. 32. A. 5. sic proponit =: Ad dilectionem proximi, inquit, pertinet, ut proximo non solum velimus bonum, sed etiam operemur, secundum illud Joan 3. Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, et veritate. Ad hoc autem, quod velimus et operemur bonum alicujus, requiritur, quod ejus necessitati subveniamus, quod fit per eleemosynarum largitionem, et ideò eleemosynarum largitio est in præcepto =.

212. Hinc difficultas solùm esse fit circa tempus, quo hoc divinum præceptum obligat. Pro qua in primis ad memoriam revocare oportet ea, quæ circa necessitatum genera diximus supra sub num. 101, et quatuor sequentibus. Secundo advertere oportet, bona, quæ possidemus, esse diversi generis. Alia videlicet sunt necessaria naturæ, seu vitæ, et ea sunt, sine quibus non fit conservare propria vita, et aliorum, quorum cura nobis incumbit, ut sunt Parentes, filij, uxor, fratres, sorori, et ancillæ, adeo ut talibus bonis deficientibus vel mors sit subeunda, vel saltem incurrenda esset vita morte ipsa amarior. Atque sic bona necessaria vitæ ea dicuntur, sine quibus quis fit suam, ac propriam familiæ vitam conquirere alere, et sustentare, quin ad angustias reducatur. In secunda classe sunt bona, quæ sunt necessaria statui, et sunt ea, ut utar verbis D. Thom. 2. 2. q. 32. A. 6, sine quibus non fit convenienter vita transigi secundum conditionem et statum propriæ personæ, et aliarum personarum, quarum

cura ei incumbit: at hæ etenim in duplici sunt differentia: quædam namque sunt simpliciter sibi necessaria ad statum conservandum, ita ut ijs deficientibus quis à suo statu excideret, utputa si quis ex reditibus non ad extra vivens [illegible] vitam deinde agere conaretur: Alia verò sunt, quæ duntaxat sunt necessaria ad status decentiam modestiæ christianæ consentaneam: at sic ea bona dicuntur statui superflua, quibus demptis quis neque proprio statu excideret, neque cogeretur subtrahere aliquid de decore sui status modestiæ christianæ conformi.

25. Nota delle Messe di quelle della ven.de Chiesa di S. Michiele Archangelo di Vissandone, di S. Tommaso Apostolo di Villa-Orba, e di S. Stefano Protomartire di Blessano.

La ven.da Chiesa di Vissandone deve far celebrare Messe num. 68.

La ven.da Chiesa di Villa-Orba deve far celebrare Messe num. 78.

La ven.da Chiesa di Blessano deve far celebrare Messe num. 106.

Nota di quanto esse Chiese contribuiscono al Parroco per dette Messe, ed ancora per onoranze, ed officiature.

La ven.da Chiesa di Vissandone contribuisce per dette Messe, onoranze, ed officiature) L 105 16.

La ven.da Chiesa di Villa-Orba contribuisce per dette Messe, onoranze, ed officiature —) L 123 8.

La ven.da Chiesa di Blessano contribuisce per dette Messe, onoranze, ed officiature) L 85 7.

Si deve avvertire, che dopo seguito l'incendio nel 1609. essendosi abbruciate le carte di ragione della Chiesa, e Beneficio da' Parochi miei antecessori non si fece alcuna distinzione delle limosine per le Messe, e della contribuzione per l'onoranze, ed officiature, così che da' Parochi antecessori, [illegible] e successori, che celebravano dette Messe di queste si [illegible] contribuivano ora lire venti due, ora lire venti quattro per cadauna Messa, come per decreto fu pubblicato. e così il [illegible] risulto à conto delle onoranze, ed officiature.

[illegible] propter avaritiam servant. Atque hinc superfluum statui aliud est dicendum est, quod ad statum præsentem ho

eam spectant explanando, interim monitum volentes lectorem, ut, quod dicamus de erogatione subsidij corporalis, pecuniæ, vestium, ac similium rerum, cum proportione dictum de singulis recensitis operibus intelligatur.

§ 1 De tempore quo urget Præceptum eleemosynæ.

271. Ora però, sin a tanto che si porrà in chiaro la ridizzima rein dizanto, che tali limosine siano computa a soldi venti quatro per una per quiete di mia conscienza.

Nota

La Messa della Vend.ta Chiesa di Vittariona num. 68 a soldi 24 l'una importano ———— 81:12.

La Messa della Vend.ta Chiesa di Villa Orba num. 78 a soldi 24 importano ———— 93:12.

La Messa della Vend.ta Chiesa di Blessano num. 106 a soldi 24 l'una importano ———— 127:4

272.

necessaria esse ...

perflua vitæ ea dicuntur, sine quibus quis sit suæ, ac propriæ familiæ vitam congruè alere, et sustentare, quin ad angustias reducatur. In secundo statu sunt bona, quæ sunt necessaria statui, et sunt ea, ut utar verbis S. Thomæ 2.2. q.32. A.6., sine quibus non sit convenienter vita transigi secundum conditionem et statum propriæ personæ, et aliarum personarum, quarum ...

cura ei incumbit: at hæ iterum in duplici sunt differentia: quæ-
dam nempe sunt simpliciter sibi necessaria ad statum conser-
vandū, ita ut ijs deficientibus quis a suo statu exciderat, ut nuta-
n quis ex reditibus bonū agrorū vivens rusticā vitam degere co-
n conaretur. Alia verò sunt, quæ duntaxat sunt necessaria
... decentia etiam consentaneam ...

filijs suis, filij sui filijs suis, et sic per omnes, et nullus factu-
rus est propter hæc Rei. Debere se volunt nomine gratitatis,
et dealbare, ut quasi propter illos videantur servare homi-
nes, quod propter avaritiam servant. Atque haec sunt, ... cuim
statui ... dicendū est, quod ad statum, ... hominem ho-

eam spectant exornando, interim monitum volentes lectorem, ut, quod dicamus de arrogatione subsidij corporalis, pecuniæ, vestium, ac similium rerum, cum proportione dictum de singulis recensitis operibus intelligatur.

Secunda esset vita morte ipsa amarior. Atque sic bona superflua vitæ ea dicuntur, sine quibus quis sit suam, ac propriæ familiæ vitam congrue alere, et sustentare, quin ad egestatem reducatur. In secunda classe sunt bona, quæ sunt necessaria statui, et sunt ea, ut utar verbis S. Thomæ 2. 2æ q. 32. A. 6., sine quibus non sit convenienter vita transigi secundum conditionem et statum, propriæ personæ, et aliarum personarum, quarum

... leturæ ei incumbit: et hæc iterum in duplici sunt differentia: quædam nempe sunt simpliciter sibi necessaria ad statum conservandum, ita ut ijs deficientibus quis à suo statu excideret, ut ... qui ex redditibus modicis agrorum vivens rusticam vitam ducere cogeretur: Alia verò sunt, quæ duntaxat sunt necessaria ... status decentiam modestiæ christianæ consentaneam: et sic ... bona dicuntur statui superflua, quibus demptis quis neq: ... proprio statu excideret, neque cogeretur subtrahere aliquid de decore sui status modestiæ christianæ conformi.

Ubi pro majori dictorum intelligentia addendum est necessarium statui complecti omnia ea bona, quæ requiruntur ad supportanda onera familiæ, ad filios alendos, et educandos, et in honesto statu juxta suam conditionem collocandos, filias congruè dotandas juxta morem Patriæ, ad honestas donationes, moderata convivia cum amicis, ac hospitibus instituenda, nec non ad statum illum conservandum in quolibet calamitoso casu, qui non rarò contingere solet in humanis vicissitudinibus, ut sunt morbi, grandines, sterilitates, et alia hujusmodi; ita tamen ut cavendum sit, ne ad saturandam propriam avaritiam, et cupiditatem attendatur ad casus, qui vix contingere solent, aut nonnisi rarissimè obtingunt, quia hoc esset cogitare de crastino, quod Christus Matth. 6. prohibuit; atque ita ... dici possit, quod vix in divitibus præsertim sæcularibus invenitur quid superfluum proprio statui contra decretum Innocentij XI. die 2. Martij 1679. proscribentis hanc ordine 12. propositionem: Vix in sæcularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui. et ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantùm ex superfluo statui.

Deinde et attendendum est, nullo modo approbandam esse sententiam Cajetani, Navarri, et aliorum, qui tenent, illud solum esse superfluum, quod neque requiritur ad statum præsentem servandum, neque futurum obtinendum, quem quis licitè, et dignè quærere potest, quia cum quisque licitè possit quærere statum meliorem, et eo plerumque dignus est, inde consequitur vix inveniri posse qui superflua bona possideat, et teneatur facere eleemosynam in gravi necessitate sui proximi; quod tamen reprobatum est à laudato Innocentio XI relatam propositionem damnante. Quinimo neque approbanda est sententia nonnullorum dicentium, illud esse superfluum tantum, quod non est necessarium ad statum sive præsentem sive futurum, quem quis prudenter, et proximè obtenturum sperat, quamvis sententiam hanc probabilem vocet P. Claudius La-Croix hic lib. 2 sub num. 199 [illegible] enim stat illud Augustini apud [illegible] La-Croix loco citato sic dicentis: Magna excusatio! Filijs [illegible] servo. Videamus, servat tibi pater tuus, servas tu filijs tuis, filij tui filijs suis, et sic per omnes, et nullus facturus est præceptum Dei. Palliare se solent nomine pietatis et dealbare, ut quasi propter filios videantur servare homines, quod propter avaritiam servant. Atque hinc superfluum statui illud omnino dicendum est, quod ad statum præsentem ho-

nestè, decenter, commodè, et cum decore debito ducendum non
est necessarium. Quod diligenter notandum, quia, ut notat Arg.
Gotti hic Tract. 12. Quæst. 3. Dub. 5. §. 3. num. 28., in errore sunt
illi, quorum status decentiæ sufficerent mille; ipsi tamen in pompa,
luxu, vestibus, cibis, famulis, alijsque statum excedentibus,
necnon voluptatibus exsaturandis duo millia expendunt.
His autem notatis, sicuti et ijs, quæ diximus de ordine servando
in sublevandis aliorum indigentijs, ubi omnibus succurrere non va-
lemus, ut certe ab incertis secernentur,

Advertendum est primo, per se loquendo ne-
275 minem teneri ad elargiendam eleemosynam ullo privato [illegible]
sonæ ex ijs bonis, quæ sibi omninò necessaria sunt ad propria[m]
et suorum vitam sustentandam, ut communissime tenet sancto
cum Angelico Præceptore 2. 2. Q. 32. A. 6. in C. ajente =: Dicendum
quod necessarium dupliciter dicitur. Uno modo, sine quo aliqu[id]
esse non fit, et de tali necessario omninò eleemosyna dari non
debet: puta, si aliquis in articulo necessitatis constitutus ha-
beret solum, unde posset sustentari, et filij sui, vel alii, ad eum
pertinentes: de hoc enim necessario eleemosynam dare est sibi
et suis vitam subtrahere =: Hoc Angelicus Præceptor, qui [illegible]
tamen addit limitationem subsidij præstandi magnæ personæ,
bono ecclesiæ, aut Reipublicæ necessariæ, inquiens: sed hoc
dico, nisi forte talis casus immineret, ubi subtrahendo sibi,
daret alicui magnæ Personæ, per quam Ecclesia, vel Respublica
sustentaretur: quia pro talis personæ liberatione seipsum
et suos laudabiliter periculo mortis exponeret, cum bonum com[mune]
sit proprio præferendum =: Quæ jam omninò consonant dictis de
ordine dilectionis charitatis, et propterea ea relegas.

Advertendum est 2do, eleemosynæ præ[ceptum]
276 caput proximè suam obligationem non urgere, ubi habens
unde tribuat, absque ulla sui culpa ignota est aliena in-
digentia; vel si nota est, moraliter certus est, ab alijs sub-
levandam, sicuti docet Palaus, Navarrus, Valentia, Coninck
et alii quamplures, et non obscurè favet Angelicus Præce-
ptor 2. 2. Q. 32. A. 5. ad 3tium inquiens, quod eleemosynæ præ-
ceptum obligat, cum apparet evidens, et urgens necessitas, ne
appareat in promptu, qui ei subveniat. Et quoad primum vel
ita patet cum eleemosynæ præceptum necessario respiciat [illegible]
nam alienæ indigentiæ, quæ in casu supposito invincibiliter
ignorata non fit materia voluntatis nostræ ad elargiendum.
Quoad secundum verò constat ex eo, quod proximus indigens
certò ab alio sublevandus respectu mei non fit dici in ne-
cessitate constitutus. Unum ergo manet difficultas, qualiter
nobis debeat esse nota alterius miseria, ut ei succurrere
teneamur. Ad quod dicendum est, sufficere vel testimonium
unius omninò fide digni, qualis [illegible] præsumitur Paro-
chus, vel Confessarius, ubi per nosmetipsos dignoscere non
valemus, [illegible] prudens dubium in contrarium non
surgit. Nam, ut optime advertit D. Aug. Epist. 199 in
suscipiendis hospitibus melius est interdum malos [illegible]
[illegible], quam fortasse per ignorantiam bonos excludere.

Advertendum est 3tio, quod quamvis
277 quibus ratione sui officii incumbit aliorum cura, sicuti sunt [illegible]
[illegible], Parochi, et alii, quibus animarum cura commissa est, [illegible]

inquirere necessitates non solum spirituales, verum etiam temporales illorum subditorum, ut pro sua possibilitate eis subveniant, juxta Tridentini praescriptum Sess. 23. Cap. 1. sic decernentis: Cum praecepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere ..... pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere &c.; alii caeteri ad talem perquisitionem non obligantur, ut docet Angelicus Praeceptor 2. 2. Q. 71. A. 1. in c. inquiens = Non tenetur homo per mundum quaerere indigentes, quibus subveniat; sed eis, qui sibi occurrunt, misericordiae opus impendat =. Itaque non obscure colligitur ex illis verbis ex primo Joan. 3 citatis: Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo &c.: quasi excusatus sit, si non viderit.

80 **Advertendum est** quod, privatum extreme periclitantem vita sua ob causam extrinsecam justam, v.g. eo quia morti per judicem juste fuit adjudicatus, ex charitatis praescripto a nobis subveniendum non esse; et adeo pro ejus vita conservanda nihil expendere tenemur. Bonum enim Reipublicae tunc exigit, ut hic mors inferatur; et proinde cum bonum Reipublicae bono privato secundum charitatis ordinem sit praeferendum, pro ejus liberatione operam nostram ferre non tenemur. Unde difficultas praesens est tantum pro eo casu, quo ex alia causa v.g. morbi, aut alterius infortunii proximus noster patitur necessitatem. Atque pro difficultate ad terminos hos reducta observanda sit

81 Propositio prima. Proximo extremam, aut quasi extremam patienti necessitatem quilibet sive beneficiatus, sive non beneficiatus per se loquendo succurrere tenetur non solum de superfluis vitae et statui, sed etiam de necessariis ad status decentiam. Ita communis immo certa sententia teste Platellio apud Antoine, cum D. Thoma 2. 2. Q. 32. A. 5. in c. Et quoniam loquendo de extrema proximi necessitate, et de superfluis tum vitae, tum decentiae status nulla fit esse difficultas, utpote cum si aliquando urgeat praeceptum eleemosynae, eo tunc praecipue urgeat, restat ut propositionem probemus solum quoad necessitatem quasi extremam, et quoad bona necessaria tantum decentiae status. Atque hoc suadetur ex eo, quod ex una parte necessitas quasi extrema in morali hominum aestimatione aequiparatur extremae, et ex alia parte homini constituto in extrema necessitate subveniendum est etiam ex necessariis ad status decentiam, cum ordinata charitas exigat, ut vitam proximi plus diligamus, quam decentiam status nostri, et huic illam praeferamus; et proinde ut patiamur jacturam decentiae status nostri pro eruendo proximo a tali necessitate. Unde vir potens, dives, ac nobilis pro eo tempore, quo suum proximum videt extrema, aut quasi extrema necessitate laborare, tenetur detrahere de splendore, et ornatu status sui, non cum tanto famulorum comitatu procedere, et aliis similibus sumptibus parcere, ut inde indigentibus subveniat.

Dixi 1mo: Per se loquendo: quia, ut advertit
282. P. Dominicus Viva in expositione suprarelatæ propositionis dam-
natæ ab Innocentio XI. et Coninch, Lessio, Diana, quos sequun-
tur Salmanticenses, Gribaldus, et alij, laicus non tenetur de
et superfluis suo statui insumere ingentem vim pecuniæ,
v.g. tria, vel quatuor millia pro vita pauperis redimenda, si-
cubi nec obligatur ad succurrendum ægroto extraordinarias
medicinas afferre, et Medicum valde distantem advocare
sumptibus insolitis, quia nempe hæc sunt media extraordi-
naria, et insolita, quæ quis neque pro propria vita conser-
vanda adhibere tenetur, utpote insolitam sæpe difficul-
tatem afferentia. Quamvis interim hoc facilè dici non pos-
sit de ecclesiastico beneficiato, qui utpote cum teneatur
omnia superflua in pios usus, et eleemosynas erogare, nul-
lam patitur difficultatem etiam in proximo, et ingentem
summam expendenda; et adeò ubi opus est pro extrema pro-
ximi necessitate sublevanda, ad id obligatur, nisi fortè bo-
no publico magis expedire videretur, pecuniam illam insu-
mere ad sublevandam indigentiam minus gravem plurium
pauperum, quàm ad unius vitam conservandam.
Dixi 2do: Sed etiam de necessarijs ad sta-
283. tus decentiam: quia quamvis, ut notat P. Antoine ex Suarez, Va-
lentia, Sanchez, et pluribus alijs, proximus extrema, aut quasi
extrema necessitate laborans adjuvandus sit à divite etiam
ex bonis quodammodo necessarijs ad status integritatem,
juxta rectum charitatis ordinem vita proximi præferen-
da sit cuidam integritati proprij status, dum ex una par-
te amissio integritatis status non reddit hominem mise-
rum; et ex alia parte nemo prudens ad hanc amissionem
præcavendam se exponit morali periculo mortis; immò a-
missionem hanc facilè patitur, ubi ad vitam propriam con-
servandam est necessaria: item quamvis, ubi necessitas
extrema, aut quasi extrema esset publica, ubi esset, ut in
tota Provincia, aut civitas valida fame ad angustias redu-
cta esset, privatus teneatur succurrere etiam cum amis-
sione proprij status, ut est communis sententia, advertunt
Salmanticenses hic Tract. 21. Cap. 1. §. 1. num. 5. sub finem
ubi jam nullus alius adesset, qui succurrere posset, quia
tunc bonum publicum id exigit, atque bonum publicum bono
privato est anteponendum: Quamvis, inquam, ijs duobus
in casibus proximo sit subveniendum cum proprij status
amissione; non convenit tamen inter Doctores, ubi quis à pro-
prio statu decidere deberet, ut personæ privatæ bono-
rum non necessariæ jam extremâ, aut quasi extre-
indigenti succurreret.
Sed Gribaldus pro sua sententia, quam vocat com-
284. munem, allegans Arriagam, Oviedum, Dianam, Antonium à
Spiritu Sancto, Lessium, Escobar, et Alios, item P. Dominicus Vi-
va in expositione propositionis supra relatæ, cum Suarez
Coninch, et alijs docent, neminem teneri proprium
statum difficillimè recuperandum destruere, ut suc-
currat extremæ pauperis necessitati. Idque in princi-

probant ex eo, quod nemo tenetur proprium statum destruere pro vita propria tuenda, v.g. expendendo omnes facultates in curatione alicujus infirmitatis, quae alia ratione curari non potest; cedendo officia propria ad liberandum se a morte ab iniquo competitore minitata; et proinde neque obligatur pro aliena vita privati ramque, talem facere jacturam, utpote cum fortior non possit esse obligatio charitatis ad conservandam vitam proximi, quam propriam, et aliud bonum. Deinde nemo obligatur ad conservandum majus bonum temporale, facere jacturam boni etiam minoris cum maxima, et moraliter insuperabili difficultate: sic licet fama sit minus bonum, quam propria vita, item et amissio brachij sit minus malum, quam mors; attamen cum quis patiens est maximam, et insuperabilem moraliter difficultatem in amissione famae, in sectione brachij, famam perdere non tenetur pro vita propria tuenda, et brachij sectionem permittere pro totius compositi conservatione; neque ergo quis tenetur proprium statum destruere ad vitam pauperis conservandam, cum id nonnisi cum maxima, et ingenti difficultate, attento prudentum judicio insuperabili, praestari possit. Quibus et ratio boni publici accedit. Ad Rempublicam enim magis confert status divitum qui possint pluribus subvenire in gravibus, et communibus necessitatibus, quam unius pauperis conservatio.

185. Neque his obest, quod in extrema necessitate omnia sint communia, et proinde quisque in ea constitutus possit de alienis rebus sumere, quae sibi sunt necessaria ad vitam, periculum evadendum: quod jus videtur stare non posse in necessitatem patiente, nisi et talia bona divites erogare tenerentur. Hoc, inquam, non obest. Nam, ut plures Doctores respondent, in extrema necessitate omnia sunt communia, non absolute, sed solum, quae ad vitam conservandam sunt ordinarie necessaria, non autem, quae sunt maxime pretiosa et extraordinaria. Atque hinc docent, privatum in extrema necessitate constitutum licite non posse sumere rem valde pretiosam, v.g. ter mille aureos, praesertim ubi talis summa necessaria esset ad statum alterius sustinendum, aut si alter ideo in gravissima mala esset lapsurus. Atque ex his de necessitate extrema sit.

186. Propositio 2da. Proximo in gravi necessitate constituto quilibet sive Beneficiarius, sive non beneficiarius sub mortali succurrere tenetur saltem ex bonis suae statui non necessarijs, atque non necessarijs statui, quoque decenter. Ita D. Thom. 2. 2. q. 32. a. 5. ad 3um quem sequuntur Suarez, Lelius, Salmanticenses, Sumbaldus, Bonacina, Viva, Antoine contra Sanchez aliosque et certam. Atque in primis suadetur ex Scripturae testimonijs supra num. 171. relatis, in quibus nulla facta distinctione inter necessitatem extremam, et gravem tunc innuitur gravis obligatio proximo indigenti opitulandi. Deinde etiam constat ex illo Lucae 3., ubi cum ipsis dixisset, omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur, interrogatus, quid faciendum esset ad tantum malum

vitandum, continuò subjunxit: Qui habet duas tunicas, det non ha-
benti, et qui habet escas similiter faciat. Habens ergo vestem su-
perfluam, panem, et cibum sibi non necessarium, ac cognoscens
frigore vehementer affligi, et saturat illo multa fame morien-
tem, nisi in ignem æternum mitti velit. Unde S. Ambrosius lib.
1 Offic. cap. 3 ajebat: Grandis culpa, si sciente te fidelis egeat, si
scias eum fame laborare, ærumnam perpeti, præsertim si mendi-
care erubescat, et non adjuves &c. Et S. Aug. Tract. 5 in Ep.
Joan. 3 inquit: Esurit frater tuus, in necessitate positus est, à
creditore angustiatur: non habet ipse, habes tu..... Quid ad te
pertinet, forte dicis? Ego daturus sum pecuniam meam, ne
ille molestiam patiatur? Si hoc tibi responderit cor tuum, dilec-
tio Patris non manet in te. Si dilectio Patris non in te manet,
non es natus ex Deo. Et ratio est manifesta, quia charitas
sub mortali obligat nos, ut grave damnum proximi sive in
bonis externis, sive in bonis corporis, famæ, honoris, et fortunæ, im-
pedire conemur, ubi id sine nostro gravi incommodo impedi-
re possumus; adeòque si quis v.g. videat domum proximi com-
burendam, et valens impedire non impediat, graviter peccat
contra charitatem; atqui expendens aliqua sua bona [illegible]
ti, ac statui suo necessaria, superflua gravia non patitur in-
commodum, ergo &c. Dixi tamen ex bonis non necessariis statui
287. ejusque decentiæ: quia si necessitas proximi esset valde gravis,
puta si vir nobilis mendicare cogeretur, aut aliter [illegible]
cum ipso morte ei [illegible], tunc P. Viva loco supra citato
cum [illegible] Valentia, et aliis satis communiter
P. Pistorius [illegible], tali necessitate patienti subveniendum esse à divi-
tibus, tale necessitate [illegible] status decentiam aliqualiter necessa-
ria bona ad integram status decentiam aliqualiter necessa-
rius, dummodo summa aliqua [illegible] non sit expendenda.
Quod prætereaquam probari posset ex [illegible] [illegible] in [illegible]
rationem propositionis, ostendi potest etiam ex eo, quod quis in
tali necessitate constitutus rationabiliter velit sibi subveniri
à divite, etsi is aliquid de splendore sibi convenienti de-
trahere deberet, v.g. de ornatu vestium, de lautitia mensæ
&c., tum etiam ex eo, quod tunc in rigore in morali modo
hominum æstimatione nihil detraheretur de statu decenti,
uti docet Angelicus Doctor in quæst. Dist. 15. Q. 2 A. 4
decentia non consistit in aliquo indivisibili, quia multis
detractis hæc non excedit status sui conditionem; multis etiam
subtractis condecens sui status decentiam conservat. v. sed
in hoc prudentis arbitrio, et discretioni, quæ docet de omni-
bus. Hæc S. Doctor, ex quibus constat, multum timendum de iis di-
vitibus qui tempore caritatis annonæ, nihil de statu suo splen-
dore, ornatu; ei mensa aut detrahunt, ut pauperibus, non
tantum non ordinariam, sed extraordinariam patientibus neces-
sitatem subveniant. Dices tamen contra primò: Ordo charitatis non
288 postulat, quod proximum sicut nosmetipsos diligamus, atqui
nemo tenetur sibi subvenire in gravi tantum necessitate
[illegible], propter damnum [illegible], ergo &c.

ns ēet obligāō succurrendi proximo gravem patienti necessitatem, cum hujusmodi necessitates passim occurrant, necesse esset, quod Parentes Filiis suis thesaurizare possent, aut divitias reservare ad fundanda Collegia, ad ecclesias ædificandas &c. quod non est admittendum, utpote communi sensui fidelium prorsus contrarium; ergo &c. . . 2º quia si talis obligāō ēet asserenda sequeretur primò, quod ubi proximus gravi premitur necessitate, nullus posset sibi reservare pecunias ob altiorem statum acquirendum, quod certè dici non potest, cum non posse altiorem statum acquirere sit gravissimum incomodum: et nemo cum tali incommodo teneatur opitulari proximo necessitate tantum gravi laboranti: 2º sequeretur, quod quis in gravi necessitate constitutus possit surripere diviti habenti superflua statui, et stanti contra Decretum Innocentii XI damnantis hanc propositionem ordine 36. Permissum est furari non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi. Divites enim utpote obligati ei succurrere non possent, cum rationabiliter inviti, cum graviter indigens sibi necessaria ad evadendum è tali necessitate accipiat ex bonis superfluis, et eò magis, quod videtur concedi non posse obligatio succurrendi in divite sine jure accipiendi in pauperi; ergo &c.

89\. Respondeo omissa majori D. m. Sequeli nemo tenetur sibi succurrere in gravi tantum necessitate, quoad ea bona quorum dominium habemus, ut sunt honor, fama, fortunæ, et alia hujusmodi, omitto, quoad ea bona, quorum domini non sumus, cujusmodi est sanitas, et vita corporalis, nego mn. et consqām. Sicuti enim quisque in bonis corporis, quia suæ vitæ dominium non habet, tenetur sibimetipsi succurrere, cum tali levamine ablato vita periclitaretur; ita cum non habeas dominium in bonis, honorem, et bona fortunæ tui proximi, teneris indigentibus subvenire, licet in talibus bonis tibimetipsi de illis periclitanti succurrere non tenearis, quia tu es dominus; ea sane ratione qua habes cum creditor es, debitum remittere potes; solvere tamen debes, cum debitor existis

Ad 2um in primis dicendum est, graves necessitates saltem respectu omnium divitum non esse tam frequentes, sicut fingit adversarius: loquimur cum reipsa adsunt, tunc divites superflua reservare non ut ad Collegia, vel ecclesias ædificandas, ut cum Bonacina, et aliis notant Salmanticenses, ubi nempe nullus alius adest, qui proximo indigenti succurrat, sed tunc necessitatibus illis subveniendum est. Per quod etiam patet, Parentes posse thesaurizare filiis suis juxta superius dicenda de necessitate communi, ut dixi, frequentes non sint graves necessitates; nisi et valeo dicere, Parentes thesaurizare posse etiam in necessitate gravi proximi sui quatenus expendere possunt necessaria ad collocandos, vel constituendos filios suos in statu ipsis congruo, v.g. ut addiscant scientias, et artes, ut in statu matrimonii honesto, et sibi decoro collocentur. Sed et expensæ, tunc, necessariæ pertinent ad statum proximum

291. Ad 2dum quoad primam sequelam concessa majori, ad cujus probationem dicendum, nos quidem non teneri succurrere proximo graviter indigenti cum gravi damno, et jactura ea tenente ex parte status praesentis; secus vero, si cum damnum, et jactura sit ad statum futurum meliorem, ut patet ex supra dictis num. 273; et sequenti.

292. Alteram sequelam nego, quae efficaciter non probatur ex rationibus adductis, utpote quae probant etiam pauperem in communi necessitate alienam posse surripere, utpote et huic dives habens superflua statui nec., cum statui superflua teneatur, ut infra dicemus: quod tamen est falsum. Ratio est, quia ut quis licite rem alienam possit surripere, non sufficit quodcumque jus in ipso, et debitum in alio; sed utrumque debet esse ex rigorosa justitia; ita tamen, ut et hoc non sufficiat, licet etiam habens debitum dandi sit irrationabiliter invitus, ne sibi surripiatur, ut patet pro eo casu, quo Paulus rem Petri injuste detinet. Tunc enim si Paulus detrectet reddere Petro, Petrus non fit ex semetipso sibi jus facere, sed ad judicem debet recurrere, ut eam sibi adjudicet. A fortiori ergo non poterit pauper in casu nostro, cum dives tantum ex charitate succurrere teneatur, et eo magis, quod suae obligationi satisfacere fit dando alteri aeque indigenti, et sibi forte conjunctiori. 295.

293. Neque hic instare valet a casu extremae necessitatis, in quo licet aliena surripere. Nam in primis argumentum nimis probat, quia sicuti extremam patiens necessitatem fit surripere de necessariis statui; ita etiam ... progressat, qui in necessitate tantum gravi constitutus est. Disparitas autem est in primis, quia non facile contingit habentes superflua statui teneatur huic determinato pauperi succurrere, ubi necessitas est tantum gravis: quod non fit in necessitate extrema: 2do quia cum necessitates pauperum sint frequentes, facile quilibet pauper necessitatem patiens sibi hallucinari possit necessitatem esse gravem; ac ita via innumeris furtis aperiretur, quae juridica lege vetante, tanto debuit prohiberi. Contra vero necessitas extrema perrara est, et urgentissima, cui debuit speciali modo prospicere; et ideo pro tali eventu permissum est uti alienis rebus, perinde ac si propria forent. Haec de gravi necessitate, nunc autem de communi quando sit.

294. Propositio 3tia. Quilibet sive beneficiatus sive non beneficiatus etiam in communi pauperum necessitate tenetur facere eleemosynas ex superfluo ... adjunctis, et ita quidem, ut haec obligatio gravis censenda sit. 296. Ita D. Thomas pluribus in locis, et praesertim 2. 2. q. 32 A. 5, et q. 66 A. 7 in c. quem passim sequuntur Theologi, inter quos sunt Lalars. Salmanticenses, Laijmann, Sylvius, Simonnet, Card. Gotti, Roncaglia, Antoine, Ferraris, et alii quam plurimi, et suadetur ex scripturis supra relatis pro existentia praecepti eleemosynae in genere. Nam in iis ex una parte nulla fit distinctio inter necessitatem extremam, gravem, et communem; quinimo dicitur, pascendum esse esurientem, et potandum sitientem, et facile ...

esse indigentibus: quæ in rigore vere non essent, nisi etiam in communi necessitate esset obligatio erogandi eleemosynas pauperibus, cum jam pauperes communi etiam tantum necessitate laborantes sint vere esurientes, ac sitientes, atque dici non possit, quod facile tribuat qui extremam, aut gravem pauperis necessitatem expectat, ut ei subveniat: ex quo [...] varii partes SS. Patres relata, et iis similia scripturarum testimonia ita exponunt, ut superflua possidentes sub gravi teneantur erogare etiam communibus pauperibus. Nam S. Hieronymus in epist. ad Hebidiam inquit: Si plus habes, quam tibi ad victum, vestitumque necesse est, illud eroga, et in illo debitricem esse te noveris. Et S. Aug. in Psal. 147: Superflua divitum necessaria sunt pauperum. Res alienæ possidentur, cum superflua possidentur: Et aliis Patribus, ut Ambrosio, Basilio, et Chrysostomo prætermissis, S. Gregorius Lib. 3. Pastor. Cap. 22. ajebat: Cum quælibet necessaria indigentibus ministramus, sua illis reddimus, non nostra largimur: justitiæ debitum potius solvimus, quam misericordiæ opus implemus: et proinde rigorosum præceptum importat illud S. Luc.: Quod superest, date eleemosynam.

245. Ratio autem est, quia, ut citata Quæst. 66. Angelicus Præceptor argumentatur, bonorum divisio, utpote quæ communi omnium Gentium consensu facta, nequit esse in præjudicium pauperum, cum secundum ordinem naturalem ex divina providentia institutum res inferiores ordinatæ sunt ad hoc, ut ex his hominum necessitati subveniatur: atqui si superflua habentes non tenerentur, ea in pauperes etiam communes expendere talis divisio esset in pauperum præjudicium, cum divites ea licite retinere possent, eique pauperes inopia [premerentur]; ergo &c. ... Deinde cum erogatio stipis secundum se sit valde ardua ob animi nostri propensionem ergo hæc terrena bona, nisi daretur gravis obligatio illa erogandi pauperibus in communi necessitate, facile eveniret, ut hujusmodi pauperibus vix aliquis subveniret; eique ii in gravem non solum, sed etiam in extremam necessitatem non raro inciderent; unde ad tantum malum præcavendum divitibus grave præceptum debuit imponi, ut superflua sibi pauperibus etiam communibus erogarent, ut etiam clare colligitur ex supra relata propositione ab Innocentio XI. damnata, cum ex ea sequitur [...] me [...] ex superfluis statui eleemosynam dandam esse.

246. Dices tamen contra primo. Divites sunt veri Domini etiam superfluorum suo statui, ejusque decentiæ: quod tamen dominium inutile videretur, si saltem extra casum necessitatis extremæ, aut præsertim gravis pro libito suo disponere ne[...] possent de illis, ac ita filiis suis thesaurizare, ut patet; ergo &c. ... 2do. Necessitas communis re mature perpensa non est necessitas nonnisi levis; sed ad succurrendum necessitati levi non est obligatio gravis; ergo graviter non peccat, qui in communibus necessitatibus non succurrit pauperibus [...] de superfluis; quod vel constat ex eo, quod nemo audebit [...] damnare peccati mortalis, qui pauperi communem necessitatem...

laborant sibi obviā facto de suis superfluis non subvenerit; ergo Deus ... [illegible] data parabola nostra sententia, nullum daretur discrimen inter beneficiatum, et laicum superflua statui possidentes; etenim laicus non posset de sibi superfluis reservare quantum est necessarium ad alterum statum sibi etiam congruum acquirendum sicuti et male faceret, qui omnia sua superflua in alios pios usus converteret. quinimo et major pars divitum superflua jam sibi retinentium damnaretur. Quae autem absurda sint, dicendum est &c.

297 Respondeo ad primum, quod fatebor patitur retorsionem in sententia jam valde probabili asserente dominium rerum beneficialium ipsis beneficiatis. Hinc sicuti beneficiati non obstante tali dominio de bonis superfluis disponere tenentur in pias causas, quia talium bonorum possessioni annexa est obligatio expendendi superflua in pias causas; ita et in casu nostro dicendum est.

298 Ad 2um distinguendum est inter obligationem elargiendi superflua in eleemosynam, prout respicit hunc, vel illum particularem pauperem communi laborantem necessitate, et prout respicit pauperum communitatem. Si enim necessitas hujus, vel illius pauperis in particulari consideratur, tunc quidem obligatio elargiendi superflua non erit gravis, sicuti gravis non est obligatio non auferendi aliena, si parva summa seorsim ab aliis spectetur; quinimo nulla erit obligatio elargiendi huic, vel illi pauperi, ubi habens superflua illa reservet pro aliis pauperioribus vel dignioribus, vel sibi conjunctioribus. Si vero pauperum necessitas in communi consideratur, gravis erit obligatio, ubi summa superfluorum erit notabilis; et proinde sicuti graviter peccaret minuta furta committens, ubi ad notabilem summam perveniret; ita et in casu nostro graviter peccaret, qui notabilem superfluorum summam sibi retineret, et nulli, aut vix ulli pauperi vellet subvenire.

Ad 3ium, quod attinet ad primum, illud fatemur est.

299 Beneficiati enim superflua suo statui habentes in primis in pios usus, ac eleemosynas expendere tenentur, quidquid ipsis superest; quinimo juxta superius dicta necessitates suorum pauperum exquirere tenentur; et ideo nullo modo retinere possunt ex bonis beneficialibus; ita ut si hic, et nunc non adsit occasio talia bona expendendi, ea reservare debeant ad opportunum tempus. Quae tamen de divitibus laicis, seu saecularibus dici non possunt, qui in primis veluti partiri possunt inter se obligationem sublevandi etiam pauperum necessitatem, et sic ea sublevata sibi superflua retinere possunt, atque sic pro talentum ad statum commodiorem suo proximum se disponere. Quinimo plures sunt Auctores, ut videre est apud Leva in expositione propositionis [illegible] damnatae, quorum sententiam communiorem vocat Constantinus Roncaglia, qui docent, in communibus necessitatibus pauperum divitibus ad satisfaciendum suae obligationi sufficere, si quinquagesimam partem annui redditus in eleemosynas expendant, [illegible] reservatis ad alterum sibi tamen maximum, et congruum, statum acquirendum. Quae tamen opinio; ut prosequitur idem Roncaglia, nimis favet divitibus; et ideo ipsis consulendum, ut sint liberaliores erga pauperes, ne de ipsis verificetur, facilius esse camelum ingredi per foramen acus, quam [illegible] intrare in [illegible]. Atque per hoc patet ad secundum.

300 Ad 3tium dico imo asserendum est, ac proinde dicendum est, male se gerere illos ecclesiasticos beneficiatos, qui morti proximi, aut alio tempore dubitantes se defecisse suae obligationi expendendi reditus beneficiales sibi superfluos in pios usus, fundant capellanias, pecunias pro erectione Altaris assignant &c, et nihil pauperibus distribuunt. Nam ex Dño praecepto eleemosynae saltem quoad portionem aliquam debita est pauperibus.

301 Ad quod spectat 4tum, concedendum est de ijs divitibus loquendo, qui omnes vires suas intendunt in divitijs cumulandis, et nunquam, aut nonnisi raro faciunt eleemosynas, et has nonnisi leves. Vae his enim ajebat S. Jacobus: Agite nunc divites, plorate ululantes in miserijs vestris, quae advenient vobis. Divitiae vestrae putrefactae sunt .... aurum, et argentum vestrum aeruginavit; et aerugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras. Thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus. Secus vero dicendum est de ijs divitibus, qui notabilem summam in nutriendis pauperibus etiam communibus impendunt, et in alias pias causas, licet interim fiant locupletiores. Sed pro dictorum majori intelligentia sit

§. 2. Solutio nonnullorum dubiorum huc pertinentium.

302 Quaeres ergo primo; an per mutuum, seu commodatum, venditionem, aut alium contractum onerosum satisfiat praecepto eleemosynae?

Respondeo, hac in re facile convenire Doctores, quorum certum dicit Lalous hic Tract. 4i Disp. 2i Dub. 4i, te non teneri rem alteri donare a te dominium abdicando, ubi proximus solo usu indiget; et proinde si quis indigeat solo usu tui equi ad fugiendum a latronibus, teneberis quidem illum commodatum ei dare, non autem donare, atque transacta necessitate illum poteris repetere, nisi absolute donaveris. Charitas enim obligat quidem ad succurrendum proximo, quantum est necessarium, ut a necessitate emergat; non autem obligat ad eum ditandum. Unde difficultas est pro eo casu, quo proximus non usu, sed ipsa re indiget.

303 Hoc vero in casu Toletus, Covarruvias, Navarrus apud Salmanticenses existimant, satisfieri per mutuum, aut venditionem dilata solutione ad tempus. Alij vero plures ab eisdem Salmanticensibus citati oppositum tenent, atque adeo volunt rem cum ejusdem dominio in pauperem transferendam. Melius autem, ut arbitror, alij distinguunt inter necessitatem absolutam, et respectivam. Absolutam eam dicunt, qua laborant ij, qui neque in loco, ubi sunt, nec alibi habent bona sufficientia postea reddenda, neque sunt in spe proxima, ac moraliter certa habendi. Respectivam eam vocant, qua detinentur ij, qui licet hic non habeant bona, quibus sibi succurrant, alibi tamen habent, vel sunt in spe proxima, ac moraliter certa habendi, quantum sufficit, v.g. ex haereditate aut ex proprio labore, ac industria, aut alio titulo. Qua distinctione posita, pro casu necessitatis respectivae, primae adhaerent sententiae; et pro casu necessitatis absolutae tenent secundam. Itaque cum his

304. Dico primo. Proximo necessitate tantum respectiva laborante, praecepto eleemosynae satisfit ei mutuando, non numerata pecunia vendendo ei id, quo ipse indiget. Ita communior sententia, quam tenentur Palaus, Suarez, Valentia, Bonacina, Salmanticenses, Cirichelus, Roncaglia, Antoine, et alij innumeri, eamque certam vocat Palaus, et fundamentum habet in ipsis scripturis sanctis. Nam, ut habetur Gen. 25. Jacob fratri suo esurienti non donavit, sed vendidit cibum: et ut legitur Gen. 41, et 42. Joseph Aegyptijs fame laborantibus non donavit frumentum, sed pro eo tradito omnes terras accepit. Sed, ut alia mittam exempla, ipsa quotidiana praxis ostendit, dum Peregrino hic non habenti, unde vivat, bona autem possidenti in regione sua, mutuum quidem damus, non donamus, et agricolae munus agenti, uberiorem tamen messem expectanti frumentum venditur dilata ad tempus solutione, non autem donatur. Quod tamen tanquam illicitum a nemine damnatur. Ratio autem est, quia taliter indigens non est absolute pauper, et egens, cum solum indigeat pro aliquo loco, et tempore, nec indiget ipsa re ut gratis donanda, sed solum mutuatione, aut pretio pro re sua suo tempore tradendo; atque adeo cum praecepto eleemosynae solum teneamur proximo succurrere, quatenus fert ejus necessitas, tali praecepto satisfit mutuando, aut vendendo dilata solutione. Dico 2do. Ubi proximus necessitate ab-

305. soluta laborat, praeceptum charitatis urget ad succurrendum illi gratis, et absque onere restituendi; et adeo non satisfit per mutuum, aut venditionem solutione dilata, aut per alium contractum onerosum. Ita cum supracitatis Doctoribus. Et ratio est manifesta. Ex una enim parte si aliquando urget praeceptum faciendi veram, et rigorosam eleemosynam, tunc praecipue urget, ubi necessitas proximi est absoluta; ex alia vero per nomine eleemosynae propriae, et rigorose sumptae intelligitur liberalis, absoluta, et omnino gratuita donatio, seu elargitio rei facta proximo indigenti, ut constat tum ex ipsis scripturis, et praesertim ex illo Lucae 10. ubi Samaritanus adducitur in exemplum verae et debitae charitatis erga proximum quia omnino opitulatur ei, qui inciderat in latrones, et ex illo ejusdem Lucae 14. ubi vocans ad convivium pauperes beatus dicitur, quia illi non habent retribuere; tum ex ipsis SS. Patribus, qui dicunt divites superfluum dispensantes non bona propria, sed bona pauperum dispensare, quod verum non esset, si omnino gratis dare non deberent; tum ex ipsa ratione, quia vendere, locare, mutuare non est eleemosynam facere, quia solum divites res suas vendentes pauperibus dicerentur eis facere eleemosynam. Ergo cum detur praeceptum divitibus verae, et rigorosae eleemosynae faciendae, in necessitate absoluta pauperibus eis omnino gratis opitulari debent; ergo etc.

306. Dices 1° cum Petrone contra opponentes: charitatis praeceptum ad nihil aliud obligat divites erga indigentes, ut eorum sublevent indigentiam; haec autem aeque sublevatur

mutuando, quam donando, si præsertim mutuo non additur obligatio
absoluta restituendi, sed solum conditionata, pro casu nempe,
307 quo ipse indigens ad meliorem fortunam venerit: ergo &c.
Respondeo, falsam esse propositionem majorem
indistincte, et absolute prolatam. Non sufficit enim ad satisfacien-
dum nostræ obligationi erga indigentes eos quomodocumque le-
vare a necessitate, qua laborant; sed eis succurrere debemus
juxta Christi præscriptum, et regulas charitatis, quæ exigit, ut gra-
tis, et absque ullo onere sive absoluto, sive conditionato proxi-
mo absoluta necessitate laboranti subveniatur. Atque hæc
tenenda sunt, sive necessitas jam absoluta sit extrema, sive
308 gravis, sive communis, ut ipse ostendit Lelaus.
Quæres 2do, an habens superflua ex injusti-
tia teneatur eleemosynam dare pauperi præsertim extreme
indigenti; et per consequens an teneatur compensare damna, si
quæ ex denegatione talis eleemosynæ inde secuta sint v. g.
uxori, et filiis necessitatem patientis?
Respondeo, hac super re triplicem circumfer-
ri doctorum sententiam. Prima stat ab obligatione justitiæ. Hanc
apud Lelaum loco supra citato Sect. 3. num. 1. tenent Cajetanus,
Araujonius, Summa Armata, Sarmiento, quos sequitur Petrus Hur-
tado, et Cardenas. Altera licet cognoscat obligationem charita-
tis, negat tamen debitum justitiæ; et hanc propugnant Joannes Me-
dina, Navarrus, Vasquez, Torres, Lorca, Conink, Reginaldus, Sua-
rez, Bonacina, quos refert, et sequitur Lelaus. Tertia quæ est de
Lugo, Tamburini, et aliorum, distinguit, et docet, in extreme
indigente esse verum jus justitiæ ad ea bona sibi accipien-
da, quamvis in possidente non sit obligatio justitiæ ad ea dan-
da, sed tantum charitatis, sicuti ante bonorum divisionem
quisque habebat jus strictum sibi acquirendi necessaria, quam-
vis nullus teneretur ex justitia ea tradere; et adeo sicuti
ubi res aliqua communis est, Petrus ante illius occupationem
non habet jus justitiæ, quo alii obligentur eam ipsi tradere:
ita etiam extreme pauper non habet jus justitiæ impediens
alios, ne ea re utantur, vel cogens eos ad eam offerendam, sed
tantum habet jus, ut per propriam actionem eum possit occu-
pare in quantum sua patitur necessitas, et ita quidem ut
nonnisi summa injuria iniquis modis possit impediri.
Neque hoc mirum, et quasi paradoxum videri debet, nempe
quod pauper jus strictum justitiæ habeat ad accipiendum,
et dives non nisi ex charitate tribuere teneatur. Nam
jus accipiendi in uno, et obligatio dandi in altero non sem-
per ex eadem virtute necessario procedunt; sequidem qui
vovit tibi dare eleemosynam, tenetur utique tibi dare ex
Religionis motivo, etsi tu neque voti jure, neque justitiæ
309 jus habeas ad accipiendum. Atque ideo hujus tertiæ Patronis
Dico. Quamvis dives non offerens pauperi in-
digenti extreme sibi cognito, aut illi retento debet necess-
saria peccat quidem contra charitatem, non peccat tamen contra
justitiam. Peccat vero etiam contra justitiam, qui vi, minis,
aliisque similibus iniquis, et violentis modis impedit, ne pau-

per extremè indigens sibi necessaria accipiat; et proinde licèt in primo casu non teneatur; tenetur tamen in secundo restituere damna, si quae per talem iniquam actionem secuta fuerint. Ità cum tertia, sancta, Latronis. Atque quoad primam partem quantum ad obligationem ex charitate patet ex superius dictis, et ex ipso nato dicto charitatis, quo unicuique mandatur de proximo suo; quantum vero ad justitiae obligationem, quod videlicet non teneatur probatur ex eo, quod ea omnia, quibus proximus noster indiget ad suam extremam necessitatem propellendam, reducuntur vel ad actiones nostras personales, vel ad fortunae bona, quorum sumus Domini; nullum autem ex bonis his ex rigorosa justitia tenemur offerre proximo extremè indigenti, vel ei petenti donare, etiam ubi ejusdem necessitas nobis est cognita: non quidem actiones personales, ut per se manifestum est, quia ob advenientem proximi necessitatem etiam extremam ea ipsa non amittimus libertatem à natura nobis donatam, neque servi indigentis efficimur, sed liberi manemus, ac dominium nostrarum actionum retinemus, perinde ac si nullus illis indigeret: non etiam bona fortunae, quia licèt ante divisionem bona illa nullius essent, sed communia forent; est semel divisione facta illa occupans verum dominium acquisivit, quod non deperditur, quousque alius per juridicam, seu legitimam actionem ea sua propria faciat, ejusque dominium acquirat, aut possidens à se dominium voluntariè abdicet; ergo &c. His adde, quod dives tunc eleemosynam tribuens indigenti verum misericordiae actum exercet; quod dici non posset, si tunc eleemosyna ex justitia esset debita; ergo &c.

310 Quae tamen intelligenda sunt, ubi ex tuis proprijs bonis omittis succurrere extremè indigenti, aut aliquo speciali titulo non arctaris ad operam tuam alijs impertendam, quia si v.g. bona destinata in subsidium pauperum fidei tuae committantur, ut ea distribuas; vel si stipendio sis conductus, ut occurrentibus pauperum indigentiis provideas; aut si ex officio curare tenearis, vel tueri res alienas, idque praestare omittas, contra justitiam peccas, et damna inde secuta restituere teneris, cum tunc titulus succurrendi indigentibus sit rigorosae justitiae. Altera verò pars, scilicet quod contra justi-
311 tiam peccat, qui impedit, ne pauper extremè indigens sibi necessaria accipiat, ubi id fiat vi, minis, alijsque similibus modis, constat vel ex eo, quod pauper extremè indigens, ubi nullus vult ei succurrere, eo modo fit occupans ea, quae sunt sub alterius dominio, et sunt sibi necessaria, quo modo quis fit occupans ea, quae sub nullo sunt dominio. Nam sicuti bona, quae nullius sunt, sunt communia, et primi occupantis; ità in extrema necessitate ea, quae etiam ab alio possidentur, fiunt bona communia, et primi occupantis, perinde ac sub nullius dominio essent; atqui vi, minis, alijsque similibus iniquis modis quis impediens alium, ne occupet bona, quae sub nullius sunt dominio contra justitiam peccat; ergo etiam peccaret &c.

312. Dictum est autem: Vi, minis, aliisque similibus iniquis modis impediret &c; quia si dives sine vi, minis &c impediret pauperem, quominus sibi necessaria acciperet, videtur non peccare contra justitiam, sed tantum contra charitatem, ut si v.g. sciens pauperem ablaturum sibi necessaria, ea occultet, ac diligentius custodiat. Tunc enim tantum adhibet medium secundum se licitum ad servandum indemne suum dominium.

313. Neque primae parti responsionis obstant SS. Patres, ut Aug., Ambrosius, Basilius, et alii vocantes raptores, et retinentes aliena divites non subvenientes pauperibus; sicuti neque obest, quod judex possit cogere divites habentes superflua, ut egenti succurrant, et si nolint, talia bona illis tanquam indignis detentoribus auferre; aut quod in extrema necessitate omnia sint communia, atque adeo pauper verum habeat dominium in superflua divitum. Nam

314. Respondeo ad primum, et dico, SS. Patres per quandam exagerationem locutos esse, quia sancti SS. Patres utpote indiscriminatim loquentes de quacumque necessitate rapinam etiam cognominant in eo, qui pauperi communi necessitate laboranti eleemosinam denegarat. Quod non est [illegible].

315. Ad 2dum verum est, judicem posse cogere, uti est custos fidelis divinarum legum, divitem, ut egenis succurrat, sicuti fit cogere ebrium, ne se inebriet, vel fornicantem, ne fornicetur; unde sicuti his in casibus se inebrians, aut fornicans non ex motivo justitiae, sed ex temperantiae motivo cogitur ab illis indignis actionibus abstinere; ita et dives non ex vi justitiae, sed charitatis cogatur superflua sua pauperibus erogare.

316. Ad 3tium dicendum est, post divisionem bonorum legitime factam, in extrema necessitate omnia dici communia, quatenus talis divisio non abstulit obligationem charitatis in divitibus, ut indigentibus succurrant, sed eam intactam reliquit, vel etiam quatenus pauper jus habet ne impediatur violentis modis ab illorum occupatione; [illegible] autem quatenus illorum dominium non habeant divites, quo non [illegible], quousque ab aliis legitime occupentur [illegible] ex his

317. Quaeres 3tio an necessitatem patiens licite possit de rebus alienis accipere, quantum sibi opus est ad sibi succurrendum?

Respondeo, nunc apud omnes Catholicos Doctores certum esse in gravi necessitate, et a fortiori in communi nullo modo licere pauperi, quicumque sit aliena surripere ut constat ex propositione ordine 36. superius relata ab Innocentio XI damnata, namque hoc permissum est, peram non solum in extrema necessitate sed etiam in gravi: et ex Const. Si quis, de Furtis, in quo sic dicemitur: Si quis ob necessitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem, aut pecus, poeniteat hebdomadas tres; et si reddiderit, non cogatur jejunare. Si autem, propter quod inquiritur poenitentia, et cui annexa est obligatio restituendi, vera culpa est; ergo [illegible] difficultas est circa necessitatem extremam; atque de hac quaestio

318. Ante resolutionem supponendum est primò, extrema necessitate laboranti nullo modo licitum esse clam aliena surripere, ubi amicabiliter rogando divitem ut succurrat, sibi providere sit. Nemini enim licet aliena surripere, cum propriæ per spontaneam, et voluntariam donationem habere, obest. Unde et peccaret nobilis, qui non ostiatim mendicando, sed occultè rogando divitem opportunum subsidium obtinere possit, si hoc prætermisso clam sibi necessaria ad extremam suam necessitatem propellendam surriperet. Quamvis seclusio scandalo, idest si scandalo abesset, talis culpa gravis censenda non esset, ut docet Sindel: dus hic Tract. 4. Cap. 5. Sub. 3. num. 21. cum Lessio, Laloo, et Leandro; quia nempe tunc necdum Dominus talem rem dare tenetur, sed etiam indigens eam sibi jure vindicare sit, atque Dominus contradiceret, ac proinde tota inordinatio se teneret ex parte modi, quæ gravis non videtur.

319. Secundo supponendum est, extrema etiam necessitate laborantem non posse rem alienam surripere, ubi rei Dominus in parem necessitatem foret conjiciendus, quia tunc ipsa etiam rogatus talem rem dare non tenetur, et ratione possessionis jus prælationis acquisivit. His autem suppositis

320 Dico, extrema necessitate laborantem, dum petendo, aut alia via sibi succurrere non sit, clam aliena surripiendo non peccat, dummodo suæ necessitatis limites non excedat. Et in hoc, teste Laloo, omnes conveniunt, et patet tum ex eo, quod quilibet habet strictissimum jus propriam vitam conservandi, ac defendendi, et per consequens adhibendi ea, quæ ad hanc defensionem sunt necessaria, præsertim ubi is, a quo arripiuntur, habet obligationem ea subministrandi, ut accidit in casu nostro; tum ex eo, quod talis necessitas facit omnia communia; et adeò fiunt primi occupantis; ergo etc. Sed jam

321. Quæres 4to, an consumens rem alienam in necessitate ea elapsa restituere teneatur, ubi præsertim ad pinguem fortunam venerit?

Respondeo pro vera hujus dubii solutione attendendum imprimis esse, an item alienam in necessitate consumens eam tunc tantum acceperit, cum indiceret de facto indigebat: an antequam necessitas advenerit, apud se habuerit [illegible] in ipsa necessitate accepta [illegible] esse an [illegible] Dominus dederit et quo pacto dederit: an verò ipsa indigens clam eam surripuerit. Nam si indigens petierit, ac Dominus absolutè sive nulla conditione apposita reddendi, ut [illegible] si meliorem fortunam venerit, veluti compatiens [illegible] [illegible], dederit, tunc [illegible] [illegible], quæcumque ea fuerit, rem utroque factum suam [illegible] absoluta donatione [illegible] [illegible] nihil [illegible] verò Dominus immediatam dederit [illegible] onere restituendi, ubi indigens statim mutuaverit, et meliorem sortem acquisierit, tunc ea [illegible] reddere tenetur, præsertim si necessitas fuerit respectiva, ut constat ex suppositis cum accedit in casu sit quædam species mutui, aut res [illegible] [illegible] per emptionis contractum acquisita. Si autem indigens clam surripuerit, tunc quamvis, ubi necessitas erat extrema, et absoluta, nihil restituere teneatur, nisi forte plus acceperit, quàm sibi opus fuisset ad necessitatem [illegible]

quia nempe rem per illam acceptionem, tactam suam consumpsit; tenetur tamen restituere ubi vel necessitas fuit tantum respective, vel solum communis, aut gravis, quia nempe non licet in gravi, aut communi necessitate rem alienam surripere et ideo surripiendo rei dominium non acquiritur; in necessitate vero respectiva tantum, quae esset cognita, non [illegible] praesumi domini fuisse absolutam donationem, sed sub onere subsidium tunc praestitorum.

22 Loquendo nunc de re recepta, et possessa ante necessitatis adventum, tunc iterum distinguere oportet inter casum, quo modo licito, et justo, V. G. per contractum aliquem indigens rem habuerit, et inter casum, quo modo illicito, et injusto V. G. per furtum obtinuerit. Si primo modo, idest per contractum habuerit, iterum videndum est, an habuerit per contractum dominium transferentem in accipientem, qualis est mutuum, et venditio: an vero habuerit per contractum dominium non transferentem in accipientem, ut est commodatum, et depositum? Si primum accidat, idest si nunc extreme indigens rem illam per contractum dominium transferentem in accipientem habuerit, tunc postquam meliorem, et commodum statum reddendi obtinuerit, [illegible] tenetur, quia tunc non quod alienum erat, sed proprium consumpsit, et ideo obligatio ex contractu reddendi non cessaverat.

23 Si vero secundum eveniat nimirum si ad extremam necessitatem absolutam indigens rem, quam ex contractu non transferente dominium in accipiente apud se habebat, consumpsit, tunc cum probabiliori sententia, quam tenetur Salmanticenses hic Tract. 6. Disp. 2. Punct. 10. num. 2. cum Alphonso Torres, Petro Navarro, Bonacina, Lessio, et aliis, dicendum est eum, rem illam consumentem ad restitutionem non teneri, quia nec restituere tenetur ex re accepta, cum nihil illius superest, ut supponitur, neque ex injusta acceptione, cum nulla fuerit, neque etiam ex contractu prius facto, cum hic solum habeat obligare ad restitutionem, ubi res culpa commodatarii, aut depositarii pereant: sed si absque ulla ipsius culpa ut praesupponitur in praesenti, neque tandem ex damno injuste illato, cum nulla actio iniqua facta fuerit; ergo etc.

24 Quod si nunc necessitatem extremam patiens per iniquam actionem, V. G. furtum, vel rapinam habens rem, quam in necessitate consumit, tunc iterum distinguendum est inter casum, quo fur, antequam necessitate ablatam consumeret, suam fecerat per commixtionem cum aliis propriis, ut si commiscuisset frumentum aut pecuniam, aliaque cum suo frumento, et pecunia commiscuisset, ita ut discerni et distingui non possit a propriis; et inter casum, quo fur suo nullo modo fecit rem furto ablatam, ut est quando adhuc extat illa, et quaenam sit, dignoscitur. In primo enim casu ex debito tenetur, furem transacta necessitate teneri ad justitiam ad restitutionem in aequivalenti ubi illa cum rem alienam propriam consumat. Atque in hoc fere conveniunt Doctores: similiter circa secundum casum maxime vertitur opinionum dissidium. Nam Vasquez, Bonacina, Lorca, et alij plures, quos supprassa nominavit Salmanticenses loco citato num. 3. contendunt tunc furem in extremi.

ante extremam necessitatem consumendo rem injuste ablatam, ea tenetur ad restitutionem tamen, et quidem etiam quoad damna secuta, quae fuerunt ante necessitatem extremam; quia licet tunc per justam, et licitam rem consumat in necessitate, obligatio tamen ante necessitatem contracta ex injusta acceptione non perit, sed tantum suspenditur, ubi ad sublevandam necessitatem opus non sit damnum extinguere, sed sufficiat restitutionem pro tunc impedire. Contra vero Navarrus, Lessius, et alii plures, quorum sententiam Lalemus et probabilem, et forte probabiliorem, censent, furem pro tunc solum obligari ad solvenda damna causata domino usque ad tempus necessitatis restituenda; non autem ad rem ipsam in necessitate consumptam reddendam, ubi praeterea non est magni pretii, et valoris; idque probant praesertim ex eo, quod extrema necessitas dedit tunc jus rem illam consumendi, ac si tunc ablata fuisset; si autem tunc, scilicet in ipsa necessitate ablata, et consumpta fuisset, nulla erat restituendi obligatio; ergo etc. Utraque confirmant ex hoc puncto, quod saltem juxta plurimos sententia ab onere rem restituendi liberatur iniquus detentor, ubi absque ulla ejus culpa perit res furto ablata, eodem modo apud dominum existens peritura; atqui in casu praesenti, videlicet extremae necessitatis, si res apud dominum extitisset, apud eum peritura fuisset, et quidem absque ulla culpa furis, cum hic juste illam consumere potuisset; ergo etc. Atque tunc ad fundamentum oppositae sententiae dicunt, esse quidem obligationem restituendi ex injusta acceptione, quando non advenit causa excusans a restitutione ob rem acceptam; secus vero, ubi extinguitur obligatio restituendi rem acceptam, ut accidit in casu nostro. Verum quidquid sit de hac secunda sententia, primam utpote securiorem amplectendam existimo, vel saltem consulendam. Modo [illegible] Quaeres 5to, et ultimo, an debitor in extrema necessitate existens teneatur rem alienam restituere suo creditori simili necessitate laboranti?

325: Respondeo, nonnullos Doctores, ut Sylvius, Rebellus, Gabriel, Medina, Aragonius, et alii apud Burghaber [illegible] tom. 2 disp. 5 dub. 3 num. 29, affirmativam pro omni casu tenere sententiam ex ea ratione, quia licet in extrema necessitate omnia sint communia; ille tamen praeferendus videtur, qui est verus Dominus, et rem jam ante possidebat. Ast cum plurimis aliis ut supra, distinguendum censeo inter casum, quo rem alienam debitor retinet ex contractu, et inter casum, quo ex delicto eam apud se habet, et ita quidem, ut in primo etiam distinguendum sit inter contractum transferentem dominium in accipientem, et inter contractum talem dominium non transferentem. Si enim debitor rem alienam habuit per contractum dominium transferentem in accipientem, v.g. per mutuum vel emptionem, cum tradere seu solvere non teneatur creditori in pari necessitate sive extrema, sive gravi constituto, ubi praefixum tempus solutionis non advenit, ut facile omnes concedunt, quia tempore in pari casu melior est conditio possidentis, ut in casu nostro contingit. Quod tamen ita certum non est, ubi debitor rem possidet per contractum dominium non transferentem in accipientem, v.g. per commodatum, vel per depositum, vel per pignus [illegible]; quicumque alius

in debitore agnoscunt obligationem reddendi rem suam creditori in pari necessitate cum suo debitore constituto. Quo, tñ obligaõ neganda videtur cum Lalao, Vasquez, Bonacina, Siribaldo, ac pluribus alijs, ubi tempus contractui praefixum finitum non est quamdiu dominium non sic gratis rem possidentem; est tñ justa possessio, vel etiam usus pro eo tempore et proinde rem pro eo casu debitor legitime possidet; unde cum melior sit in pari causa conditio possidentis, debitor tunc extremae, vel cuius necessitatis, re illa licite uti potest.

326 In casu autem, quo debitor rem ex delicto, v.g. furto vel rapina retinet, distinguendum est primo, et attente inspiciendum, an per tale furtum, et rapinam dominus rei constitutus sit in extrema necessitate, vel etiam antea fuisset; an vero per alios causas omnino à tali furto, vel rapina distinctas extremae indigens factus sit. Si enim primum contingat, debitor rem reddere tenetur, quia talem rem accipiendo injuste egit, et deinde injuste retinet; et adeo cum melior sit conditio legitimi possidentis, res creditori reddi debet. Sin autem secundum contingat, idest si post furtum illud, vel rapinam, et per alias causas rei dominus factus est extreme indigens, Siribaldus cum Castillo, Cajetano, Tamburino, Cardenas, Lopez, Valentia, Azorio, Castro, Leandro, Diana, Lalao, alijsque pluribus docet, debitorem pro talis necessitatis tempore non teneri rem ablatam creditori, seu domino restituere; et ratio est, quia cum extrema necessitas omnia faciat communia, ita ut res sint primi occupantis pro eo priori tempore, quo fur necessitas praevenit necessitatem domini, fur juste rem a se ablatam retinebat; juste autem rem retinens alteri dare non tenetur in pari necessitate; ergo &c. Quod confirmari potest sequenti exemplo. Existens enim ad mortem à latronibus, aut in naufragio constitutus, atque equum alienum qui necessarius est evadendo à latronibus conscendens, aut alienam tabulam primo arripiens, equum, et tabulam reddere non tenetur domino vitae pariter periclitanti, nisi postquam à periculo evasit, quia tempore et equus, et tabula in illa extrema necessitate sunt res communes, et fiunt primi occupantis, et necessitas unius non impedit alterius necessitatem, neque cum equum conscendens, aut tabulam arripiens est causa periculi domini equi, et tabulae, sed hoc aliunde evenit. ergo à pari in casu nostro; et ita quidem, ut et si dum rem in eo casu quo necessitas furis, et domini esset simultanea, cum 327 fur non est causa necessitatis domini ipsius rei.

Atque hoc intellecta jam de necessitate extrema idem Siribaldus cum pluribus aliis auctoribus extendit ad casum, quo Uxor, Avus, Parentes, et Filij debitoris extrema necessitate laborarent; quorum et nonnulli extendunt ad fratres quosdam, quia nempe strictius est debitum ... et naturale omnium erga parentes, et fratres conjunctos quam debitum morale, quo erga creditores tenetur. His autem solutis ...

328 § 3. De quibus bonis facienda sit eleemosyna.

Non habentem ex bonis proprijs aliena sumere posse ut proximo in extrema necessitate constituto, ne ... sua ...

rere valente subveniat, expresse docet Angelicus Praeceptor 2. 2. q. 66. A. 7. ad 3tiũ inquiens dicarum, quod in casu similis necessitatis (extremae) etiam pt aliquis occulte rem alienam accipere, ut subveniat proximo sic indigenti. Quam Angelici doctrinã communiorẽ amplectuntur Theologi, et ratione manifesta comprobat, quia nempe sicut pauper in tali necessitate constitutus potest per semetipsũ aliena sibi necessaria accipere; ita et alius ejusdem nomine idem praestare valet. Atque hinc quis habens apud se rem alienam, danonteam alteri extremẽ indigenti [illegible] subministrare, pt absque onere inde restituendi, dummodo ti non habeat propria quibus succurrat. Si enim propria bona habeat sibi superflua juxta superius dicta, si tunc rem dapositam pauperi elargiatur, peccat, et ad restitutionem tenetur domino depositi, quia videlicet tunc aderat obligaõ succurrendi proximo ex suis proprijs. Unde difficultas solum esse pt circa bona, quae proximo sunt elargienda in necessitate gravi, et communi. Atque de hoc loquendo

329\. Dico, neminem in gravi, et communi pauperum necessitate licitẽ posse facere eleemosynaõ nisi ex bonis proprijs, quorum habet liberam administrationem. Est communis sententia, et non obscure nascit ex illo Isaiae 58: Frange esurienti panem tuũ. Dicitur enim non simpliciter panem, sed panem tuum, cujus scilicet dominus es. Idem autem constat ex D. Aug. Hom. 7. relato in Capit. [illegible] aliquis cão 14. q. 5. ubi tanquaõ diaboli calliditate suggesta damnatur cogitatio, qua quis se determinat ad aliena surripienda ut succurrat pauperibus, atque ita alteri ais [illegible] [illegible] et ratio accedit. Nam elargitio eleemosynae est quaedam absoluta donatio alteri facta de re qua ipse indigat: nullus autem salva justitia pt alteri donare nisi rem, cujus est dominus; sicut et nullus salva obedientia justis legibus potest rem etiam suam donare, nisi liberam habeat administrationem, minimẽ à legibus impeditam; ergo [illegible]. Sed pro majori hujus intelligentia

330\. Quaeres primo, quid dicendum sit de bonis quae ab aliqua communitate possidentur? [illegible]

Respondeo pro recta hujus solutione recurrendum esse ad duplicem modum, quo bona communia possideri possunt. Alia [illegible] possidentur collegialiter, et respondo particulariter [illegible] [illegible] tunc possidentur, quum non in singulos dividuntur, sed à tota communitate simul, vel ab eo, qui communitatis curam gerit, [illegible]. Particulariter vero possidentur, cum in singulos distribuenda sunt, et singuli talis communitatis habent jus [illegible] assignata portio datur. Si jam bona communia primo modo, [illegible] elargiuntur possidentur, tunc major communitatis pars [illegible] [illegible] [illegible] etiam dissentientibus, vel quae [illegible] [illegible] gerit, tenetur potest eas eleemosynas, quas [illegible] [illegible] talis communitatis expediri visa [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible]. De his, quae sunt a majori parte [illegible] [illegible] [illegible] particulariter possidentur, tunc consensus [illegible] singulorum requiritur. Nam cum sua cuique competat sua portio [illegible] [illegible] dominus, non pt ulla vel [illegible] suo consensu [illegible] [illegible] non pt alter illam accipere, ab in eleemosynas [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] omnes, de [illegible] [illegible]

Quaeres 2do, quid dicendum sit de bonis illicitè, et turpiter acquisitis, an videlicet eorum possidens in eleemosynam erogare possit?

Respondeo, hic distinguendum esse inter bona illicitè quidem, et turpiter, non tamen injustè, seu contra justitiam acquisita, cujusmodi sunt bona tanquam in praemium, et mercedem alicujus mali, et perversae actionis jam patratae accepta, cujusmodi est pecunia à meretrice, et à mandatario ob meretricium commissum, et homicidium jam in mandato alterius patratum velut in pretium laboris accepta; atque inter bona illicitè, et turpiter, ac simul injustè, seu justitiam violando usurpata, v. g. furando, rapinas, et usuras faciendo. Si enim primo modo bona sint acquisita, tunc ea possidens, utpote jam illorum factus dominus, in eleemosynas licitè poterit erogari, si praesertim unum, vel aliud casum excipias, et praesertim casum de simoniacè acquisitis ob beneficium, quae ante quamcumque judicis sententiam ecclesiae sunt restituenda, ut dicemus de simonia.

632 Si vero secundo modo bona sint acquisita, tunc iterum distinguendum est, et examinandum, an iniquus possessor rem alienam adhuc in specie extantem apud se retineat, vel non, sed tantum summam in aequivalenti. Si enim res ipsa in specie adhuc extat apud iniquum possessorem, ac verus dominus cognoscitur, ea in eleemosynam pauperibus erogari non potest, sed domino reddenda est, praesertim ubi res illa per minimas partes à pluribus dominis ablata non fuit. Nam, ut dictum est supra, in gravi, et communi pauperum necessitate nonnisi de propriis bonis facienda est eleemosyna. Notanda tamen sunt primo verba illa: ac verus dominus cognoscitur, quia si casus esset, quod adhibita morali diligentia in inquirendo verus dominus ignoraretur, nec ulla adsit prudens spes eum inveniendi, tunc res illa pauperibus distribui poterit, quinimo debebit, quia ex una parte res aliena expendi debet in ejus usum, in quem rationabiliter praesumitur, verum dominum velle expendi; atque ex altera parte praesumitur supponitur, dominum tunc velle, rem suam tam pauperibus, aut in alios pios usus expendi. Notanda item sunt verba illa: praesertim ubi res illa per minimas partes à pluribus dominis ablata non fuit; quia si casus esset quod quis suis furtis, et rapinis levibus notabilem aliquam summam à pluribus tantum [illegible] singillatim damnificatis surripuisset, quam cum ubi commode possit variis dominis restituere [illegible] puta si [illegible] vinum pannumve diminuta mensura notabile lucrum fecisset, solis suis emptoribus adventitiis mensuram aliquantum auctam vendebat subministrans usque dum perveniat ad sui debiti extinctionem; ubi in singulis damnificatis moraliter nequeat fieri restitutio, puta vel quia ij sunt qui omnino ignorantur, vel quia executio est difficilior, quam res tantilla postulet, vel quia est infamiae periculum, vel aliud incommodum immineat, tunc pauperibus res poterit distribui, eo tali distributioni rationabiliter contenti esse debeant ita leviter damnificati.

633 Quod si res injustè alteri ablata in specie non existat, sed à fure, vel à latrone aut usurario fuerit alienata, tunc examinandum est, an [illegible] aut [illegible] reddat se impotens ad faciendam restitutionem,

Bibl. Civica di Udine

vel non? Si enim impotens evadet, planum est, eleemosinam fieri non posse, quia in damnum creditoris cederet, et adeo esset contra justitiam. Si autem impotens non fiat, Palaus cum Vasquez, Suarez, et alijs docet, eleemosynam fieri posse a fure, quia nempe tunc eleemosyna fieret ex bonis proprijs sine creditoris damno.

334. Sed pro complemento hujus materiae quaeres 3tio, an accipiens in eleemosinam bona illicite, et injuste acquisita, teneatur restituere creditori, si deinde habeat, unde restituat?

Respondeo, mala fide in eleemosinam accipientem talia bona, ut puta ubi scit, rem illam esse furto, vel rapina a dante acceptam, vel furem per talem eleemosinam reddi impotentem ad restituendum, teneri ad restitutionem, quia tunc retinet rem non suam et positive cooperatur damno legitimi creditoris. Quod si bona fide rem accipiat, eamque consumat, ad nihil teneatur, nisi forte ditior factus fuerit. Sin autem res adhuc extet, cum res semper clamet ad dominum, esset restituenda ut, [illegible] dicemus de Restitutione. Et ex his sit

§. 4. De Dantibus Eleemosynam.

Extra casum extremae necessitatis proximi eleemosinam fieri non posse nonnisi ex bonis proprijs, quorum liberam quis habet administrationem, supradictum est. Modo ergo inquirendum est de nonnullis Personis in particulari, an non solum de expresso, verum etiam de tacito, et rationabiliter praesumpto consensu veri, et absoluti Domini possint licite quasdam facere eleemosinas?

335. Quaeres ergo primo, quoniam Maritus est Caput et Dominus familiae, an uxor licite possit facere eleemosinam?

Respondeo, hic difficultatem tantum esse posse de bonis dotalibus, et communibus familiae, certum enim est apud omnes uxorem facere posse eleemosynas ex bonis, si quae propria habet, eorumque administratio minime ipsi est impedita per legem aliquam, aut contractum, aut alio justo modo. Unde uxor licite poterit erogare eleemosynas primo ex bonis paraphernalibus, quae scilicet ipsa non attulit in dotem, nec per contractum matrimonialem voluit esse communia, sed sibi reservavit: 2do de bonis, quae ex haereditate, et donatione minime facta intuitu matrimonij ei obvenerunt: 3tio ex bonis, quae ipse maritus absolute ei donavit, aut in sustentationem, et ad usum assignavit, dummodo ad talem finem alia multum non noceat: et ultimo ex bonis, quae ex proprio labore, et industria non debita familiae, acquisivit, ut esset, cum post expleta sua officia ex parte [illegible] debita familiae subtrahendo de somno, et solatijs suis [illegible] diurni debitis pro lucro reportando laborasset, et operata fuisset.

336. Loquendo autem de bonis communibus, et dotalibus, [illegible] cum illorum uxor dominium non habeat et hanc administrationem, pertineat ad illam tum, pariter certum est apud omnes uxorem non posse facere eleemosynas, nisi de consensu vel expresso, vel tacito, vel saltem rationabiliter praesumpto [illegible] in[illegible] [illegible] communi[illegible] [illegible] multas facit eleemosynas parvas, quas aliae [illegible] jam probae et moniales [illegible] solent;

hocque tum ob consuetudinem receptam, tum quia hujusmodi eleemosynae largitio videtur pertinere ad congruam uxoris sustentationem. 2do, quando maritus est avarus, vel si prodigus ob amentiam, vel aliam ob causam rem familiarem est impotens administrare, atque adeo cum tunc familiae administratio pertineat ad uxorem, ipsa facere potest eas eleemosynas, quae suo statui, et conditioni conveniunt, et moderatiores, quas maritus tanquam bonus oeconomus facere consueverat, et christiane operando facturus erat. 3tio, quando eleemosyna moderata, et proportionata facultatibus instituitur ad avertendum aliquod grave malum, sive temporale, sive spirituale imminens sibi, vel marito, aut propriis filiis exemplo Abigail, quae et legitur 1. Reg. 25. laudabiliter egit, dum ipso marito suo [illegible] [illegible] David, ne in eum amplius saeviret. 4to [illegible] maritus [illegible] dis, comessationibus, luxuriis similibusque [illegible] modis bona sua dissiparet, atque ipsa uxor ad se servandam [illegible] sortem sibi contingentem, suaeque sustentationi necessariam sumpserat, et deinde [illegible] vivendo superflua in eleemosynam erogaret. Marito namque non [illegible], sed administratio commissa est, atque uxor ad sui congruam sustentationem jus habet. 5to tandem, ubi uxor habet parentes, aut filios ex priori matrimonio indigentes, et ipsa non habeat bona propria, quibus subveniat, dummodo remaneant necessaria marito, ejusque familiae. Ex hoc enim, quod mulier matrimonio jungitur viro suo, non extinguitur jus naturale alendi propriis parentes, et filios indigentes, nec [illegible] jus amittunt ad sui sustentationem ab ea repetendam; et 2do maritus eam accipiendo in conjugem veluti consensit in talem subministrationem; et proinde non fit ei rationabiliter invitus, ubi necessaria parentibus et filiis suis suppeditaret. Hoc praesertim verum est si de rebus dotalibus suppeditat, ut etiam habetur in Leg. Mulier, Sunt, ff. De jure Dotium; ubi manente matrimonio, uxori non pertinens dicitur redditum dotis, ut se, suos ve alat, ut tandem idoneum emat, ut in insulam [illegible] parenti praestat alimoniam, ut egentem virum, fratrem, vel sororem sustineat. Qua ratione nonnulli et extendunt ad casum fratris vel sororis indigentis, quod namque et his de bonis dotalibus, et [illegible] possit succurrere uxor, ubi necessitatem patiuntur. Quid [illegible] sit, an uxor taliter tradita parentibus, et filiis, aut fratribus debeat referre in suam partem, dum [illegible] marito partitio fiat cum eisdem haeredibus, de quo disserunt [illegible]

337. Quaeres 2do, an Filius-familias dissentiente Patre eleemosynam facere possit?

Respondeo, filium-familias, qui [illegible] sub Patria potestate degit, de bonis castrensibus, aut quasi castrensibus eleemosynam facere posse, si praesertim pubes est, nam in esse debitum, quia [illegible] [illegible] [illegible] dominium, sed etiam [illegible] habet administrationem independenter a Patre suo. Bona autem castrensia [illegible], quae acquiruntur in militia, vel occasione militiae, [illegible] [illegible] [illegible] spolia ex hostibus reportata, dona [illegible], aut [illegible] [illegible] ob obsequium Principi in ejus aula exhibitum, et eandem [illegible], quae dantur [illegible] ad militiam aut [illegible]

Erunt is obsequio, sunt et omnia lucra, quæ ex talibus bonis interveniente aliquo contractu, proveniunt. Quasi castrensia verò sunt, quæ Filius acquirit ex officio, et munere publico, ut judicis, Advocati, Tabellionis &c.; ex professione alicujus artis liberalis, aut scientiæ ut magistri, Doctoris, Medici &c.; item ex clericatus, et sacerdotij functione; et denique ex Principis liberalitate, aut propria personali parsimonia, et donatione ipsi facta, ut apud ipsum et sit dominium, et usufructus rei donatæ.

338. Quod si sermo sit de bonis profectitijs, qualia sunt, quæ proveniunt à Patre vivo, vel Patris gratiâ donata sunt, vel ex bonis paternis v.g. negotiando acquisita; aut de bonis adventitijs, qualia sunt, quæ neque castrensia, neque quasi castrensia sunt, neque à Patre, aut ejus intuitu donata sunt sed aliunde filio sub Patria potestate constituto obveniunt, puta per hæreditatem ex linea materna, amicorum donatione, aut legato; thesauri inventione, propria industria, et labore in arte mechanica &c., si, inquam, sermo sit de his bonis, Filius-familias non potest facere nisi eas eleemosynas, quas ab ipso fieri Pater consentit, aut rationabiliter præsumitur consentiens, ubi scivit, quia loquendo de bonis profectitijs horum dominium et directum et utile est penes Patrem, et loquendo de bonis adventitijs, licet horum dominium directum sit apud Filium, dominium tamen utile et apud Patrem; adeòque ipsorum usufructus, et administratio pertinet ad ipsum Patrem. Unde restat solùm observare, quibus in casibus Filius possit rationabiliter præsumere, Patrem non esse invitum, si aliquas instituat eleemosynas

339. Casus autem isti præcipui sunt sequentes et primò ubi Filius tenues faciat eleemosynas secundum suum statum et conditionem, utpote cum hoc videatur reputandum in congruam [illegible] sustentationem. 2dò, ubi Filius peregrinatur, aut residet in [illegible], et de sumptibus paternis ibi instituit eleemosynas, quas ab alijs sui status, et conditionis fieri videt, hoc [illegible] pro minori casu deducta. 3tiò, quando Pater certam summam ipsi assignavit pro sua congrua sustentatione, et [illegible] sumptibus necessarijs, quod superest, pauperibus [illegible] Pater videatur, liberam filio concedere administrationem: 4to atrt [illegible] filium eleemosynas facere posse, ubi Pater sit vir scelestus, et avarus, [illegible] ad [illegible], et à Patre divinam [illegible] nam. Sunt enim nedum causam propriam, sed etiam Patris vel [illegible].

340. Quæres 3tiò, an Pupillus, et Minorennis, et Prodigus, cui datus est Curator, cum suorum bonorum dominium habeant, eleemosynas facere possint?

Respondeo, illos posse quidem facere eas eleemosynas quas alij sui status, et conditionis facere solent, et uti et in ijs bonis, quæ ad honestam sustentationem, et licita [illegible] à Tutore, vel Curatore assignata fuerint, et [illegible] reservavit, quia in ijs casibus Tutor, vel Curator consentire præsumitur, nisi fortè in primo casu [illegible] quod [illegible] Curator personatus non ex justa causa [illegible] distribuere eleemosynas congruas statui, conditioni, et facultatibus Pupilli, aut Minorennis, aut Prodigi. Quamvis ut apud Palaum hic Tract. 6 Disp. 2. Pun. 13. num. 6. docent

Molina, Sanchez, Gomez, et Lessius, si Pupillus, aut Minorennis, aut Prodigus aliquam notabilem summam darent in eleemosynam, recipiens eam utpote à vero Domino acceptam retinere licitè posse, quousque repetatur à Curatore aut ab ipso Pupillo petente restitutionem in integrum.

341. Quæres ultimò, an Famuli, et Famulæ eleemosynas aliquas facere possint?

Respondeo, certum esse, Famulos, et Famulas de suo proprio salario eleemosynas facere posse nisi adhuc sint sub Patria potestate, quia tunc et sunt domini, et liberam habent sui salarij administrationem. Quod si adhuc sint sub Patria potestate, à voluntate Patris debent dependere. Atque hinc solùm dubium est, de bonis sui Domini aliquid in usus pauperum possint erogare? Atque ad hoc dicendum non posse, nisi de expresso, aut tacito consensu ipsius Domini, qui consensus facilè præsumitur de reliquiis panis, quæ aliàs inutiliter perirent et maximè de ijs, quæ sibi de victu concesso subtrahunt, nisi inde redderentur impotentes per inedia debitum servitium præstare Domino suo. Atque accepta refero ex D. Thoma in 4um dist. 15. q. 3. sic ajente =: Dicendum est de servis et ancillis, et etiam Famulis, quamvis sint liberæ conditionis, quod non possunt eleemosynas dare de rebus dominorum, sine eorum consensu, nisi panem, et hujusmodi, quæ ut dictum est, non inferunt sensibile nocumentum. Quia etsi sit dispensator rerum, non tamen ponitur dispensator, quasi potestatem aliquam in re domini habens; sed quasi tractans eam ad utilitatem Domini. De pretio autem sui servitij constet, quòd possit eleemosynam dare =: Hæc S. Doctor, ex quibus sic

§. ultimus. Quibus danda sit eleemosyna.

342. Quamvis, ut constat ex superiùs dictis a num. 271., eleemosyna ex rigoroso præcepto facienda sit omnibus indigentibus sive Fidelibus, sive infidelibus, sive conjunctis, sive extraneis, sive amicis, sive inimicis, sive justis, sive injustis quatenùs sunt noster proximus; hocque non quomodocumque, sed juxta facultatum nostrarum vires, atque charitatis ordinem supra explicatum; illud tamen non est verum, ubi prævideretur, eleemosynam illam inservituram esse ad fovendam iniquitatem, et peccatum aut ex ea secuturum esset aliquod grave detrimentum, aut nobis, aut aliis, aut ipsi Reipublicæ. Tunc enim eleemosyna est deneganda, ut docuit S. Aug. epist. 48. ad Vincentium Donatistam paulo post initium sic inquiens: Utilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus justitiam negligeret, quàm esurienti panis frangitur, si injustitiæ seductus acquiescat. Atque in sensu intelligendum est illud Ecclesiast. 12: Da bono, et non receperis peccatorem. Benefac humili, et non dederis impio. Prohibe panes illi dare. Et propterea vagabundis, et otiosis valentibus sibi panem, ac necessaria ad victum, et vestitum lucrari, ac propter otium, et laboris tædium industriam non exercent, meritò eleemosyna est deneganda, quia præterquàmquod isti sunt eleemosynarum fures, ac sic alij verè pauperes damnum

patiantur, majores pro eleemosynis collectum, id esset eorum nimis,
et vitia alere, quia ex otio ad plurima vitia prolabuntur ju-
xta illud Ecclesiastici 33. Multam malitiam docuit otiositas. Quod
tamen ita intelligendum est, ut, sicut advertunt Salmanticenses,
Palaus, et alij quamplures, non facile praesumendum sit, pauperes
sibi obvios esse vagabundos, et otiosos, et ex laboris taedio eleemo-
synam quaeritare; quin potius credendum est eam ex necessitate
quaerere, quia charitas non cogitat malum; nisi forte evidentes
conjecturas contrarium suaderent, uti esset, ubi videremus juve-
nes robustos mendicare in locis, ubi ad opera ut plurimum omnes
conducuntur. Sicuti et locum non habet, ubi etiam otiosus, et pro-
digus in gravem necessitatem repente incidisset, et ex di-
... eleemosyna merito speratur, ad ... fugam redu-
... endum esse, et malum grave impediendum esse; tunc enim
eleemosyna et corpori, et animae indigentis prodesset.
Difficultas tamen quammaxima hic est, an qui
343. ficta, et simulata paupertate petit, et accipit eleemosynam,
graviter peccet, atque ad accepti restitutionem teneatur.
Et sane autem graviter peccare, ubi acceptum est in notabi-
li quantitate ad materiam gravem pertingente, certum esse
puto omnes, tum quia dantes nullo modo dare intendunt nisi
indigentibus; tum quia talis receptio cedit in grave detri-
mentum vere indigentium. Atque hinc dubium solum esse fit
de obligatione restituendi, in quo duplex e diametro oppo-
sita sententia est apud Doctores. Negativam defendunt Soto, Lessius,
Sa, Medina, et alij apud Salmanticenses, qui eam tanquam
sibi probabiliorem tuentur. Affirmativam vero tenent Pa-
laus, Sylvester, Ferraris verbo eleemosyna num. 25. cum
Vasquez, Navarro, de Lugo, et alijs pluribus; hancque, ut proba-
biliorem praeferendam censeo. Unde sit
Propositio. Fingens, ac simulans se pauperem,
344. atque eleemosynam petens rei acceptae dominium non ac-
quirit, et proinde ad restitutionem tenetur, et quidem sub
gravi, ubi res accepta est in notabili quantitate. Ita cum
Sylvestro, sententia Patronis, et probatur breviter hoc pacto. Prin-
cipium enim certum est, quod ille actus sit irritus, et nullus,
qui fit per errorem versantem circa ejusdem substantiam; sic
matrimonium contractum cum Antonia secundo genita per
errorem existimata Francisca primo genita, circa quam
errorem intenderat, nullum est; sicuti et nullus esset contra-
ctus venditionis, ubi quis venderet alteri gemmam, quam vi-
trum credebat: Atqui ubi quis dat eleemosynam divitem
pauperem fingenti intervenit error circa substantiam actus,
nempe eleemosynae: haec enim de sua essentia habet pro
objecto suo fonti, seu fine intrinseco alienam indigentiam
sublevare, ut constat ex definitione superius data, in qua
omnes conveniunt; ergo &c. Atque adeo sicuti ubi Princeps
determinatus esset ad donandum equum Petro, Paulus hoc
sciens, se fingeret Petrum, et ante Regem prostratus, atque
ab eo interrogatus diceret, se esse Petrum, atque per hanc
fraudem equum reciperet, donatio a Rege facta nulla esset,
ita in casu nostro dicendum est. ergo &c.

345. Ast ad oppositum sententiae Patronis dices. Ubi quis pauperi ficto, et simulato eleemosynam elargitur, error non est circa substantialia, sed circa accidentalia; et primo, quia finis eleemosynae est sublevare proximi indigentiam prudenter talem existimatam, quae talis esse sit, sive sit vera, sive sit tantum apparens: 2do, quia est aeque grata Deo eleemosyna facta pauperi vere tali, ac pauperi ficto vere indigenti prudenter credito: 3tio, quia ut eleemosyna fiat propter Deum, finis intrinsecus, et substantialis est ipse Deus; non autem realis proximi indigentia: Atqui error circa accidentalia actum non ita inficit, ut sit nullus, ut docet recepta sententia; ergo donatio tunc facta illi simulato, et ficto pauperi tenet; sicuti de facto tenet eleemosyna vero pauperi se fingenti sancto facta, et valet matrimonium cum ignobili, et paupere contractum, etsi nobili, et divite existimato, et tenet collatio beneficii facta ignoranti, et moribus depravato credito jam docto, et probo, etsi talis minime facta fuisset, ubi veritas detracta fuisset; ergo &c. Quod confirmari etiam fit ex eo, quod tunc restitutio facienda esset vel danti vel pauperibus veris: non debet autem fieri danti, quia hic supponitur persistere in sua voluntate prius concepta, qua fuit velle a se abdicare dominium rei datae, et pauperibus tribuere; non pauperibus, quia isti nullum jus ad talem eleemosynam acquisierunt; ergo &c. Unde sicuti illi qui prae pigritia, et laboris taedio indigent, augent eleemosynae dominium acquirunt; ita et pauper fictus, et simulatus acquirit.

346. Respondeo negando majorem, ad cujus probationem ex dictis negandum est assumptum. Finis enim eleemosynae est succurrere indigentiae verae, et reali pauperis, qui prudenter talis existimetur. Ad 2dum autem utramque illam eleemosynam Deo aeque gratam fore, fatendum est, quia Deus solam intentionem dantis spectat. At in re non est vera eleemosyna, cum in re non sit alienae miseriae relevatio; ac sane ratione qua quis adorans hostiam non consecratam, quam tamen consecratam existimat, elicit quidem actum Deo gratum non tamen elicit actum, qui in re sit verus actus religionis cum in tali hostia nihil sit religionis cultu dignum. Ad 3tium denique dicendum est, hoc, quod eleemosyna fiat propter Deum, esse finem extrinsecum eleemosynae spectatae prout magis est opus misericordiae, ut patet ex superius dictis; sed hujus finis intrinsecus est alienae indigentiae sublevatio. Cum enim eleemosyna fit propter Deum, est actus a charitate imperatus.

347. Atque hinc ad exempla adducta, et ad 3um dispensatos est, quia sanctitas non est nisi motivum impulsivum ad eleemosynam, et ideo non pertinet ad substantiam eleemosynae, sicut pertinet paupertas. Et idem est de matrimonio cum ignobili, et paupere, quia namque nobilitas, et divitiae non sunt conditio, cui de jure, et ex rei natura contrahens inniti debeat, et suum consensum alligare. Quod vero spectat ad beneficii collationem [illegible] factam ignoranti, et improbo, observandum est, an ignorantia, et improbitas talis sit,

ut recipientem reddat reddit indignum, sed etiam insufficientem, et incapacem; et tunc beneficij collatio nulla est; valida vero est, ubi non obstante improbitate, et ignorantia remanet dignus, ergo et sufficiens talis collationis [illegible] sicuti in primo casu, quia error est circa substantiam, invalidat collationem beneficij, ita in casu nostro Dicendum est. Circa confirmationem, quae aliam involvit diffi-

348. cultatem, an videlicet a paupere ficto facienda est restitutio? circa quam variant Doctores, quorum alij, ut Cajetanus, Navarrus, et Medina, existimant restitutionem pauperibus faciendam esse, alij vero volunt, Donanti debere restitui, si res praesertim sit magni momenti, inter quos sunt Lessius, et Sotus. Salas autem, et Ferraris cum Vasquez, [illegible], Tamburino, et alijs docent, restitutionem tunc fieri posse tum danti, tum pauperibus, utrumque placuerit: Pauperibus quidem, quia usque dum non constat, Dominum retractasse, merito censetur perseverasse in voluntate rem illi a se [illegible] et pauperibus tribuendi; atque adeo ex ejusdem praesumpta voluntate pauperibus dari poterit: Domino item quia et ipse illius verus Dominus est. Hancque tertiam caeteris praeferendam existimo. Tandem ad id quod additur, Giribaldus censet

349. pro pigritia, aut laboris taedio vere indigentem mortaliter non peccare petendo, et recipiendo eleemosynam, quia videlicet stante vera paupertate, subsistit causa finalis, et per consequens validitas eleemosynae; nec pigritia, et laboris taedium, nisi aliud addatur, importat tantam deordinationem, ut sit peccatum mortale. Ex quo jam patet disparitas inter nostrum, et illum casum.

Hic tamen pro praesentis materiae coronide duo ve-

350. niunt inquirenda, et primo quid dicendum sit de Eremita alicuius ecclesiae, seu sacello inserviente, an videlicet vivere possit de eleemosynis pro tali ecclesia collectis. 2do quomodo executores testamentarij in favorem pauperum debeant se gerere in talium bonorum distributione.

Respondeo ad primum cum Giribaldo, Ferraris, et aliis ab ipsis citatis, eremitam illum posse ex eleemosynis collectis pro ecclesia, aut sacello, cui inservit, juxta statum suum decenter vivere, dummodo ecclesiae illi sufficienter provideatur. Qui enim altari servit, de Altari vivere potest; quinimo [illegible] tur necessaria tali ecclesiae est etiam victus honestus talis eremitae illi inservienti. Quod si aliquid in Ornatu Altaris et victu superfit, tunc eremita tribuere poterit in eleemosynam pauperibus sive consanguineis, sive extraneis, dummodo tamen tales eleemosynae ex offerentis devotione non sint specialiter applicatae ad tale sacellum, sive ecclesiam, quia nimirum indigens [illegible], et ad [illegible] donantur, [illegible] pauperibus dare [illegible], nisi [illegible] in contrarium obstat, sicuti non obstat in casu nostro [illegible] casum adductae limitationis. Atque ex his

351. Respondeo ad 2dum, illud unicè dubium facere, si dum ipse testator in suo testamento non expressit, quinam determinatis pauperibus summa ab ipso relicta sit distribuenda; si enim ipse clare expressit pauperes suae civitatis, [illegible] et non exteris danda erit eleemosyna, sicuti si nominasset

pauperes ad portam suæ domus tali die advenientes, ijs tantum
qui tali die advenerint, distribuenda erit, et non ægrotis domi
suæ, aut in Hospitalibus degentibus, ac ideò illuc non venientibus;
sicuti è contra si dicatur, talem summam pauperibus verecun-
dis dandam, tunc distribuenda non erit ostiatim mendicantibus.
ità tamen ut si in numero plurali nominentur pauperes, et non aliquis
numero determinatus pauper in singulari ab executore Testamen-
ti speciatim nominandus, tunc, spectata paupertate uniuscujusque
et alijs circumstantijs consideratis, singulis sua portio danda erit,
et non uni tantùm tota summa distribuenda erit. Atque prima ratio
est, quia ubi mens Testatoris constat ea identicè est exequenda
ab executore, ut is agat nomine illius. Secundi verò ratio est, quia
in casu uni tantùm totum legatum distribuendo, communitati pau-
perum fieret injuria.
352. Atque hinc loquendo pro casu, quo Testator
nec in genere, nec in specie, nec in individuo ullos determina-
tos pauperes assignavit, sed simpliciter dixit, se talem summam
pro pauperibus assignare, et ijs distribui velle, et intendere
cui dicendum est, nisi summa illa sit multum excedens, et su-
perans necessitatem etiam communem pauperum loci, distribuendam
esse pauperibus Civitatis, aut Parochiæ defuncti, nisi fortè inter
consanguineos defuncti essent aliqui pauperes, qui extra Civi-
tatem, aut Parochiam illam degerent; quo casu certè et his por-
tio aliqua distribui poterit. Ordo enim charitatis postulat, ut
prius numeretur consanguineis pauperibus, deinde extraneis
et de extraneis loquendo, ut incolæ præferantur cæteris in pari
necessitate constitutis, ubi autem non constat de Testatoris men-
te rectè præsumitur, voluisse eleemosynam conformiorem ipsi
virtuti charitatis; in casu ergo prius subveniendum erit con-
sanguineis, et deinde extraneis Civitatis, aut Parochiæ ipsius
defuncti, et non alijs, nisi fortè ut dixi summa illa esset valde
excedens. Quod tamen limitandum est pro casu, quo Testator legatum
aliquod consanguineis reliquisset. Taliter enim bene ab eis
eleemosyna danda non erit, utpote eos ipse Testator per ta-
le legatum jam sufficienter beneficatos judicaverit.
353. Sed quid, si executori Testamenti
nullum legatum relictum fuerit, poterit ne consanguineis
suis pauperibus, vel etiam sibi, si verè pauper sit, aliquam
portionem talis eleemosynæ applicare?
Respondeo omni fraude cessante, id licitè
posse, ubi præsertim tam ipse executor, tam sui consanguinei
degunt intra talis Civitatis, aut Parochiæ confinia. Et ità sen-
tiunt Palaus, Bonacina, Pellizarius, Reginaldus, Leander, et plu-
res alij, quos sequitur Scrivalius hic tract. 4 cap. 5 dub. 5.
num. 53. Et ratio est, quia ex eo, quòd ipse creatus est exe-
cutor, non debet esse deterioris conditionis, ac sint cæteri pau-
peres, sicuti neque debent esse sui proprij consanguinei.
2º autem, quod omnino cavere debet, est, ut executor sibi
ac cæteris suis consanguineis tantam summam non appli-
cet, ut notabiliter in præjudicium remaneant cæteri pau-
peres, in hoc mente Testatoris obstare videatur.

354. Neque his obstat poenitens petita ab eleemosyna
injuncta à Confessario, quod videlicet poenitens, cui imposita fuit
non possit eam sibi aut alteri pauperi applicare. Nam disparitas est
quia eleemosyna à confessario injuncta debet esse poenalis, qualis
non est, si poenitens eam sibi, aut vero pauperi applicaret. E
contra dum Testator erigit executorem, non mandat executo-
ri eleemosynam ipsi poenalem, sed simpliciter praescribit eleemo-
synam, qualis vere est, etiam ubi executor vere pauper eam
sibi applicat. Atque haec de eleemosynae corporalis praecepto, qui-
bus aliquid addendum esset de ejusdem quaestoribus, qui nempe
obligant se daturos certam quantitatem pio loco, dummodo il-
lis concedatur integra eleemosyna, quam se collecturos sperant,
vel è contra accipiunt à pio loco statutam mercedem cum
onere dandi totam collectam eleemosynam dicto pio loco, et eti-
am quaestuando perlongos acceptant eleemosynas, falsos vel reli-
quias, indulgentias, et facultates praedicant, atque concionan-
tur, &c. Sed non est, cur in his immoremur, ubi pluries et
a Concilio statutum fuerit, ne absque Sedis Apostolicae, vel Dioe-
cesani licentia hoc munus exerceant, et tunc, ne aliud praedi-
cent, nec populo proponant praeter id, quod in tali facultate
continetur, ut videre est ex Capit. Cum ex eo, de Poenitentiis
et Remissionibus, et Clement. 2. eodem Titulo, et in Trid.o Sess. 5. cap.
2. de Reformat., et Sess. 21. cap. 9. pariter de Reformat. Atque
hinc sit

Articulus secundus.

De correctione Fraterna.

356. Correctio, seu, ut alijs placet, correptio generatim ac-
cepta, ut docet Angelicus Praeceptor 2. 2. Q. 33. A. 1. in c., est quo-
dam remedium, quod debet adhiberi contra peccatum alicu-
jus, seu est actus externus et rationi, et virtuti conformis, quo
quis nititur proximum errantem emendare. Quoniam vero
peccatum considerari potest, et prout est malum, seu nocivum
ipsi delinquenti, seu peccanti; et prout vergit in nocumen-
tum aliorum, qui tali peccato laeduntur, vel scandalizantur, atque
prout ex eo sequitur nocumentum boni communis; hinc actus,
quo quis nititur emendare peccatum alterius prout vergit
in nocumentum aliorum, et boni communis, est, et dicitur
correctio juridica, seu judicialis, et spectat tantum ad eos
qui jurisdictionis potestatem in alios habent. Et de hac
in praesenti nobis non est sermo. Actus vero quo quis conatur
emendare peccatum alterius, in quantum malum est ip-
si peccanti, est, et dicitur correctio, seu correptio fraterna,
de qua in praesenti nobis dicendum est, et definiri sic mi-
nus decenter potest: Actus externus Charitatis, quo quis spiritua-
li proximi necessitati subvenit, procurando ipsum avertere
à peccato, et ad virtutis semitam reducere per medium
ad id idoneum. Et magis dici potest, quod sit: Monitio cha-
ritativa, facta à privato, vel quasi privato ad emendatio-
nem proximi peccantis.

352 Atque in finis dicitur: Monitio charitativa, quæ est quædam spiritualis eleemosyna impensa ad sublevationem animæ proximi, et quia, si non procedat ex puro proximi peccatoris amore vel peccatum est, vel saltem nihil meretur ut docet S. Aug. Hom. 16. De verbis Domini inquiens: Quare illum corripis? Quia tu doles, quod peccaverit in te? absit. Si amore tui id facis, nihil facis: si amore illius facis, optime facis. Dicitur 2do: facta a privato, vel quasi privato, tum ut correptio fraterna distinguatur a judiciali, seu juridica, quæ, ut dictum est, necessario expostulat personam publicam jurisdictionem pro foro externo habentem, et ut fiat saltem principaliter propter bonum ... tum ut indicetur, quod si aliquando ea fiat a superiore, debet fieri sine judiciali strepitu, et ad delinquentis emendationem, et non ad punitionem, et adeo debet fieri tanquam a fratre ad fratrem. Dicitur demum: ad emendandum proximi peccatum, quia obligatio correptionis fraternæ distincta est a debito, quod nobis inest impediendi proximum ne peccet. Et de correptione fraterna ita explicata tractantes, primo dicamus de ejusdem præcepto: 2do de tempore quo illud urget suam obligationem: 3tio de personis, quibus talis incumbit obligatio: 4to quinam sint ii, qui sunt corripiendi et ultimo qualis ordo in ea facienda sit servandus.

§ i. De præcepto Correctionis Fraternæ.

353 Correctionem, seu correptionem fraternam in præcepto rigoroso positam esse, utriusque Testamenti auctoritas clare demonstrat et catholici omnes uno ore fatentur, et ipse ostendit Angelicus Præceptor 2. 2. Q. 33. A. 2. in C. Nam Ecclesiast. 19 legitur: Corripe amicum, ne forte non intellexerit .... corripe proximum, ne forte iteret: corripe amicum: sæpe enim fit commissio. Et Levitici 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Apostolus vero 2 ad Thessal. 3. sic mandat omnibus: Si quis non obedit verbo nostro ... ne commisceamini cum illo, ut confundatur: et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem: et ad Gal. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis. At clarius ipse Christus Matth. 18. in hunc modum præcipit. Si peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te, et ipsum solum. Quæ verba expendens S. Aug. Serm. 16. citato De Verbis Domini inquit: Si peccaverit in te (id est [illegible] te, seu te sciente) frater tuus, corripe illum inter te, et ipsum solum, si neglexeris, pejor es; ille injuriam fecit, et injuriam faciendo gravi se ipsum vulnere percussit; tu vulnus fratris tui contemnis? Tu eum vides perire, et negligis? pejor es tacendo quam ille conviciando. Quo etc. ex Joanne VIII. Dicitur in capit. Fulianensis Dist. 86. Quibus et ratio manifeste suffragatur. Si enim ex charitate nos obligat ad subveniendum proximo in corporali necessitate constituto, a fortiori obligat nos ad succurrendum eidem, dum gravi miseria spirituali premitur, et versatur in aliqua necessitate pariter spi-

Biblio. Civic.

irituali. Porro ubi proximus noster praesertim graviter peccavit, versatur in gravi miseria spirituali, et aliquali saltem necessitate, ob quam indiget correctione, quatenus sine ea peccatum vitare, aut ab eo resurgere non sit, nisi magna cum difficultate, exortatis a peccati illecebris, tum ab ignorantia, aut inadvertentia culpabili, aliisque similibus causis; ergo etc.

359. Hanc vero obligationem per se, et ex genere suo gravem esse, pariter conveniunt Doctores Catholici, ubi jam peccatum in proximo corripiendum est grave, et constat tum ex eo, quod materia praecepti est gravis; tum ex paritate praecepti eleemosynae corporalis, ad quam datur obligatio per se gravis, ut constat ex superius dictis, tum denique ex eo, quod praeceptum misericordiae, qualis est correctio fraterna, non minus urgere sit, quam praeceptum charitatis, cum sit idem cum eo, vel illi valde affine, et intime conjunctum; ergo etc.

360. Neque his obstat primo, si dicas, ex una parte nullam adesse obligationem succurrendi proximo, nisi sit in necessitate constitutus; ex alia vero parte peccatorem nullam pati necessitatem in non resurgendo a peccato, cum in [illegible]cto habeat libertatem, et gratiam ad resipiscendum, et se convertendum ad Deum; unde sicuti nulla est obligatio erogandi eleemosynam pauperi fame laboranti ex sola inertia; ita etc. Neque obstat, si dicas, praeceptum correctionis fraternae utpote se extendens ad omnes peccatores esse de re impossibili, cum juxta illud Ecclesiast. 7. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit: peccatores omnes incorrigibiles. praeceptum autem de re impossibili a Deo nil non dari. Non

361. Respondeo ad primum, et dico, hominem peccatorem habere quidem et libertatem, et gratiam ad resurgendum, adeoque absolute sibimetipsi subvenire posse; attamen ob naturae lapsae infirmitatem, ob ignorantiam, ob illecebras ad malum, et ob duritiem cordis a malitia peccati causatam difficillime convertitur et resipiscit, imo, nisi correctio fraterna adhibeatur, saepe futurum, ut sua potestate resurgendi non sit usurus. Gravis enim hoc subsidia per se non sufficiant ad alicujus conversionem; Deus tamen iis utitur, et vult a nobis adhiberi ad eorum salutem, et inter caetera constat ex illo Ezech. 33. ubi Pastori dicitur: Si me dicente ad impium: impie, morte morieris, non fueris locutus, ut se custodiat impius a via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram. Ex quo patet disparitas de laborantem fame ex sola inertia, tum quia dando eleemosynam illi conferretur quidam inertiae cum magno illius praejudicio, tum quia quisque ob alienam necessitatem, ac sibi incumbentem propriae vitae conservandae, videre se quasi ad angustias redactum facile movetur ad laborandum ut sibi necessaria compararet ad victum, et vestitum.

362. Ad idem respondet S. Thomas loco supra citato ad primum inquiens: Dicendum, quod in omnibus bonis agendis operatio hominis non est efficax, nisi adsit auxilium divinum; et tamen homo facere debet, quod in se est. Unde Augustinus ait in lib. de correptione, et gratia: Nescientes quis pertineat ad Praedestinatorum numerum, et quis non pertineat, sic

debemus charitatis affectu, ut omnes volumus salvos fieri, ita erga omnibus debemus fraternæ correctionis officium impendere sub spe fructûs auxilij =. Hoc d. Doctor, ex quibus sit

§. 2. Quo tempore urgeat Correctio Fraterna.

363 Præceptum correctionis fraternæ, quatenus negativum est, seu quatenus prohibet, mala opera proximi delinquentis ullo modo approbare applaudendo, blandiendo, adulando etc., semper, et pro semper, seu quovis tempore obligare, certum est omnium omnibus, et per se est manifestum, cum sit semper ab intrinseco sui malum sive interius, sive exterius annuere actionibus peccaminosis. Atque hinc difficultas solum esse potest de tempore, quo idem præceptum obligat prout est affirmativum, seu quatenus obligat ad positivam cooperandum emendationi proximi delinquentis sive per monitionem, sive per exhortationem, sive per obsecrationem, sive per redargutionem, et increpationem factam tanquam à fratre ad fratrem. Hoc autem præceptum non obligare nisi sub quibusdam conditionibus, seu circumstantijs, communis et certa sententia docet. Unde, ut valeamus dignoscere, quando suam urgeat obligationem, eas opus est hic recensere.

364 Prima itaque conditio est, ut nobis prudenter constet de peccato proximi corripiendi, et hoc non quomodocunque, sed, ut, teste Palao hic tract. 6. disp. 3. pun. 4. num. 1. omnes fermè Doctores sentiunt, ità, ut nobis moraliter certum sit proximum peccasse. Correctio enim facta, ubi saltem morali certitudine non constat de peccato, est contra charitatem, quæ ut ait Apostolus 1. Corint. 13. non cogitat malum; et prohibita videtur Ecclesiast. 20. his verbis: Priusquam interroges, non vituperes quemquam: et Matth. 7. à Xto dicente: Nolite judicare, nempe cum temeritate. Et ratio est, quia, deficiente morali certitudine peccati proximi, corripiens non rarò exponeret se periculo excitandi ad iracundiam, et odium sui proximum, cum fere omnes multum ægrè ferant sibi objici peccatum à se minime commissum, et quidem cum ratione. Quibus et addo, quamvis etiam certò constaret de peccato commisso, requiri insuper, ut proximus delinquens sufficientia signa emendationis non dederit, quia peccatum jam emendatum non est materia correctionis fraternæ, ut per se patet. Quod tamen ut advertit Bonacina, Cinibaldus, et alij, ita intelligendum est, ut, si adessent conjecturæ valdè urgentes, præsertim cum aliqua infamia, et peccatum esset gravissimum aut in damnum tertij cederet, et multo magis in damnum commune, tunc teneri monendus sit proximus, ut sibi caveat talia indicia removendo, cum animum ægrè ferre retinendi ea non sit, cum reipsa constat, talia posuisse indicia.

365 Altera conditio est, ut non adsit alia persona magis idonea, qualis regulariter est dignitate, ætate, vel scientia superior, quæ commodius possit, et valeat corrigere. Tunc enim verum est, quod proximus non indiget correctione personæ minùs idoneæ, et proinde hæc manet deobligata, sicuti deobligatus manet ab impertienda eleemosyna minus dives, dum ditior pauperi indigenti succurrit.

quod tñ solummodo verum est, ubi persona magis idonea munere
suo fungitur, quiâ si hoc nolit, minùs idonea persona, dummo-
do vere idonea sit corrigere tenetur, quiâ verum est, et pro-
ximum indigere illâ correctione, et personam illam esse mihus
idoneam illi posse subvenire.

366. Tertia conditio est, ut proximus sine tali cor-
rectione non sit facilè emendandus, sed in tali peccato perse-
veraturus, saltem cum periculo reincidentiæ. Ubi enim proximus
de se facilè se emendabit, neque perseverabit in peccato, neque
versatur in periculo proximo reincidendi in illud, non fit dici con-
stitutus in necessitate spirituali, in qua unicè urget præceptum
fraternæ correctionis: et proinde si vir alioquin timoratæ con-
scientiæ, ex fragilitate in aliquod peccatum etiam mortale
cadit, non erit ex necessitate corripiendus, ubi experientia com-
pertum est, illum statim solere recurrere ad pœnitentiam, suum-
que crimen emendare, et, si quod scandalum, aut damnum dedit, illud
reparare. Dictum tñ est: in tali peccato perseveraturus, sal-
tem cum periculo reincidentiæ, quiâ non convenit inter Doctores
an urgeat præceptum correctionis fraternæ pro eo casu, quo non
adest periculum reincidentiæ, seu prolabendi in novum pecca-
tum; sed peccator unicè perseverat in peccato habituali per
aliquod tempus, alioquin suo tempore; ideo nempe urgebit
præceptum se ad Deum convertendi, vel ex se solo, vel alter-
ius ope emendaturus semetipsum, ac debitam pœnitentiam, et sa-
tisfactionem pro tunc præstaturus. Et Palaus quidem loco supracitato
Pun. 2. num. 6. cum Abulensi, Reginaldo Soto, Sâ, Suarez, et aliis
pro eo casu obligationem corrigendi negat eâ potissimum
ratione, quiâ charitas nos non videtur posse strictiùs obliga-
re erga alios, quàm ipsi erga se obligantur; et proinde cum
eo tunc proximus non videatur teneri se emendare, neque
nos teneamur eum corripere, ut se emendet.

367. Quarta conditio, ut tempore opportuno fiat,
quando scilicet peractis omnibus circumstantijs fere speratur, delin-
quentem monitionem sibi factam aequi, bonique facturum
ac se emendaturum. Quod nos docuit S. Aug. lib. 1 de Civit.
cap. 9. inquiens: Si propterea quisque objurgandis, et corripien-
dis male agentibus parcit, quia opportunum tempus inquirit,
vel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, ...
videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis.
Et breviter Præceptor 2. 2. q. 33. A. 2. in c sic dicens: Actus
virtutum non quolibet modo fieri debent, sed observatis de-
bitis circumstantijs, quæ requiruntur ad hoc, quod sit actus
virtuosus, ut scilicet fiat, ubi debet et quomodo debet, et
quando debet. Et sanè quis dicat, hominem recens
injuria affectum, et adhuc iracundia fervente statim corri-
piendum, cum si non expectatur, ut passio detumescat, et animus
... fiat, facilè contingat, ut animus exasperetur, et
proinde ut non prosit, sed noceat ipsa correctio; tempus
ergo opportunum expectandum est; quinimo juxta nonnullos
opportunius expectari potest, ut esset, quando merito specu-
laretur peccatorem, postquam tempore aliquo in peccato

permanserit, aut etiam aliquoties relapsus fuerit, majori cum fervore et constantia resurrecturum. Quod tamen non admittit D. Simonnet cum pluribus aliis, dummodo vere, et prudenter speretur fructus ex correptione jam facienda.

368. Ultima conditio est, ut adsit spes probabilis emendationis proximi corripiendi. Finis enim correctionis fraternæ est proximi emendatio: deficiente autem fine, ob quem ea fieri debet, et ejusdem cessat obligatio, ut monet S. Aug. relatus in Capit. Si quis autem, de Pœnit. Dist. 7. inquiens: Si scirem, non tibi prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Quod et expresse docet S. Thom. quæst. cit. A. 6 discrimen ponens inter correptionem juridicam, et fraternam, ac sic concludens: Alia est correctio fraterna, cujus finis est emendatio delinquentis, non habens coactionem, sed simplicem admonitionem. Et ideo ubi probabiliter æstimatur, quod peccator admonitionem non recipiat, sed ad pejora labatur, est ab hujusmodi correctione desistendum: quia ea, quæ sunt ad finem, debent regulari secundum quod exigit ratio finis. Quare et huc facit illud 1. Corint. 9. Debet, qui arat, in spe arare: ex quo à fortiori patet, corripiendum non esse, quem ratione correptionis pejorem evasurum prævidemus, juxta illud Proverb. 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Dixi autem: ut adsit spes probabilis

369. emendationis, quia admittenda non est sententia Cajetani, et aliorum existimantium, spem fructus debere esse certam, ut dicatur urgere præceptum correctionis fraternæ. Nam si certa spes emendationis delinquentis requireretur, ut adsit corripiendi obligatio, vix adesset casus talis obligationis, cum nunquam, aut quasi nunquam nobis certum sit proximum emendandum; sed id tantum probabiliter sperare possumus. Quare sicuti prudens medicus non solum adhibet medicinas ubi ex ijs certo sperat ægroti salutem, sed etiam ubi eam tantum probabiliter sperat; ita et nos proximum corrigere debemus etiam, ubi tantum probabiliter speramus emendationem. Quod etiam valet, ubi dubia est emendatio, dummodo et dubium positivum simul non sit, quod sit nocitura correptio. Quinimo et proximus delinquens est redarguendus; ubi talis redargutio vel necessaria, vel utilis erit ad consulendum honori Dei, bono innocentis, et Reipublicæ atque ad aliorum scandalum impediendum, etiamsi nulla sit spes emendationis ipsius delinquentis; imo quamvis timeatur ex tali correptione ira delinquentis, ut docet Bonacina cum alijs hic Disp. 3. Q. 4. Pun. 7. num. 8. Quare si casus esset, ut quis blasphemando alijs futurus sit scandalo, et ruinæ spiritualis occasio, nisi tu corripias blasphemantem; posita vero correptione ceteri agnoscentes malum blasphemiæ ab ea se abstinebunt, corripere teneris, similiter et teneris pro eo casu, quo quis detrahit, et detrahendo malam opinionem de eo in aliis audientibus est ingeneraturus, non ingeneraturus, ubi tu eum corripias.

Itaque idem dic de eo, qui alios à communitate trahere stu-
det ad munus publicum committendum indigno cum magno Reip.
damno nisi te corripiendo opponas. His videlicet in casibus
redarguere teneris talia facientem, etsi praevideatur irritan-
dus, dummodo prudenter speres bonum exitum in alijs. Nam ex
una parte quisque tenetur procurare honorem Dei, tueri inno-
centem, et damnum commune reparare; et ex alia parte
tunc ex correptione secundum se jam honesta, et licita per ac-
cidens solum sequitur delinquentis indignatio, aut simile ma-
lum. His addes, te non deobligari à correpti-
370. one faciendo primo, ubi etsi nunc non speras fructum, in fu-
turum tamen, id est decursu temporis speras, sedata nempe passio-
ne, aut alia circumstantia adveniente. Tunc enim non est [illegible]
inutilis, et infructuosa correctio, sed reipsa utilis est, et fru-
ctuosa; sicuti utilis est medicina, quamvis nisi post aliquod
tempus sanitatem causet. 2do quando fructum praevides, etiam
si ex correctione delinquens passurus sit aliquam tristitiam,
vel leve damnum, aut etiam in levem aliquam culpam pro-
pter iram sit relapsurus et quidem primum constat ex illo Aposto-
li 2. Corint. 7. etsi contristavi vos in epistola, non me poeni-
tet: et si poeniteret, videns, quod epistola illa (etsi ad horam) vos
contristavit: nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia
contristati estis ad poenitentiam. Quod 2dum vero constat ex
eo, quod tale leve peccatum, et damnum per accidens sequitur
ex correptione, atque ad impediendum majus malum lice-
re permissive habere ad minus.
Itaque dices. Superior sive sperat, sive
371. non sperat delinquentis emendationem, cum semper de-
bet corripere; ergo et alius; ergo ad correctionem frater-
nam non requiruntur spes emendationis. Quod constat etiam
ex eo, quod, sicuti dictum est in Tract. de Legibus cap. 8
§. 2 à num. 542, cessante fine adaequato legis respectu parti-
cularis personae; ac tamen persistente respectu communitatis ad-
huc lex obligare potest illam particularem personam; ergo &c.
Respondeo concesso ante de correptione juri-
372. dica intellecto, negato autem de correptione fraterna, nego
conseq. Nullo enim modo valet argumentum à correptione ju-
ridica ad fraternam correctionem, quia illa, ut ait S. Thomas loco
supracitato, ordinatur ad bonum commune, et habet vim coacti-
vam; et ideo dimittenda non est, propter turbationem
ejus, qui corripitur; tum quia si profiteri sponte emendari
non vult, cogendus est per poenas, ut peccare desistat; tum
quia etsi incorrigibilis sit, per hoc providetur bono commu-
ni dum servatur ordo justitiae, et ejus exemplo alij deter-
rentur. Contra vero correptio fraterna non importat coa-
ctionem, sed simplicem admonitionem ad [illegible]
quaerens emendationem, ut ex eodem Angelico Doctore
supradictum est. Ceterum si argumentum quidquam probaret,
probaret, etiam privatum jam obligatum proximum [illegible]
[illegible] inquirere de delictis sui proxi-

ubi praesertim praecessit prudens suspicio, vel dubium cognito delicti sui proximi, cum jam illo casu superior tenetur inquirere. Quod tamen non est admittendum in persona privata loquendo, prout docet profundus Angelicus Praeceptor cit. quaest. 33. art. 2. ad 4um.

373. Ad oppositum principium dicendum est ut monui in laudato Tract. de Legibus, illud verum esse de legibus, quarum finis non attenditur penes singulares personas quae in communitate degunt, sed penes ipsam communitatem moraliter sumptam, cujusmodi sunt leges fundatae in praesumptione periculi moralis; et adeo separabilis est a fine qui penes singulares personas attenditur. Falsum autem esse de legibus, quarum finis attenditur penes singulares personas, quae in communitate degunt, cujusmodi sunt leges fundatae in praesumptione facti; et adeo finis earum est inseparabilis a fine, qui penes singulares personas attenditur; et proinde cum lex correctionis fraternae sit inter leges hujus secundi generis, argumentum non urget. Relege tamen dicta in loco objecto, et aliam aliquam rationem ex qua argumentum informatur.

374. Pro complemento tamen quaeres primo, an sit adhibenda correctio pro eo casu, quo merito, et prudenter dubitatur, non solum non profuturam, verum etiam nocituram esse fraternam correctionem quae fit facienda?

Respondeo, ubi nocumentum, quod timetur, esset grave, dubitatur nempe, delinquentem in novum peccatum grave prolapsurum, vel magis obfirmandum in peccatum commissum ratione sibi factae correctionis, omittendam regulariter esse correctionem, ut communiter tenent Doctores. Ratio autem est, quia finis correctionis fraternae est emendatio, et utilitas proximi corripiendi; minime vero ejusdem destructio, et ruina; et adeo obligatio eam faciendi esse non fit, ubi prudenter timetur proximi ruina, sive utrum sit majus, sive minus dubium de nocumento futuro; dummodo tamen illud sit vere grave, et prudens.

375. Dixi autem regulariter, quia cum Suarez, Bonacina, Valentia, Palao, Sinibaldo, Antoine, et aliis satis communiter excipiendus est casus, quo peccator corripiendus esse in extremis constitutus, et timetur, ne adhibita fraterna correptione in suo peccato sit moriturus, et ex alia parte prudenter speratur ejusdem conversio, si ea fiat, tunc scilicet facienda est correptio etsi peccator timeatur pro omnibus in novum peccatum etiam grave, aut magis obfirmandus in suo delicto, quia nonnisi per accidens ex correptione fit sequi peccatum proximi, et dubium nocumenti abunde compensatur per spem fructus, qui fit quam maximus ei si dum negligeretur, reparari amplius non fit, et peccator si non resipiscat, aeque periturus est, sive committat, sive non committat novum peccatum. Unde eo in casu imitandus est medicus, qui ubi salus aegroti desperata est, et non fit adhiberi nisi medicina dubia, quia dubium nocumenti abunde compensatur per spem salutis, porrigit aegroto medicinam probabiliter sanaturam, et probabiliter mortem acceleraturam.

376. Quaeres 200: an praeceptum correctionis fraternae
obligat etiam cum periculo vitae, famae, honoris, aliorumque
bonorum temporalium?
Respondeo, hoc in re illud ~~tanquam~~ certum esse, ne-
minem teneri ad correptionem fraternam, ubi etiam certa esset spes
emendationis, quando ea absque culpa sive gravi, sive levi pro-
pria praestari non potest; aut necessitas proximi indigentis esset com-
munis gravis, et damnum subeundum occasione correptionis fra-
ternae esset admodum grave, atque persona potens corripere de-
linquentem esset persona privata, ut constat ex dictis de ordine
charitatis a num. 166. usque ad num. 179., et a num. 196. usque
ad num. 201. inclusive, quae propterea relegas; sicuti et relegas
dicta a num. 180. usque ad num. 195., ex quibus percipies, correc- 379.
tionem fraternam a quolibet faciendam esse etiam cum vitae pe-
riculo, ubi sciremus proximum versari in extrema necessi-
tate spirituali, ~~nullo scilicet modo se posset e peccato liberare~~,
nisi eum corriperemus, et adesset prudens spes emendatio-
nis, si ipse corriperetur. Quare difficultas solum esse potest
pro praxi, an vere quis possit dici constitutus in extrema
necessitate spirituali defectu correptionis fraternae sibi fa-
ciendae? Quod apud Palaum hic Tract. 6. Disp. 3. Pun. 6. num. 4
negat forte acriter defendens, nunquam dari necessitatem
extremam correctionis fraternae, sive peccator peccet ex ma-
litia, sive ex ignorantia, sive ex passione, cum semper divinis
adjutus auxiliis possit a peccato surgere, et divinam consequi gratiam,
et aeternam vitam. A qua sententia non longe distat Villalobos
apud eundem Palaum dicens, casum de necessitate extre-
ma spirituali defectu correctionis fraternae raro, vel nun-
quam contingere, vel ad summum pro tunc, quando proximus
laboraret ignorantia invincibili alicujus veritatis necessa-
riae ad salutem, et alius de illius notitia rogaret. Quid-
quid vero sit de hoc; illud tamen dicendum est cum Valentia
Bonacina, aliisque pluribus, peccantem scilicet ex certa
scientia, et ideo ex malitia, aut e contra ex ignorantia
invincibili circa ea, quae non sunt necessaria necessita-
te medii, non posse dici constitutum in extrema neces-
sitate correptionis fraternae. Si enim peccat ex certa
scientia, tunc est malitia, praesertim quod vix ulla sit spes
emendationis, peccatum tunc imputatur ipsius malitiae;
si vero peccat ex ignorantia invincibili circa non necessa- 380.
ria necessitate medii, tunc vere formaliter non peccat, atque
ideo non est in periculo proximo aeternae damnationis. Quod
si dici non potest, ubi talis ignorantia esset circa necessaria
necessitate medii ~~et proinde~~ tunc monendus esset etiam
aliud cum vitae periculo.

378. Quaeres, an pudor, verecundia, aut negligen-
tia, seu tepiditas ~~habeat~~ excusare ab obligatione correctionis
fraternae?
Respondeo debitum hoc excusari solum posse
circa pudorem, et verecundiam, quae sit alicujus gravis mo-
menti, quam saepius conantes vix possunt vincere non potest;
enim timor sit levis, seu facile vincendus, et superandus...

non excusare à correptione fraterna sub gravi praecepto, quoties ea, quae propter peccatum grave facienda est, facile contingit inter Doctores, et constat ex eo, quod saepius nunquam, aut nonnisi rarissime correptio fraterna cadere sub praecepto, dum semper in ea facienda aliqua levis difficultas invenitur, et molestia: sicuti quis non deobligatur à correptione facienda, etsi ut nimis zelans deridendus sit, aut alias simili levi injuria afficiendus; ita tanto minus deobligabitur ob levem verecundiam, ac pudorem, et verecundiae subeundae, ubi jam spes fructus relucet. Quapropter tantummodo dubium esse potest pro eo casu, quo pudor, et verecundia, et timiditas esset gravis, seu notabilis momenti.

Atque pro hoc casu insuper distinguendum est inter communes, et ordinarias necessitates, in quibus peccator indiget aliena correctione atque inter necessitatem extremam, et valde gravem, et urgentem. Nam si necessitas proximi sit secundi generis, patet ex dictis sub gravi culpa faciendam esse correptionem fraternam, dummodo sit prudens spes fructus. Si vero proximi necessitas sit tantum communis, et ordinaria, Palaus loco citato cum Emmanuele Sà, Valentia, Suarez, Sanchez, et aliis, quibus et assentitur Sporer cum Leandro, docent, tunc omittentem fraternam correctionem excusari à culpa gravi, etsi venialiter peccare fateantur. Quae videtur esse mens S. Thomae 2.2. quaest. 33. citata A. 2. ad 3tium dicentis =: Tertio modo hujusmodi omissio (fraternae correctionis) est peccatum veniale, quando timor, vel cupiditas tardiorem facit hominem ad corrigendum delicta fratris, non tamen ita, quod si ei constaret, quod fratrem posset à peccato retrahere, propter timorem, vel cupiditatem dimitteret, quibus in animo suo praeponit charitatem fraternam. Et hoc modo quandoque viri sancti negligunt corrigere delinquentes =: Hoc S. Doctor, ex quibus et ratio se offert, quia nimirum in casu tali pudore, et verecundia correptus non inveniet, quomodo prudenter moneat delinquentem, neque deesset varios et modos, sine quibus salutare remedium rejiceretur, quia nisi correctio fraterna sit sale prudentiae condita, nedum non est utilis, sed saepe noxia evadit. Atque praesertim notandum est scrupulosis, qui cum prudentia ad corripiendum necessaria regulariter careant, communique ab obligatione saltem sub gravi corripiendi delinquentes excusantur.

Hinc plures Doctores, inter quos Granados, Hurtadus, Antonius à Spiritu Sancto apud Sporerum hic Tract. 4. cap. 5. Lib. 7. num. 65. infenunt, praeceptum correctionis fraternae raro obligare hominem privatum, cum raro concurrant omnes circumstantiae necessariae ad talem inducendam obligationem, quia vel deficit aut deficit sufficiens notitia peccati non emendati, vel spes emendationis, vel temporis opportunitas, vel deficiens persona magis idonea ad corripiendum determinata, vel quia aliquod grave damnum timetur ex tali correptione, vel ex aliquo tamen non facile excusandus est in superioribus.

381 Quæres ultimò, an ubi verba non juvant, proximus delinquens alia via corrigi possit, et debeat?

Respondeo, si delinquens est subditus corripientis, posse, et debere à superiore corripi poenis, aliisque modis coactivis, congruis tali superioritati. Id enim ex officio, et munere competit superiori. Si verò delinquens non erit subditus corripientis, tunc quidem, ut docent S. Antoninus, Navarrus, Molina, et Lugo apud P. Claudium La-croix de Charitate num. 212, licitum erit aliquam violentiam adhibere, v.g. occultare arma, subducere pecuniam, aliaque peccandi instrumenta; illicitum verò erit, absolutam vim inferre, v.g. eum ligare, aut sub clavi includere, cum hoc esset actus jurisdictionis. Excipiendus tamen casus, ubi adesset proportionata causa id faciendi, sicuti esset, ubi cogitaret, et paratus esset inferre grave malum Reipublicæ, superioribus, familiæ, aut innocenti. Tunc enim, ut cum de Lugo notat prælaudatus P. La-croix, nedum licitum est, sed quandoque, licèt raro, est obligatio sic impediendi, cum contra iniquum aggressorem liceat, imò quandoque teneamur etiam vi defendere innocentem, et damnum publicum impedire. Sed jam sit

§. 3. De Personis ad fraternam correctionem obligatis.

382. Concurrentibus conditionibus, ac circumstantiis paulò ante recensitis omnes, et singulos, sive sacerdotes, sive laicos, sive justos, sive peccatores, sive æquales, sive superiores, sive inferiores ad proximum delinquentem corripiendum teneri, et quidem regulariter sub gravi, constat ex iis omnibus, quæ supra recensimus pro asserenda existentia præcepti fraternæ correptionis, cum ea omnibus indistinctè intimata sint, et insuper patet ex illo Ecclesiast. 17. Mandavit unicuique de proximo suo, ut scilicet eum adjuvet in necessitatibus omnibus tum corporalibus, tum maximè spiritualibus, ubi nihil efficax in contrarium urgeat, sicuti de facto non urget, quando interveniunt recensitæ conditiones. Idque evincit etiam ipsa ratio: nam, ut obligatio, proximum errantem corripiendi oritur ex virtute charitatis, et misericordiæ, quæ sicuti ad eleemosynam corporalem, ita etiam ad spiritualem obligat omnes, qui illam tribuere possunt; et proinde cum supponamus adesse casum, quo [illegible], vel æqualis, vel inferior possit cum fructu corrigere proximum errantem sibi æqualem, aut etiam superiorem, tunc tenebitur fraternè corrigere. Unde Innocentius III. in Cap. Cum ex injuncto, de Hæreticis ait: Cum aliud sit fratrem peccantem occultè corripere, quod quisque tenetur efficere secundum regulam evangelicam: et Anacletus Papa in Cap. Sacerdotes causa 24 q. 3. inquit: Sacerdotes, quàm reliqui fideles, maximè summam curam habere debent de his, qui pereunt; quatenus eorum redargutione aut corrigantur à peccatis, aut si incorrigibiles apparuerint, ab ecclesia separentur. Unde audiendi non sunt, sed [illegible], qui se à tanta obligatione immunes reputantes, cæteri [illegible] operam superioribus relinquunt, [illegible] multum fructum afferre [illegible] sunt.

173 Contra tamen dices primò, in scripturis sanctis severè prohiberi, ne inferior Praelatum suum audeat carpere. Nam Exod. 19. dicitur: quod bestia quae tetigerit montem, lapidabitur: et, ut legitur 2 Reg. 6, Oza reprehensus percussus est à Domino, quia tetigit Arcam. Per montem autem, et Arcam significatur Praelatus; ergo etc. Deinde quia, ut quis prudenter alium arguat, et reprehendat, requiritur, ut saltem ille sit par; ad hoc ratio Glossa in illud ad Galat. 2. in faciem ei restiti, dicit ut par: subditus autem nunquam est par Praelato suo: et insuper etiam, quia, ut docet S. Gregorius, sanctorum vitam nemo debet praesumere corrigere, nisi de se meliora sentiat; nemo autem de se meliora sentire potest, quam de suo Praelato; ergo nemo Praelatum suum arguere, seu corrigere potest, et tenetur.

384 Respondeo negando assumptum, quod opponitur capit. Sicut laudabile causa 2. Quaest. 7., ubi S. Gregorius ait: sicut laudabile, et discretum est reverentiam exhibere Majoribus; ita rectitudinis, et Dei timoris est, si quae in eis sunt, quae indigent correctione, nulla dissimulatione postponere, cum et proximi sint, et omnibus teneamur eos diligere. Hinc cum S. Thoma 2. 2. Quaest. 33. A. 4. ad primum, dicendum est, in locis objectis, aut ijs similibus prohiberi detractionem de Praelatis praefiguratis per montem et arcam, vel etiam correptionem irreverentem, et temerariam, aut etiam publicam ipsis faciendam. Quod quidem meritò prohibetur, cum juxta illud Apostoli 1 ad Timot. 5. Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut Patrem, superiores, ubi indigent, corrigendi sint cum mansuetudine, magna prudentia, et reverentia, et non cum protervia, et duritia, atque adeo secretò, ut docet laudatus Angelicus Praeceptor, et constat ex supra relato capit. tum ex injuncto, de Hereticis, nisi forte casus esset, quod eorum peccata essent publica, et scandalosa, et praesertim ingenerarentia periculum fidei, quo casu etiam publicè redarguendi essent, ut cum S. Thoma citato loco communiter docent Theologi innixi exemplo S. Pauli in faciem et publicè S. Petrum redarguentis. Quod tamen ita intelligendum est, ut semper curandum sit, ut et tunc correctio fiat per personas digniores, et proximiores ipsis Praelatis; et propterea si quis vilis est, et communis conditionis, et scit Praelatum suum deliquisse, rem deferre debet ad dictas personas ut ipsi eum corrigant eundem.

385 Atque ex his patet ad id, quod primo loco additur, qui scilicet alteri aliquo modo par, aut quasi par non est, aliud, qui superior suus est, publicè regulariter corripere non dicitur etiam correctione fraterna, cum si fiat à persona in omnibus inferiori regulariter semper noceat: quod tamen verum non est de correctione quae occultè, et in secreto et cum debita reverentia, et circumspectione; sed bene facere potest, quinimo et tenetur, quam etiam ... non est, ut citata Quaest. ad primum docet

386 Praeceptor Angelicus. Ad id autem, quod ex S. Gregorio additur eo loco, cum eodem Angelico Praeceptore respondendum est, quod praesumere se meliorem simpliciter, quam Praelatum, videtur esse praesumptuosae superbiae; non autem est praesumptionis signum

estimare se meliorem Prelato suo quoad aliquid, quia nullus est in hac vita, qui aliquem defectum non habeat. Atque hinc non Gregorius loquitur contra eos, qui ex presumptione audent superiorem redarguere, arguendo inde deductum non urget, et ab me quod corripiens superiorem suum recto charitatis ordine, existimare non presumat id, quia se meliorem illo existimet, sed ut ei charitativum auxilium prestet. Dices 2do. Peccatores non tenentur suum proximum delinquentem corripere: de his enim ait Matth. 7. inquit:
387. Hypocrita ejice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis ejicere de oculo fratris tui: et Apostolus Rom. 2. sic eos monet: In quo judicas alterum, te ipsum condemnas; eadem enim agis, quæ judicas: unde et in aliis dictum est: Medice, cura te ipsum. et propterea S. Aug. l. 2. de Serm. Domini in Monte cap. 19. inquit: accusare vitia est officium bonorum virorum, et benevolorum: quod cum mali faciunt, alienas partes agunt: et S. Isidorus lib. 3. de Summo Bono cap. 39. dixit: Non debet vitia aliorum corrigere, qui est vitiis subjectus; ergo &c.
Respondeo, et pro solutione argumenti, quod solum urgere fit pro casu peccatoris publici, vel saltem noti in
388. corripiendo, non autem pro casu, quo peccator est occultus, et neque ipsi corripiendo notus, utpote cum hic a corripiendo non possit redargui verbis objectis, atque ex quadam correptione, tanquam posset, perinde ac si justus esset, pro solutione, inquam, argumenti adnotare oportet, bifariam prestari posse correptionem fraternam a peccatore publico, et noto ipsi delinquenti corrigendo: uno modo, cum peccator non exprobrando fratrem suum peccatorem, neque se justiorem illo ostendendo, sed etiam peccatorem cognoscendo, et indignitatem suam humiliter ostendendo, et se quoque emendare velle monstrando exorat, et petit a fratre suo, ut se velit corrigere, et dignam penitentiam facere ob tantum malum, quod est peccatum, et pravos effectus, qui ex eo nascuntur, aliove simili modo se gerendo. Secundo modo, cum peccator publicus crimina sua dissimulans, ac ita se gerens, quasi ipse justus esset, aliis se prefert, et presumptuose, et audacter alios corripit, et reprehendit. Hoc quidem secundo modo peccator publicus reprehendere, et corripere fratrem suum non tenetur, non solum quia talis correptio esset infructuosa, sed etiam quia esse non fit sine audientium offensa, et scandalo, atque in verum veritatis contemptum [illegible] natur; et secundo contra illum stat illud Psal. 49. quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? primo autem modo in aliorum delictorum correctionem fraternam [illegible] esse a peccatore etiam publico, et notorio, nemini dubium est, et non [illegible] firma stat doctrina supra prejacta.
Sed hic difficultas movetur a Doctoribus, an publicus, et notorius peccator ob delicta sua incapax sit ad [illegible] correctionem, et redarguenda, de iis negativum agere debeat, prout oportet, ut fructuose possit maximum [illegible] corrigere, et, si opus est, reprehendere.
Respondeo, pro dubii solutione distinguendum esse [illegible], quibus non solum vi precepti naturalis, et divini de correctione fraterna; verum etiam ex officio, ac munere

incumbit debitum delinquentes corripiendi, cujusmodi sunt Praelati, Pastores, et Curatores animarum, Concionatores, Parentes, Domini, Magistri, Tutores, Curatores, Confessarij &c.; et inter eos, quibus ex officio, et generali munere tale debitum non incumbit. De primis enim loquendo Suarez, Coninck, Lorca, Villalobos, Diana et communem sententiam apud Palaum loco supra citato Pun. 7. num. 4, existimant, eos teneri dare signa emendationis, et poenitentiae vitae suae malae actae, cum aliorum scandalo, et saltem se exterius emendatos exhibere, sive interim subditus delinquens corrigendus versetur in extrema, sive in gravi, sive etiam tantum in communi necessitate spirituali. Hi enim, ut suo muneri satisfaciant, non solum per exhortationem et obsecrationem; verum etiam per redargutionem, et increpationem, in omni tamen patientia, subditos suos corrigere debent, juxta illud 2. Timot. 4: Argue obsecra increpa in omni patientia: quod minime praestare possunt, ubi et ipsi sceleribus publice sunt irretiti.

370 De secundis vero loquendo Doctores distinguunt inter necessitatem extremam, et communem peccatoris corripiendi; et hac distinctione posita, licet omnes fateantur, si peccator publicus vita sua mala alijs est scandalo, teneri ad scandalum tollendum ~~vitam suam~~ corrigere, attento tamen praecise praecepto fraternae correctionis proximo delinquenti faciendae, non ita facile conveniunt inter se. Nam Palaus cum Valentia, Soto, et Coninck talem negat obligationem, sive proximus corrigendus sit in extrema, sive gravi sive communi tantum necessitate, quia, ut ipse inquit, ex una parte peccator praesertim in extrema necessitate constitutus tenetur admittere correctionem a quocumque sit; ex alia vero parte dum peccator humilitate sermonis indignitatem suam ostendens proponit fratri suo delinquenti quid teneatur, correptus ei reponere non potest, ut prius se emendet curet: et hoc modo correctio secundum se est sufficiens ad emendationem causandam in ipso correpto nisi ipse ex propria malitia velit resistere. Quia tamen Doctores alii non accedunt, sed medium tenent, docentes nimirum corripientem ad sui fratris correptionem teneri se emendare, et signa conversionis ostendere, ubi corripiendus versatur in extrema necessitate spirituali; non teneri autem ubi necessitas corripiendi esset tantum communis, et ordinaria, aut etiam gravis. Et rationem afferunt, quia ubi necessitas proximi est extrema, ac ibi succurrendum nedum tenetur adhibere media ordinaria, sed etiam extraordinaria; ac proinde non solum ipsum obsecrare, sed etiam redarguere, et increpare, quod a peccatore publico vix praestari non potest, ubi in vitijs adhuc volutatur: e contra vero, ubi necessitas proximi est tantum communis, aut gravis sufficit media ordinaria, ac ~~de se~~ idonea, et sufficientia ad finem consequendum adhibere. Quod vix praestatur, ubi modo notato a Palao se gerit peccator corripiens. Ast

Pro coronide quaeres, an Praelati, Priores, Parentes, Domini, aliique superiores antiùs obligantur corrigere

suos respectivos subditos, quàm teneantur corripere eiusmodi non subditos suos, sed simpliciter proximos?

Respondeo, in hoc convenire omnes Doctores cum D. Thoma 2. 2. q. 33. a. 3. ad 3um sic respondente. Dicendum, quod etiam in correctione fraterna, quae ad omnes pertinet, gravior est cura Praelatorum, ut dicit Aug. in 1. de civit. Dei. sicut enim temporalia beneficia potius debet aliquis exhibere illis, quorum curam temporalem habet; ita etiam beneficia spiritualia, puta correctionem. Et constat ex illo Apostoli 1. ad Timoth. 5. Si quis suorum, et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior. Quinimo satis recepta est sententia affirmans, talem obligationem esse ex justitia, utpote cum ratione sui officij, et muneris ad id obligentur. Unde in sacramentali confessione speciatim erit manifestanda circumstantia superioritatis, si forte omissa fuit correptio debita erga subditos, ut et concedunt ij, qui tenent, praelatos superiores charitate tantum, et non ex justitia corripere suos subditos delinquentes obligari.

392. Ubi addendum est primo, Praelatos, et superiores teneri caute, et prudenter inquirere de moribus et peccatis suorum respectivè subditorum, ut cum D. Thoma quaest. citata a. 2. ad 4um communis sententia docet, et constat ex illo Apostoli Hebraeor. 13; ubi pro ratione obedientiae et subjectionis praepositis nostris hec affertur: Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. et adeò cum talis vigilantia vitae praestari non possit absque cauta, et prudenti inquisitione de moribus, vita, et peccatis eorum, haec à superioribus praestanda erit. Quamvis non debeat praestari ab ijs, qui alijs non praesunt, ut profundatus D. Doctor probat loco citato, quia, ut ipse inquit, alioquin efficeremur exploratores vitae aliorum, contra id, quod dicitur Proverb. 24. Ne quaeras impietatem in domo justi, et non vastes requiem ejus.

393. Attendenda tamen sunt à superioribus valde caute, et prudenter. Quia, ut optime advertunt Salmanticenses hic Tract. 21. cap. 7. Pun. 4. §. 2. num. 61., licet curatores possint adhibere zelatores cognitos viros probos, et maturos, qui in locis publicis vigilent, ut defectus subditorum examinent, et sibi enarrent: item quandoque possint, et teneantur inquirere loca maxime publica, ubi subditi peccare occasionem dare solent, ut hoc tenore peccandi occasiones praecaveantur tamen, ne fidant dictis cujuscumque, cujus nondum approbata est probitas, et integritas, et praesertim eorum qui sponte sua se offerunt de alieno defectu ipsis referendo, cum etiam via tacita ad superiorum aures fabulis, mendacijs, et calumnijs parant, et aliena extollunt crimina, ut propria celent, atque ad honorem isti tanquam pacis hostes, et incendij insufflatores accedant ... imò ijs manifestandum ut facilius à talibus sibi attendant.

394. Dicendum est 2do, superiores debere ... et etiam monere suos subditos, etiamsi nulla sit spes ... talis enim correptio et monitio necessaria ... est ad ... scandalum, et alios deterrendos et ut ... quod certe superiores magistra ...

§. 4. De Personis corrigendis.

Quidquid sit, an adversantibus conditionibus supra recensitis vi praecepti fraternae correctionis nedum fideles, verum etiam infideles delinquentes à nobis sint corripiendi? Quod contra Laymann, et nonnullos alios affirmat Bonacina cum Valentia, et Filliucio, ubi praesertim infideles peccant contra legem naturalem; illud vero certum est; corripiendos scilicet esse fideles, quem certo constat; mortaliter peccasse nec se emendasse, nec suo tempore se emendaturum absque nostra fraterna correctione, et eo magis, si in novum peccatum relapsurus praevideatur, atque correctionem nostram profuturam esse speramus. Sicuti et certum est, nos stricte tamen omnem operam nobis possibilem impendere pro infidelium conversione; et eosdem etiam corrigere, ubi [illegible]. Hinc superest ut videamus, an sit obligatio corripiendi venialiter peccantes, aut ex ignorantia legem aliquam violantes?

Quaeres ergo primo, an ubi spes fructus adsit, quis teneatur corrigere proximum levia aliqua peccata committentem?

Respondeo, neminem esse dubium, duobus proxime in casibus adesse obligationem [illegible] corrigendi proximum leviter delinquentem, et primo ubi ex peccato veniali merito timetur lapsus in peccatum mortale, sicuti contingit in materia periculosa, v.g. in re valde affini materiae venereae; et proinde si audias aliquem ex ... verba amatoria proferentem, cantiones impuras canentem, sub gravi corrigere teneris, si scias talia dicentem esse virum parum in praecavendis culpis gravioribus sollicitum. Hic enim ita se exponit periculo proximo graviter peccandi, qui graviter peccat, et proinde est gravis corripiendi obligatio, ubi commode id fieri possit, et fructus speratur. 2do quando ex venialibus culpis saeculum se levibus aliquod grave inconveniens, vel ruina spiritualis aliorum in re gravi sequeretur, ut accideret, ubi ex inobservantia regularum sub levi obligantium in recto regimine Religionis, aut communitatis laicorum, multum detrimenti pateretur religiosa observantia, et regularis disciplina, ordo. Tunc enim talis inobservantia valde inconveniens, et incommodi gravis secutum gravis evaderet; sinque ... sub gravi faciendo. Ad hoc autem ... superioris reflectere debent, cum ipsis cura recti regiminis ... sit commissa, cum debito strictae vitandi rationes.

Extra hos autem casus aut alios similes Bonacina hic quaest. 4 disp. 3 pun. 7 num. 3 cum Sayro, Becano, Azorio, Reginaldo, Sylvestro, Navarro, et aliis existimat, nullam omnino esse obligationem corripiendi proximum ob peccata spectantia levia [illegible], tum quia Christus solum praecepit corripere fratrem perditum, ut constat ex illis verbis: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, quae Matth. 18 ... tum ... qui tantum venialiter peccatorum ... sit se iterare non solum ... repetantur ...

et proinde nullam pati videtur necessitatem; tum denique quia, cum patet occurrere videre proximum circa commitentem, intolerabile esset quam legis fraternæ correctionis. Contra tamen Valentia, Suarez, Bannez, Laymann, Sylvius, et alij quamplures, quorum sententiam probabiliorem dicit Palaus, docent, sub veniali esse obligationem corrigendi proximum venialia committentem, ubi scilicet commode præstari potest, et spes fructus esse ea valeat; et hoc potissimum ea maxime ratione, quia charitas, amicitia, et misericordia proximum non solum nos obligat, ne illi consulamus, vel adjuvemus ad venialiter peccandum, sed etiam, ne permittamus eum cadere ubi commode, et cum fructu eum possumus removere; sicuti debito in temporalibus tenemur, ne dum non inferre damnum ... proximo, verum etiam, cum commode possumus, tenemur illud propulsare, et conari, si illud jam illatum est, ut resarciatur. Quod ~~vel confirmatur ex~~ eo, quod tenemur diligere proximum sicut nosmetipsos; et proinde sicuti quisque sub veniali tenetur, a se removere peccata venialia a se committenda, ita et tenetur a proximo, cum facile potest.

398. Salmanticenses tamen cum Sebasmo, Prado, et alijs distinguentes inter peccata venialia habitualia, et cum advertentia commissa, ac inter peccata ex fragilitate facta, primis loquendo æstimant, esse obligationem ... levi correptione faciendi; negant vero de peccatis venialibus secundi generis. Atque primæ partis rationem hanc afferunt, quia per talia peccata homo patitur aliquam spiritualem miseriam non leviter collendam absque fraterna correctione. Secundæ vero partis reddunt rationem, quia talia peccata sunt ferme innumerabilia et cognitu difficillima; et proinde impossibile esset præceptum fraternæ correctionis, si et ad hæc peccata extenderetur. Utriusque Doctores, quorum utraque sententia gaudet probabilitate.

399. Pro praxi tamen ex S. Antonino notandum est, ... non adesse obligationem corripiendi ob solam venialia, quia nempe sæpius talis correptio, præsertim respectu ... obesse possit quam prodesset, nisi fiat ergo christiane ... dicendum, aut valde familiarem, aut ab eo, qui ratione sui ... peculiarem curam gerere debet proximi corripiendi. Ita ... ... de venialiter peccante ...

Quæres 2do an teneamur corripere eum, quem ex ignorantia legem aliquam præceptivam quid gravi obligantem violare deprehendimus?

400. Respondeo, hic distinguendum esse inter ignorantiam vincibilem, et invincibilem juxta ea, quæ diximus in Tract. de Actibus Humanis Cap. 3. A. 4. a num. ibi, ... percipias discrimen inter utramque illam ignorantiam ... cadens: ~~insuper~~ distinguendum esse inter personas simpliciter ex charitate obligatas ad proximum corripiendum, cujusmodi sunt privati homines nullam in alios potestatem habentes et inter personas etiam vi sui officij, et muneris ... eas, quæ ... sunt, qui ceteris præsunt. Deinde etiam distinguendum esse inter eas ignorantium violationes, quæ cedunt in communem scandalum, et grave detrimentum honoris ... fidei, Religionis Catholicæ, aut etiam innocentis, ...

em per ipsam correptionem, ac inter legum ignoratarum transgressiones, ex quibus tale scandalum, aut detrimentum non sequitur. His autem diligenter animadversis ad quaesitum

Dicendum est, primo, quamvis superiorem, ubi correptio non nocitura, sed profutura praevidetur, et jura specialia, teneri monere, ac docere, et corrigere suos respectivos subditos delinquentes ex ignorantia, sive vincibili, sive invincibili, sive facti, sive juris tum naturalis, tum positivi, etiam humani, ut, teste Palao hic Tract. 6. Disp. 3. Pun. 4. num. 5., omnes fermè Doctores tenent. Quod et extendendum est ad omnes, et singulos privatos, ut cum pluribus magni nominis Doctoribus tenet laudatus Palaus, P. Claudius La-Croix, et omnibus aliis, P. Paulus Gabriel Antoine. Atque quoad primam partem non obscure colligitur ex illo Actor. 20: Non enim subterfugi, quominus annunciarem omne consilium Dei vobis. Et ratio est, quia superior vi sui officii, et muneris tenetur, nedum redarguere delinquentes, verum etiam instruere, et docere ignorantes in iis, quae facere debent: sicut et tenetur procurare legum observantiam, nec non scandala impedire; quod non raro imminet etiam propter materialem ejus transgressionem. Unde superior etiam ex ignorantia invincibili violantes legem aliquam, quaecumque ea sit, corripere tenetur, ubi profectum fructus speratur, ne etiam valens talem impedire transgressionem videatur suos itidem errores approbare.

202 Quoad 2dam vero partem loquendo de operante contra legem ex ignorantia vincibili, [illegible], cum ita operans reipsa peccat, cum talis ignorantia non habeat excusare a culpa tali, ut probatum est in Tract. De Actibus Humanis loco supra citato. Quare probatur, etiamsi ignorantia sit invincibilis, idque, tum quia id exigit reverentia legis, contra quam est illa actio, aut omissio; tum quia illa ignorantia, licet ad culpam non imputetur, est malum quoddam ignorantis; tum quia illa materialis legis transgressio, si non corrigatur, ubi ad fructum corrigi sit, facile in consuetudinem, et habitum pravum inducit [illegible]; tum denique quia si cum commode potes corrigere alienos errores, non corrigis, facite ostendis, tales errores te approbare, et etiam ad tanta incommoda praecavenda fieri debebit correptio a quocumque ad id rationabiliter non impedito. Quapropter audiendi non sunt qui docent corripiendum quidem esse peccantem etiam ex ignorantia invincibili contra legem naturalem; minime vero delinquentem contra legem positivam humanam, etsi spes fructus refulgeat, ubi nullum grave incommodum est secuturum.

203 Neque his obstat, quod in casu illo proximus non peccat formaliter; et quod solum formale peccatum sit materia praecepti correctionis, ut patet ex illo Christi: Si peccaverit in te frater tuus. Nam imprimis, ut patet ex dictis in probatione, etsi ex ignorantia invincibili peccans hic et nunc non sit in peccato formali, attamen [illegible], ut per eam sit constituendus in periculo proximo formaliter peccandi [illegible] materia correctionis fraternae non est solum peccatum formale, sed etiam quodlibet malum

proximi unice vitandum per correctionem, et propterea, cum praeceptum grave pecatum mortale sit, uno modo fraternae correctionis non excludit alia, sicuti ex supradictis non excludit venialia peccata. Dicendum est 2do, quemlibet sive superiorem

404. sive privatum teneri corripere delinquentem contra legem etiam ex ignorantia invincibili, ubi ex tali transgressione sequitur aliorum scandalum, grave detrimentum honoris Dei, Fidei, Religionis, Reipublicae, et innocentis, reparabile, et reparandum per correptionem, etiamsi etiam emendatio delinquentis non speraretur. Idem dic, quando ex ignorantia illa sequeretur etiam grave damnum ipsius delinquentis, ut si talis ignorantia esset circa absolute necessaria ad ipsius aeternam salutem. Haec omnia per se manifesta sunt, et constant ex superius dictis sub num. 309, et 376. Dicitur autem: grave detrimentum reparabile, et reparandum, quia si damnum, et detrimentum reparari neque nunc, neque in futurum sit reparandum ex fraterna correctione, tunc non convenit inter Doctores an ea facienda sit a persona privata, utpote cum desit una ex conditionibus necessariis ad hoc ut praeceptum correctionis fraternae obliget. Tunc tamen de superiorum sollicitandum erit, ut ipse per juridicam correptionem procedat usque ad scandali remotionem, et imminentis detrimenti praecautionem.

405. Dicendum est 3tio, praeceptum fraternae correptionis qua tale non obligare ad corripiendum ex ignorantia violantem legem etiam sub gravi, secundum se obligantem, ubi spes fructus desperatur, et transgressio illa non generat aliorum scandalum, grave detrimentum honoris Dei, Fidei, Religionis &c. Itaque patet ex dictis a num. 3.., quae propterea negas; sicuti et inculcatoris verba illa: praeceptum fraternae correptionis qua tale, quia si superior est, qui est corrigendus, superiorem peccat ex ignorantia culpabili, forte erit locus correptioni juridicae. His autem expositis sit

§. 5. De Ordine fraternae Correctionis.

406. Ordinem in fraterna correctione servandum praescripsit ipse Christus Matth. 18. inquiens = si peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te, et ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum: quod si non audierit eos, dic Ecclesiae, si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus et Publicanus =. Ut ergo in corrigendo proximo suo errante, procedas, tu ipse secreto, et occulte seu nemine sciente, et cautela adhibita, ne alij deveniant in cognitionem delicti, admonere teneris, et dirigere debes fratrem tuum delinquentem, et si opus fuerit etiam cum ea ratione et mansuetudine, cum severitate, et increpatione, si circumstantiae permittant; secundo si talis correctio non prodest, accersere debes unum, vel alterum ex amicis delinquentis, ut et ipse id idem praestet; ita tamen prudenter eligas eos, ut unum tantum obtineamus duos testes adhibere non possis, ut videlicet minus quam fieri potest infamiam patiatur. 3tio ubi neque emendatio per aliquos testes

pvat, Prelato, seu superiori ecclesiastico delinquens est deferendus, qui sua auctoritate eum compescat, etiam si opus fuerit, per poenas ecclesiasticas. Atque hic ordo non sub consilio tantum, ut nonnulli veteres voluerunt, sed sub rigoroso praecepto sub gravi obligante cadit, ut primo constat ex verbis Christi citatis, quae tantundem sonant praeceptum, sicut verbum illud: corripe, quod certe rigorosum praeceptum importat. Deinde ipsum naturale lumen, et ratio dictat, ut studeamus providere saluti spirituali nostri proximi absque detrimento suae famae, et honoris, si possibile est, et, si id effici non potest, saltem cum minori incommodo possibili, et per medium magis suave: quod probat Angelicus Doctor 2.2. Q.33 A.7. in c. exemplo medici inquiens =: Sicut medicus corporalis sanitatem aegroto confert si potest, sine alicujus membri abscissione; si autem non potest, abscindit membrum minus necessarium, ut vita totius conservetur: ita etiam ille, qui studet emendationi fratris, debet, si potest, sic emendare fratrem quantum ad conscientiam, ut fama ejus conservetur, quae quidem utilis est =: Atqui haec omnia servat hic ordo a Christo Domino praescriptus, et supra relatus, ut patet meditanti; ergo &c. Quod et definivit Innocentius III. in capit. Cum ex injuncto, de Haereticis, cujus verba supra num. 382 retuleram. Atque sententia est modo certa apud Theologos, ut testantur Palaus, Salmanticenses, et alii.

408. Verum cum tale praeceptum utpote affirmativum non habeat semper, et pro omni casu obligare, restat ut hic videamus, quibus in delictis oporteat praefatum ordinem observare, et in quibus non sit necesse. Pro cujus recta resolutione in primis advertere juvat, alia esse delicta proximi occulta, et alia publica, alia, quae in damnum solius delinquentis cedunt, et alia, quae in damnum communitatis, aut etiam tertij innocentis vergunt. Delicta publica, dicta etiam notoria ea sunt, quae vel in multorum praesentia commissa sunt ut in platea, via, foro &c; et tunc dicuntur notoria facto, seu publica notorietate facti: vel sunt ea, quorum fama ad plures pervenit, ita ut sint nota et manifesta majori, aut saltem notabili parti Collegij, viciniae, Civitatis &c, et dicuntur notoria, seu publica fama, seu notorietate famae: vel denique ea sunt quae per sententiam judicis manifestata sunt et dicuntur publica notorietate juris. Unde delicta occulta ea sunt, quae neque coram pluribus patrata sunt, neque eorum fama ad plures pervenit, neque per judicis sententiam sunt declarata, aut condemnata. Quamobrem etsi delictum aliquod secreto commissum uni, vel alteri notum sit, non potest dici in rigore publicum, et notorium, quamvis possit dici probabiliter quatenus si duobus, aut tribus constat in judicio probari potest, etsi nulla ejus praecesserit infamia, seu plurium notitia.

Delicta autem quae in damnum solius delinquentis cedunt, ea sunt, quae directe, et immediate, seu per se laedunt solum delinquentem, etsi per accidens, et nonnunquam ratione scandali ut sint aliis exitiosa, cujusmodi sunt simplex fornicatio, ebrietas, superbia, gula &c. Delicta vero quae in damnum tertij vergunt sunt ea, quibus jus alterius violatur, vel laeditur, ac talia sunt adulterium, homicidium, furtum,

detractio, contumelia etc. Delicta tandem, quæ in damnum communitatis cedunt, ea sunt, quæ per se, et directè tendunt in perniciem et excidium boni communis sive spiritualis ut sunt hæresis, disseminatio malæ et perversæ doctrinæ sive contra fidem, sive contra mores, conspiratio contra Prælatos, et Religionum institutum etc. sive temporalis, ut sunt Patriæ proditio, monetarum falsificatio, fontium venenatio, publici thesauri furtum, aperitio, et falsificatio literarum publicarum etc. quibus diligenter notatis

410\. Dico primò, delicta proximi publica, et notoria, hoc est, quæ in multorum præsentia patrata sunt, vel alio modo à pluribus cognoscuntur, licitè posse deferri ad superiorem fraterna correctione non præmissa. Ità communissimè doctores cum S. Thoã 2.2. q. 33. a. 7. in c. sic concludente =: Aut enim peccata sunt publica, aut sunt occulta. Si quidem sint publica, non est tantùm adhibendum remedium ei, qui peccavit, ut melior fiat; sed etiam aliis, in quorum notitiam devenit, ut non scandalizentur. Et ideò talia peccata sunt publicè arguenda, secundum illud Apostoli 1. ad Timot. 5: Peccantes coram omnibus argue, ut et cæteri timorem habeant. Quod intelligitur de peccatis publicis, ut Augꝰ dicit in lib. de verbis Domini =. Hæc ille et quibus et rõ se offert, quia nempe ubi delictum est publicum, non tantum salus peccatoris est procuranda; verùm etiam scandalum debet reparari, quod minimè præstaretur per occultam admonitionem, et adeò recurrendum est ad denuntiationem, ut videlicet alii à peccato deterreantur. Deinde publicè peccans renuntiavit hoc ipso juri secreti, ut scilicet secretum teneatur peccatum suum, et proinde nulla est rõ, cur tunc ad superiorem statim non fiat recursus.

411\. Dixi autem: licitè posse deferri ad superiorem quia quamvis sit obligatio absoluta denuntiandi publica peccata tantùm pro casu, quo adesset præceptum legitimi superioris mandantis denunciationem talium delictorum, utpote cum justum supponi illud debeat; sicuti et pro casu, quo talia publica delicta vergerent in damnum publicum, aut etiam tertii innocentis, non aliter reparabile: attamen ubi hæc non occurrunt omitti poterit denunciatio apud superiorem, et fieri simplex fraterna correctio dummodo spes emendationis adsit, et per vitam exemplarem scandalum datum tollendum speretur ut tenet Palaus cum Adriano, Lorca, Paludano, Corduba, et aliis quoniam sic obtinebitur finis intentus, et vitabuntur incommoda provenientia delinquenti ex denunciatione, et talis modus agendi optimè congruit charitati christianæ.

412\. Dico 2dò, delicta etiam quomodocumque occulta, et secreta, quæ cedunt in detrimentum boni communis, aut in damnum certi privati innocentis statim, et non præmissa secreta fraterna correctione deferenda esse ad superiorem, eo tantùm casu excepto, quo quis certò sciret fraternam correctionem esse profuturam. Ità pariter communiter doctores cum S. Thoã loco citato hæc subjungente =: Sed enim peccata occulta sunt, quæ sunt in nocumentum proximorum, vel corporale, vel spirituale, puta si aliquis occultè tractet quomodo civitas tradatur hostibus, vel si hæreticus privatim homines à fide avertat et quia ille, qui sic occultè peccat non solùm in te peccat, sed etiam in alios, oportet

vendere ad denuntiationem, ut hujusmodi nocumentum impediatur, nisi fortè aliquis firmiter existimaret, quòd statim per secretam admonitionem posset hujusmodi mala impedire. Atque
non est manifesta, omnia nimirum bonum publicum, et innocentis
reparandum est, et illi sufficienter providendum, etiam cum
infamia nocentis, et adeo tunc statim deferre debemus ad superiorem, ut remedium ponat, excepto eo tantum casu, quo malum
publicum, et privati innocentis aliter, nempe per fraternam correptionem possit certò impediri. Quod singulariter notandum,
quia licet in peccatis occultis tantum nocivis peccanti sufficiat
spes probabilis fructus, ut debeat secreta monitio præmitti denuntiationi; non sufficit tamen in peccatis occultis nocivis bono
publico, et cedentibus in grave damnum privati innocentis;
sed hæc spes debet esse certa saltem certitudine morali, quia
tunc in incertum poneretur levamen ex obligatione provi-
dendum bono publico, vel innocenti.

Hinc quia in crimine hæresis, et proditionis Patriæ, aut Civitatis nunquam concipi sit firma spes emendationis sine periculo nocendi aliis, ideo statim debet fieri denuntiatio, sine præmissa fraterna correctione, ut sic citius
bono publico consulatur, ut præter cæteros summorum Pontificum
constitutiones constat ex Decreto Alexandri VII. die 8. julij 1660
emanato, et incipiente: Licèt aliàs, in quo sub gravissimis pœnis
præcipitur, ut omnes Religiosi, etiam leviter tantum suspecti
de hæresi, statim nulla facta fraterna correctione, nec re communicata cum superioribus Ordinum, deferantur ad Inquisitores,
vel locorum Ordinarios. Quod quidem etiam tenendum pro casu
quo denuncians, utpote solus sciens delictum, illud apud superiorem non possit probare, ut constat ex hac ordine 5. damnata
ab Alexandro VII. propositione: Quamvis evidenter constat tibi, Petrum
esse hæreticum, non teneris denuntiare, si probare non possis.
Quod cum Salmanticensibus, et aliis satis communiter extendendum est ad omnia delicta, quæ hæresis suspicionem gignunt, et
cum Bonacina, et Tamburino ad referendum, seu sollicitationis ad turpia
facta à confessario in sacramentali confessione, quæ quidem, ut talia delicta ad superiorem per nos statim
deferri debeant, etsi sub sigillo naturali sciantur, vel etiam sub
juramento ea non manifestandi, ut cum communissima sententia
docet P. Viva in expositione citatæ propositionis damnatæ,
utpote cum juramentum non possit esse vinculum iniquitatis, quale esset, si citatis in casibus teneret, utpote vergens vel in damnum publicum, vel innocentis.

Dico 3tiò, delicta occulta cedentia in damnum solius delinquentis non sunt deferenda ad superiorem, ubi
probabiliter fructus, et emendatio speratur ex secreta monitione, aut testium inductione; et proinde talia delicta ad
superiorem deferri non possunt, nisi quando secreta monitio, et testium inductio non prodesse, aut non profutura certò prævidetur. Ita nostris communis, et certa satis ... loco supracitato, et constat vel ex eo, quod si in aliquibus casibus
urget præceptum de servando ordine à Christo ... in fraterna correctione, certè urget in casu præsenti, et
... supra dictis grave sit præceptum servandi ... quilibet illud servare teneatur in occultis ... de quibus in præsenti disputamus.

415. Dixi autem: Ubi probabiliter, fructus, et emendatio speratur: quia si neque nostra etiam repetita monitio, neque testium inductio certo cognoscitur ullo modo profutura, tunc illa omissa res deferenda erit ad superiorem, ut in primis eam quam pater corripiat, et deinde si neque haec correptio juvaret, tanquam judex puniat. Inutilis siquidem tunc foret secreta monitio, et testium inductio, et adeo a Christo nullo modo praecepta, cum de inutilibus non datur ullum mandatum; et proinde tum bonum spirituale proximi, quod tunc ex delatione ad superiorem speratur, praepollet ejusdem famae.

416. Hinc facile constat primo, graviter peccare eum qui potens aeque bene cum fructu corrigere proximum [illegible] gravia peccantem, monitione fraterna omissa rem defert ad testes, aut ad Praelatum, quia nempe tunc sine justa, et rationabili causa proximum suum infamarat. Quod et dicendum est de casu, quo quis sperans proximi emendationem per testes, horum inductione omissa, ad superiorem recurrerat, utpote cum teneatur proximo suo consulere cum ejus minori incommodo, et meliore, quo fieri potest. Quinimo cum probabiliori, quam tuentur Salmanticenses cum Soto, Sylvestro, Cajetano, et aliis contra alios, dicendum videtur, graviter peccare eum qui gravia delicta occulta proximi sui minime in damnum publicum, et innocentis vergentia eo praetextu, quod credat 418 eum melius correctum iri, ad ipsum defert ordine a Christo scripto, scilicet fraterna occulta monitione omissa, atque testium inductione praetermissa. Quod primo constat ex eo, quod Dominus absolute, nullaque exceptione adhibita in occultis delictis nemini, quam peccanti nocuis velit servari ordinem suum praescriptum: 2do quia saluti spirituali proximi consulere tenemur etiam minori incommodo temporali ejusdem, quo [illegible] 3tio quia ex hujusmodi subita delatione regulariter generatur odia inter corripientem, et delatorem, ut ipsa experientia [illegible] nato, aliis omissis, Praelatus, ut [illegible] sicut et sua [illegible], non semper est acrior, quam persona privata. Neque hic obest exemplum a medico [illegible]

417. cum hic utitur medicina etiam acerbiori, quae quamvis non necessaria, est tamen valde utilis: sicuti non obest, quod [illegible] [illegible] aliquem nulla monitione praemissa [illegible] [illegible], et culpas revelare superioribus. Nam quod ad primum [illegible] nec praesumptio incertum sit, an correctio tunc a Praelato facienda futura sit utilior, disparitas est, quia medicina [illegible] acerbior, solum tendit ad conferendam salutem aegroto, [illegible] ei damnum in salute [illegible]. contra vero correptio talis Praelato [illegible] [illegible] correctum ab infirmitate spirituali, infert [illegible] notabile damnum in fama, quod magni aestimat correptus. [illegible] autem respondet S. Thomas loco superscitato ad [illegible] [illegible] [illegible], quae in [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] quae fama non derogant. Unde sunt quasi quaedam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] potius [illegible] quam accusationem. [illegible] [illegible], quia ut [illegible] S. Gregorii [illegible] [illegible] casu, quibus frater [illegible], contra praeceptum Domini [illegible] [illegible] [illegible] peccatum fratris publicarat.

Constat ergo, occultum proximi delictum minime vergens in damnum publicum, aut tertii innocentis scientem, ubi ex secreta monitione fructus speratur, illud non posse indicari praelato suo etiam praecipienti manifestationem, antequam secreto commoneat delinquentem, et ita quidem, ut si delinquens per illam correctionem, aut tertiam inductionem resipiscat, delictum omnino sub silentio teneri debeat. Atque est mens Angelici Doctoris loco jam citato ad 2tum sic respondentis —: Dicendum, quod praelato non est obediendum contra praeceptum Domini, secundum illud Actor. 5: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Et ideo cum praelatus praecipit, ut sibi dicatur, quod quis sciverit corrigendum, intelligendum est praeceptum sane, salvo ordine fraternae correctionis, sive praeceptum fiat communiter ad omnes, sive ad aliquem specialiter. Sed si praelatus expresse praeciperet contra hunc ordinem a Domino institutum, et ipse peccaret praecipiens, et ei obediens, quasi contra praeceptum Domini agens; unde non esset ei obediendum: quia praelatus non est judex occultorum, sed solus Deus —. Haec S. Doctor, quae utinam intelligantur a nonnullis, qui sub pietatis specie delicti veluti dedignantur occulte alios corrigere, sed ad superiores statim deferentes, et utinam non animo sibi gloriosum nomen faciendi, et non vero disciplinae zelo.

Haec tamen dicta circa delationem hujuscemodi criminum in damnum solius delinquentis cedentium intelligenda sunt sub duabus limitationibus, quas ex communi Doctorum ponit S. Antoninus, quarum prima est pro casu, quo quis occulte ab alio laesus fuisset, atque hic debitam sibi satisfactionem denegaret, tunc namque illam petere posset a superiore, dummodo id non faceret animo vindictae sumendae, quia jam jure suo uteretur. Altera est pro casu, quo quis cederet jus, quod habet ne defectus ei peccata sua occulta superiori denuncientur, non praemissa secreta monitione, ut testantur Doctoribus [illegible] jam, fit in certa Religione, quam qui ingrediuntur, consentiunt, ut quodlibet eorum peccatum sive grave, sive leve possit deferri a quolibet praevia secreta monitione ad superiorem, non quidem ut judicem sed tanquam patrem in ordine ad paternam correctionem, a quocunque qui illud cognoverit alia via, quam ex sacramentali confessione, vel redditione rationis conscientiae, vel declaratione ab ipsis facta ad petendum consilium. Quae regula, testibus scriptoribus ejusdem societatis, a summis Pontificibus approbata fuit, dum illorum Religionem instituti approbarunt; et proinde talis cessio juris tanquam licita est approbanda, ut etiam probari potest ex eo, quod secreta monitio [illegible] est, antequam crimen ad superiorem defertur, ea maxime ratione, ut consulatur famae delinquentis; at proinde cum hoc sit dominus suae famae, [illegible] ita potuerit renunciare praedicto juri. Atque haec de fraterna correctione, pro cujus complemento addam nonnulla de canonica denunciatione sic ergo

Appendix
De Canonica Denunciatione.

Denunciatio canonica ea est, quae per sacros canones constituta est, ut ad judicem ecclesiasticum deferatur crimen,

vel persona criminosa vel ad impediendum, vel tollendum ma[lum] vel etiam ad vitandum scandalum, V.G. ne quis indignus ordinetur illegitime contrahat matrimonium, aut si contractum est, ut [dis]solvatur, item ut quis cessat suis pravis moribus alios corrumpere &c. Et duplex est, specialis una, et generalis altera. Specialis ea est quae fit per eum, cujus interest bonum habere Praefectum vel administratorem, vel subditum, capit. Cùstos ecclesiae, de [offi]cio custodis, et capit. Sicut Heli, De Simonia. Generalis autem est, quae unicuique regulariter est demandata ad malum alienum avertendum, V.G. ad impediendum illegitimam ordinationem, matrimonium &c. Atque de hac modò agendum est. Et quoniam verba Xti Matth. 18. supra relata, nempe hec: Si non audierit et dic ecclesiae: tùm ipsa lex charitatis, tùm denique reverentia, et obedientia sacris Canonibus debita evidenter ostendunt, esse [denun]tiandi strictam, et gravem obligationem, servato tamen ordine correctionis evangelicae, nisi aliud exposcat qualitas delicti juxta dicta S. ant[ecedenti], hic dicamus primò de criminibus, quae sunt materia canonicae denuntiationis, et deinde de ijs, qui ad eam ecclesiastico judici deferenda tenentur.

§ 21. Quaeres itaque primò, quaenam sint ea delicta, in quibus praecipuè locum habet canonica denuntiatio?

Respondeo, ut praeteream ea, quae pertinent ad [impedi]menta Ordinis, et Matrimonij, quorum nempe ratione quis indignè ordinaretur, aut illegitimè Matrimonium contraheret materiam [prae]cipuam contineri in Decretis S. Inquisitionis, et praesertim in [Edi]cto Generalis S. Romanae Inquisitionis, unde singulam, et nominatim sumere debent reliquae Inquisitiones. Esto ergo Edictum Universale Supremae Romanae Inquisitionis editum die 10 Martij 1677. [quod] refero, et exscribo, prout extat apud D. Ferraris verb. Denuntiatio sub num. 1., et est sequens italicè exaratum.

Noi &c. per la misericordia di Dio, della S. Chiesa Romana Cardinali in tutta la Republica Christiana contro l'ere[ti]ca pravità Generali Inquisitori dalla Santa Sede Apostolica [spe]cialmente deputati.

Essendo à noi per la continua esperienza [ma]nifesto, che molti per malizia, altri per inobbedienza, ed altri per ignoranza non sodisfanno all'obligo, che hanno, di denunci[are] al Sant'Offizio li delitti spettanti ad esso, e che perciò sue[ce]dono grandissimi inconvenienti, ed errori, non solamente [contro] i buoni, e cristiani costumi, ma ancora contro la Fede Cat[to]lica. Noi pertanto à quali spezialmente tocca essere à mente la gloria di Dio, la conservazione, ed augumento della Fede Cat[to]lica, e la salute dell'anime; volendo provvedere à tanto disordine, con autorità Apostolica à Noi commessa, comandia[mo] in virtù di santa Ubbidienza, e sotto pena di scommunica latae sententiae, oltre l'altre pene prescritte da sacri canoni Constituzioni, e Bolle de' Sommi Pontefici, per tenore de' presenti Editti à tutte, e ciascuna Persona di qualunque stato, grado, condizione, ò dignità, così ecclesiastica, come secolare, che, in termine di un Mese, dieci de' quali per il primo, dieci per il secondo e dieci per il terzo termine, perentorio, si debbano riuelare, e giuridicamente notificare al S. Offizio, ovvero

ordinari; tutti, e ciascuno di quelli, de' quali sappiano, o abbiano avuto, o averanno notizia.

Che siano eretici, o sospetti, o diffamati di eresia, o credenti, fautori, o ricettatori, o difensori loro, o abbiano aderito, o aderiscano à Riti de' Giudei, o di Macometani, o de' Gentili; o abbiano apostatato dalla santa fede Cristiana.

Che abbiano fatti, o facciano atti, da' quali si possa argomentare patto espresso, o tacito col Demonio, esercitando incanti, magie sortilegii porgendoli suffumigii, incensi per trovar tesori, ed altri intenti, chiedendo da lui risposta, e invocandolo, ed à questo effetto promettergli obbedienza, e consacrargli pentacoli, libri, spade, specchi, o altre cose, nelle quali intervenga il nome, ed opera sua.

Che si siano ingeriti, o ingeriscano in far esperimenti di Negromanzia, e di qualsisia altra sorte di Magia con entrare nē circoli, far l'esperimento della caraffa, del crivello, per trovar i medesimi tesori, e cose nascoste, rubate o perdute, e far altre simili, e superstiziose azioni ed altri fini, massime con abuso de' Sacramenti, o di cose sagre, o benedette.

Che senza licenza dovuta ritenghino scritti, che contenghino eresia, o libri eretici, che trattino ex professo di Religione, o che gl'abbiano letti, o tenuti, o stampati, o fatti stampare; o li leggano, tengano, stampano, fanno stampare introducano, difendano sotto qualsivoglia pretesto, o colore.

Che abbiano Libri di Negromanzia, Magia, o contenenti incantesmi, sortilegi, e simili superstizioni, massime con abuso di cose sagre.

Chi contro il voto solenne fatto nella Professione in qualsivoglia Religione approvata, ò dopo aver preso l'Ordine sagro abbia contratto, ò contraga Matrimonio

Chi vivendo la prima Moglie, pigli la seconda, o chi vivendo il primo Marito pigli il secondo.

Che contro i Decreti, e Costituzioni Apostoliche abbiano abusato, o abusino il Sacramento della Penitenza, servendosi della confessione, e Confessionario à fini disonesti, sollecitando in essi i penitenti ad turpia, ed avendo con essi discorsi di cose illecite, e non convenienti al fine, per il quale è stato instituito.

Che abbiano proferito, o proferiscano bestemmie ereticali contro Dio, la Beatissima Vergine, e Santi, o procedino à qualche atto di offesa, e disprezzo contro l'immagini, o figure rappresentanti li medesimi.

Che abbiano tenuta, o tenghino occulta conventicola o radunanza in pregiudizio, disprezzo, o contro la Religione.

Che abbiano indotto qualche Cristiano ad abbracciare il Giudaismo, o altra setta contraria alla Fede Cattolica, o impedito i Giudei, o Turchi à battezzarsi.

Che non essendo Ordinati Sacerdoti s'abbiano con sacrilegio ardire usurpato o si usurpino di celebrare la Messa, ancorchè non abbiano proferito le parole

della consacrazione, o abbiano presonto di ministrare il Sacramento della Penitenza à Fedeli di Cristo, ancorche non si sia venuto all'atto dell'assoluzione.

In oltre si dichiara, che quelli, i quali non denunciarono, come si ordina col presente Editto, non possono essere da alcuno assoluti, se non dal S. Offizio, dopo che averanno in esso giuridicamente rivelato li Delinquenti, al che non si può sodisfare con bollettini, o lettere senza nome, e cognome delli Autori, o altri modi incerti, de' quali non si tiene conto alcuno nel Santo Tribunale.

Si dichiara anche, che con la suddetta espressione de' casi di sopra da Noi specificati da rivelarsi, non si escludono gli altri casi spettanti al S. Offizio, che per altro sono compresi nei Sacri Canoni, Constituzioni, e Bolle de' Sommi Pontefici, ne meno col presente Editto s'intende derogato all'altre provisioni Canoniche Apostoliche, ed agl'altri Editti degli Ordinarj, ed Inquisitori.

Ed à fine, che del presente Editto non si possa pretendere ignoranza, comandiamo, che sia affisso per li luoghi soliti di Roma, e si notifichi alli Vescovi delle Città vicine à Roma, nelle quali non sono Inquisitori, acciò lo pubblichino, ed ordinino, che li Parochi delle loro Diocesi lo leggano ogni anno la prima Domenica dell'Avvento, e la prima Domenica di Quaresima; il che parimente vogliamo, che si faccia dalli Parochi, e Regolari di Roma nelle loro Chiese in tempo che troverà in esse congregato il Popolo, e poi tenerne affissa alle porte delle loro Chiese, e sagrestie di esse un esemplare del medesimo per osservare quanto in esso si ordina. ... [illegible] S. Generalis Inquisitionis Decretum, cui accedendum esse Decretum nostrae particularis Inquisitionis emanatum anno 17[illegible] in quo sub poena excommunicationis S. Officio reservatae, praecipitur denunciatio criminum, de quibus in eo fit mentio, nullo determinato tempore pro termino denunciationis ad effectum excommunicationis incurrendae: Verum cum in tali Decreto praeter primum, quartum, octavum, nonum, et duodecim casum praefontando jam in generalis Inquisitionis Decreto non contineatur alius casus, quam de impedientibus Inquisitionis Officium, aut offendentibus ejus ministros, denunciatores, et testes causa, quae ad idem spectant officium, à referendo tali Edicto supersedeo, et eo maxime quod tale Decretum cuique facile obvium est, utpote [illegible] que januis sacristiarum affixum.

422. Praetereundum tamen non est, et alia esse delicta Inquisitoribus denuncianda praeter relata, ut in [illegible] in ipso Decreto S. Universalis Inquisitionis. Atque inter [illegible] quinto loco citato primo est delictum illorum, qui defendunt aut propugnant aliquam ex propositionibus à [illegible] damnatis, aut profitentur aliquam ex pravis propositionibus S. Officium spectantibus, quales dicit esse propositiones [illegible] sententias, de haeresi suspectas, haeresi proximas, [illegible] [illegible], Paganas, Atheas, Blasphemas, impias, [illegible] neas, errori proximas, errorem sapientes, vel erroris suspe[illegible]

Scandalosas, temerarias, seditiosas, male sonantes, piarum aurium offensivas, laxas, simplicium seductivas, injurias, fabulosas, et mendosas, Apocryphas, Antiquatas, improbabiles, quas deinde explicat idem Ferraris verbo Propositiones damnatae, a num. 22. usque ad 45. est crimen illorum confessariorum, qui non solum in actu Sacramentalis confessionis, sive ante, vel post immediate, vel occasione, vel praetextu sacramentalis confessionis, vel etiam extra occasionem confessionis in Confessionali, sive in alio loco ad confessiones audiendas destinato, aut electo, cum simulatione ibidem audiendi confessionem, aliquem poenitentem, quaecumque persona ea sit, sive mas, sive foemina, ad inhonesta, et turpia sollicitaverint, vel provocaverint sive verbis, sive signis, sive nutibus, sive tactu, sive per scripturam, aut tunc, aut post legendam, aut cum eis illicitos, et inhonestos sermones vel tractatus habuerint etiam pro alia persona, ut indicatum est in relato S. Inquisitionis universalis edicto, et statutum est in Constitutione. Universi Dominici Gregis &c. Gregorii XV, et in Constitutione: Sacramentum Poenitentiae &c. Benedicti XIV: verum etiam delictum illius Confessarii, qui suos poenitentes, quos noverit ut supra fuisse ad turpia sollicitatos, non monuerit de obligatione eos denunciandi Inquisitoribus, aut locorum Ordinariis, et a fortiori si tales Poenitentes docuerit non teneri denunciare tales Confessarios, ut in citata Constitut. Gregorii XV. §. 7. statutum est. His deinde delictis et annumerat maliciosam fractionem sigilli sacramentalis; et P. Dominicus Viva in expositione propositionis ordine 5: ab Alexandro VII. proscriptae addit denunciandos esse Inquisitoribus frangentes Jejunia, insordescentes in excommunicatione per annum, sine licentia comedentes carnes diebus vetitis, omittentes semel in anno sacramentalem Confessionem, et sacrae eucharistiae sumptionem. His autem diligenter notatis, ac memoriae mandatis

Quaeres 2do, cum, ut constat ex relato edicto S. Universalis Romanae Inquisitionis, ad deferendum seu denunciandum Inquisitori, aut Ordinariis locorum reos delictorum ibi commemoratorum teneantur omnes, et singulae Personae, sive mares sive foeminae, sive regulares, etiam Moniales, sive Saeculares quacumque dignitate sive ecclesiastica, sive saeculari, etiam regia polleant, et adeo teneantur etiam Religionum superiores, cuiuscumque Generales, etiam et ipsi Cardinales, Duces, Reges, ac Imperatores, quaeres unquam, an etiam teneantur ii, qui sibi, aut valde sanguine conjuncti, ut Pater, Mater, Avus, uxor, Filius, Frater, &c, aut alio valde connexione, ex denunciatione facienda prudenter timere aliquod grave damnum, ut mortis, aut abscissionis membri, famae, aut honoris, aut bonorum fortunae jacturam.

Respondeo cum recepta sententia contra nonnullos, in crimine haeresis formalis, et haereticum pariter formalis oportere denunciare Inquisitoribus, aut locorum Ordinariis quomodocumque etiam sanguine aut affinitate, aut alio titulo conjunctos; et proinde Pater tenetur denunciare Filium forte haereticum, licet in ipsum, itemque dic de Matre, Avo, uxore, Filio &c, quodcumque sentiat incommodum, et etiam periculum propriae vitae esset subeundum. Atque in finis suadetur ex illo Deuter. 13 = Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filius matris tuae, aut filius

tuus, vel filia, sive uxor, quae est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis ut animam tuam, clam dicens: eamus, et serviamus Diis alienis ... Non acquiescas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus, ut misereris, et occultes eum. Deuter. [illegible]. Nam bonum fidei et Religionis, utpote bonum commune praevalet bono etiam vitae cujuscumque privati, itaque, ut supra probatum est, praeferendum est ex ordine charitatis bono privato: Haeresis autem, [illegible] ut ait Apostolus, veluti cancer serpit, ex se, et nata sua [illegible] in damnum, et destructionem ipsius dnae Fidei, et Religionis, hinc sicuti Filius, teste Tullio lib. 3. Offic., tenetur indicare, ac denunciare Patrem suum perduellem, seu proditorem sui Regis, et Patriae, cum hoc bonum commune postulet; ita et bono Fidei, et Religionis postulante, filius tenetur denunciare Patrem haereticum, etsi tantum etiam non dogmatizaret, quia cum haeretici [illegible] artis subdolae, semper periculum est, ut venenum suum occultum communicent cum majori fidei praejudicio.

425. Neque his obstat primo, si dicas, certum est haereticum etiam fortis non teneatur denunciare seipsum, ut habetur ex ipso jure, nemo tenetur prodere seipsum, [illegible] detegere turpitudinem. Pater autem cum Filio, Maritus cum uxore, frater cum Fratre &c. una moraliter persona censentur, ergo &c. .... 2do. Filius utpote totum suum esse habens a Patre non [illegible] sit unquam obligari ad occidendum Patrem suum, aut aliam [illegible] modi praestandam actionem, ex qua praevideat mortem [illegible] tris secuturam, utpote cum hoc sit ita monstruosum, et horribile ut excedat ipsarum bestiarum immanitatem. atqui ex denunciatione facienda Patris haeretici, filius non raro praevidet, secuturam esse s. ejus [illegible], aut saltem ipsi aliquod gravissimum incommodum eventurum; ergo denunciare non tenetur [illegible] saltem cum tunc etiam ipsi filio gravissima impendant damna ut infamia, et bonorum sibi alias obventurorum confiscatio.... 3o ut plures Doctores tenent quos refert P. Lucius Ferraris [illegible] ratio, quibus et ipse assentitur, Pater non tenetur denunciare filium suum tantum suspectum de haeresi; quinimo [illegible] periculum gravis damni incurrendi in vita, bonis, et honore [illegible] omnes ab obligatione denunciandi, cum qui sciunt [illegible] de haeresi: Quod et verum [illegible] sollicitato expresse [illegible] idem Ferraris de Confessario sollicitante [illegible] turpia in sacramentali confessione, aut ejusdem occasione, vel in loco ad audiendas confessiones destinato, docet non Patrem, matrem, Fratrem, Sororem &c. denunciare [illegible] non teneri sicut neque teneri poenitentem, aut alios [illegible] ex denunciatione grave damnum ipsis immineret. neque quis tenetur denunciare Patrem, aut alium [illegible] sanguineum etiam similiter haereticum, aut etiam [illegible] ex denunciatione grave incommodum ipsi immineret [illegible] nam non minus, imo non raro magis perniciosi sunt [illegible] suspecti de haeresi quam sint [illegible] haeretici .... quo [illegible] Docet idem P. Ferraris loco citato, Haeresis criminis [illegible] particeps, sed causa est, cur [illegible] haeretici, [illegible] suum denunciare non tenetur; ergo neque Filius tenetur denunciare Patrem, aut matrem, aut filium &c. [illegible] cum tam in primo, quam 2do casu gravissimum damnum [illegible]

denuncianti..... 5to. Si Filius teneretur denunciare Patrem, aut alium suum consanguineum fortiter hæreticum, eum denunciare teneretur, nedum ubi ipse certo sciret, aut a viris omnino fide dignis audiret ipsum esse hæreticum formalem; verum etiam ubi id audiret a personis levibus; immo etiam ubi certo cognosceret, et reperiretur necessitas, et perfecte emendatum esse: nam omnibus ijs in casibus hæreticum formalem denunciandum esse docent quamplures Doctores, ut videre est apud profundatum Ferraris et apud P. Viva in expositione propositionis ordine 5. ab Alexandro VII. damnatæ; hoc autem non videtur dicendum de Filio respectu Patris, talis hæretici; ergo etc. Atque hinc optime fit, quod in locis ubi Catholici vel in eadem domo permixti vivunt hæreticis, nullum scrupulum faciant omittentes denunciare suos consanguineos, quos hæretica labe infectos noverint.

Responsio omissa, vel etiam concessa majori pro eo casu, quo quis tanquam reus juridice, et legitime a judice interrogatur, nego minorem. Nam licet fictione juris Pater, et Filius, Maritus, et uxor quoad aliqua una censeantur persona; falsum est quoad omnia, quia satis dicendum esset, uxorem teneri ex suis proprijs et specialibus bonis solvere debita mariti, vel etiam quod uxor omnino honesta, et fidelis per adulterium a marito suo patratum diffamaretur; cum ergo in his casibus fallat regula illa, et fallit in casu nostro, cum de facto ut supra dictum, ignominia unius non cadat in alterius damnum.

Ad 2dum negandum est, monstruosum et horribile esse, præstare actionem, ex qua mors Patris sequutura est, quando id necessarium est ad bonum commune, et præsertim Fidei et Religionis: immo hoc a Xto Domino Lucæ 14. præceptum est verbis illis: Qui non odit Patrem suum, et matrem ... adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus: et Matth. 10. Qui amat Patrem, aut Matrem plusquam me non est me dignus: Atque hinc cum crimen hæresis utpote semper veluti cancer sit contra bonum fidei, et religionis, non peccat filius contra jus naturale; quinimo illud perfecte exequitur, dum Patrem suum hæreticum accusans denunciat. Ex pro et patet ad id, quod subjungitur, cum quisque pro bono publico, et maxime fidei, et Religionis teneatur etiam propriam vitam exponere, ... Ceterum ubi filius Patrem suum hæreticum denunciare, evitaret omnes poenas filijs hæreticorum inflictas et ... et bonorum suorum conservationem confiscationem, ut communiter docent, et probant Doctores; et præsertim ex ... Federici Imperatoris ab Innocentio IV. approbato, per quos ... Imperator dictos filios ... a poenis in filios hæreticorum ... latis.

Ad 3tium quamplures Doctores negare quoad omnes casus ibi relatos: Atque talis doctrina ... est pro ijs casibus, in quibus prævideretur, ... hæresi suas ... doctrinas disseminaturum, aut confessarium sacrilegum ... sacramento iterum ... cum animarum pernicie, et subversionis periculo, cum tunc vere bonum fidei, et Religionis periclitaretur, pro periculo avertendo etiam vitam exponere tenemur. Ce-

tam si hæc non impraritate supponantur incommoda, quod in valde difficile est, disparitas[que] per se est manifesta, quia in hæresis suspicio nonita separat contra Religionem, sicut de facto usurpit ipsa hæresis. Quibus et addi pot, quod papæ contra hæreticos nullam fecerint mentionem de suspectis de hæresi; et ideo sicuti rigor pœnarum contra hæreticos non extenditur contra suspectos; ita rigor denunciandi hæreticum cum suo periculo gravis damni extendi non debet contra suspectos de hæresi, quales et sunt confessarij sollicitantes ad turpia in sacramentali confessione, aut quadam occasione.

429. Ad 4um P. Dominicus Viva, Felix Potes[tas] et quamplures alij negant aiõ. Hæcque sententia absolute tenenda videtur exemplo denunciationis faciendæ a sollicitata ad turpia a confessario in sacramentali confessione, vel ejus occasione, vel etiam extra confessionem, in loco tamen deputato ad confessiones audiendas, quæ, ut constat ex Constitut. Sacramentum Pœnitentiæ Benedicti XIV., denunciare debet confessarium sollicitantem, etsi ipsa consensum suum præstiterit; quamvis ipsa etiam hoc dicat, quod talis consensus prodendus esset confessario complice, ut docet laudatus P. Viva.

430. Ad 5um omitto majorem, quia saltem in casu, quo quis a levibus personis audivisset hunc, vel illum esse hæreticum, non convenit inter Doctores, an extet obligatio denunciandi; sed in utramque partem satis probabiliter disputatur. Deinde posita veritate majoris nego mm. Eadem enim ratio nempe boni publici exigit, ut etiam Pater, uxor, filius denuncietur.

431. Dico, quod additur, P. Lucius Ferraris, Navarro, et Bonacina, dicunt ita passim sentire Doctores, cedit, Catholicos non teneri denunciare Hæreticos in locis in quibus Hæretici permixti sunt cum Catholicis, et separati inquisitoribus, et Episcopis, quia, ut ipse ago, nemo obligatur ad onus inutile. ex quo et poterit desumi regula pro denunciatione facienda in alijs delictis.

432. Atque ex his, quæ dicta sunt de hæresi facile est solvere difficultatem, in qua generatim quæritur an quis exemptus sit ab obligatione faciendi denunciationem etiam contra Patrem suum, Matrem, uxorem, filium, fratrem, amicum &c, quando ex tali denunciatione metuit sibi, aut alijs sanguine, aut amicitia etiam valde conjunctis timet grave aliquod incommodum, et etiam vitæ moralis periculum; Admittenda nimirum non est illimitata ea sententia nonnullorum affirmantium non teneri, quia ut inquiunt, præcepta divina positiva, et humana non habent locum cum tanto incommodo; verum cum alijs plurimis distinguendum est, denunciando ad malum, quod denunciatione impeditur. Si enim malum, quod impeditur denunciatione, prævalet malo privato et bonum, quod inde sumitur ex sic bonum vitæ, famæ, et divitiarum privati, denunciatio facienda, quia bonum commune semper prævalere debet bono privato. Secus vero ubi malum inde privatum sit malum inde ex omissione. Sed jam sit

Caput ultimum

De vitiis Divinæ charitati directè oppositis.

Omnia peccata sive mortalia, sive venialia Divinæ charitati adversantur, mortale quidem, quatenus eam omnino destruit, veniale verò, quatenus ejusdem fervorem minuit, per se est manifestum. De vitiis autem, seu peccatis ita generaliter charitati oppositis hic dicturi non sumus; sed solum de iis, quæ ipsi directè, et immediatè opponuntur, quæ ex Angelico Præceptore 2.2 q. 34 sunt sequentia: et primum est Odium Dei, et proximi, quod ipsi dilectioni opponitur: 2dum Acidia, seu Acedia, quæ gaudio de bono divino contrariatur: 3tium Invidia, quæ adversatur gaudio de bono proximi: 4tum Discordia, quæ est contraria affectui charitatis. 5tum Contentio: 6tum Schisma: 7mum Bellum. 8tavum rixa, 9num seditio, quæ sunt contra pacem, quantum ad opus: et ultimum est scandalum, quod opponitur charitati, quantum ad beneficentiam. Quoniam verò de Acidia, ac Invidia, Discordia, et contentione dictum est in Tractatu de Peccatis Cap. ultimo, et de Schismate de Divina Fide §. ultimo à num. 660; non est, cur de iis hic agamus; sicuti neque tractabimus de Bello, rixa, et seditione, cum de iis dicamus de Homicidio loquentes. Unde restat, ut exponamus ea, quæ ad Odium Dei, et proximi, et ad scandalum spectant. Sit itaque

Articulus primus.

De odio Dei, et proximi.

793 Per quodlibet peccatum mortale Deum odio haberi, quatenus videlicet per illud homo avertitur ab ipso Deo tanquam suo ultimo fine, et convertitur ad creaturas recta cum ratione dici fit; sicuti et dici fit, odio haberi proximum per quodlibet peccatum, quo ipse ab alio præsertim graviter læditur sive in vita, sive in fama, aut honore, sive in fortunæ bonis. Sed de odio in tam ampla acceptione hic non agimus, cum non dicat specialem malitiam distinctam ab ea, quæ tali inest peccato. Dicimus ergo de odio, prout est actus specialis, quo perversa hominis voluntas sive Deum, sive proximum aversatur. Atque illud ita acceptum generatim sumptum definiri fit. Actus voluntatis, quo quis aliquem aversatur eidem volendo malum, quatenus ejus malum est. Et duplex est, abominationis unum, et inimicitiæ alterum. Odium abominationis est illud, quo quis alterum tanquam sibi contrarium aversatur desiderando, ut non sit. Odium verò inimicitiæ est illud, quo quis ex displicentia personæ ipsi repugnat, et exoptat aliquod malum, quatenus ejus malum est.

Itaque de odio erga Deum loquendo in particulari, quoniam juxta doctrinam Angelici Præceptoris loco superius citato A. 1. in c. Deus solum odio haberi fit, quatenus est prohibitor, et vindex peccatorum, illud generatim acceptum definiri fit Aversio à Deo, qua depravata voluntas illum detestatur et abominatur, in quantum est peccatorum prohibitor, et pœnarum inflictor. Specialiter autem consideratum, prout nempe est odium

abominationis, est illud, quo quis aversatur, et abominatur Deum tan-
quam sibi contrarium, optando, ut non esset. Prout vero est odium ini-
citiae est illud, quo ex aversione ab ipso Deo quis illi vellet, et opta-
ret aliquod malum, v.g. ut non possit prohibere peccata, et illa o-
mnis suppliciis punire. Ex quibus et patet, quid sit odium proxi-
mi tum generatim, tum speciatim acceptum, scilicet tum inimicitiae
tum abominationis; circa quod tamen advertendum est proprie odi-
um proximum dici non posse illum actum voluntatis, quo quis
aversatur hominem peccatorem, illique aliquod malum opta-
tat, non quatenus est homo ejusdem cum nobis naturae aeternae beatitudi-
nis capacis; sed quatenus est homo malus, et peccator, et prout
affectus qualitatibus; et non quatenus illud malum, quod illi opta-
mus, est illius malum, sed quatenus est medium ad bonum de
malo praeponderans vel necessarium, vel conducens, ut vel con-
ex supra dictis num. 152, et num. 247, et duobus sequentibus. His au-
tem explicatis Quaeres primo, an quodlibet odium sive ini-

435. citiae, sive abominationis erga Deum sit semper gravissimum
peccatum? Respondeo affirmative, quinimo, ut docet S. Tho.
loco citato A. 2. in c., est omnium peccatorum gravissimum, et tale
rum, ut non admittat levitatem materiae. Et primum quidem patet
ex eo, quod tale peccatum per se immediate, directe, et fortiter a-
vertit hominem ab ipso Deo, et directe opponitur actui charitatis
Dei, qui est actus omnium perfectissimus, sicuti et immediate contra-
rius ejusdem habitui omnium excellentissimo: quod tamen non pra-
estant cetera peccata. Secundum vero constat ex eo, quod vel levis-
simum malum velle, et desiderare Deo aut in ejus linea per accidens
sumpto perfectissimo est ipsi gravissimam injuriam, ubi sola vel ...
vel minima imperfectio in eum caderet, amplius non esset Deus
ideo gravissimum scelus semper erit, et speciatim in sacramen-
ti confessione patefaciendum, optare, ut Deus non sit, et ...
aliqua perfectione v.g. scientia, justitia, omnipotentia &c., aut ...
... de illa, item et gaudere de ipsius Dei offensa ut tali &c. ...
ti etiam clarissime constat ex ipsis divinis scripturis, gravissime
et illimitatis verbis tale horrendum crimen detestantibus, et no-
tatim Numer. 20. verbis his Surge Domine, et dissipentur ini-
mici tui, et fugiant, qui oderunt te, a facie tua.

436. Quaeres 2do, an pariter odium sive ini-
citiae, sive abominationis erga proximum sit grave peccatum?
Respondeo. odium tum inimicitiae, tum abomi-
nationis proximi proprie sumptum per se loquendo esse morta-
le peccatum. De eo enim dicitur 1. Joan. 3. Qui non diligit, manet in
morte. Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam
omnis homicida non habet vitam aeternam in semetipso ma-
nentem. Quod et ipse Deus ostendit, cum hoc peccatum graviter pro-
hibeat charitatem proximi inter omnia in scripturis sanctis sae-
pissime nobis commendatam.
Dixi tamen primo: Per se loquendo esse morta-

437. peccatum. Nam cum malum, quod proximo optari sit, leve aliquan-
do possit esse, item et aversio ab ipso proveniens possit ex ...
certa persona, aut etiam ex imperfecta deliberatione ...

neque peccata ita minuant, ut non sibi veniale sit, praedictum odium proximi aliquando tantum veniale peccatum est.

Dixi 2do: *Odium proprie sumptum* quia licet aversari proximum ex displicentia personae, seu quatenus est creatura atque beatitudinis capax, semper sit peccaminosum; malum tamen et peccatum non est, eum aversari, quatenus est homo malus seu pravis qualitatibus affectus, cum tunc non homo, sed ejus peccatum, et pravae qualitates odio habentur. Sicuti etiam quamvis semper peccat, qui malum spirituale suo proximo exoptat, vel etiam simpliciter malum temporale ipsi desiderat, quatenus ejus malum est, aut etiam ei desiderat non ut malum illius, sed praecise propter suum bonum proprium, aut alterius, quando hoc est minus bonum, quam malum proximi; nullo tamen modo peccaret, qui optaret, aut gauderet de malo temporali alterius, quando gaudium, et desiderium est non de malo illo, quatenus est malum proximi, sed est propter bonum vel proprium, vel alterius illi malo temporali proximi praeponderans, ut docet S. Thomas in 3tium Dist. 33. A. 1. ad 4tum, et nos fuse ostendimus in Tract. de *Peccatis* num. 332., et sequentibus.

Quaeres 3tio, an odium Dei specie differat ab odio proximi, ut proinde in sacramentali confessione sit specialiter satisfaciendum?

Respondeo affirmative, dummodo odium proximi non sit praeponderans in ordine, et cum respectu ad ipsum Deum. Nam licet tam odium Dei, tam proximi directe opponatur eidem numero virtuti divinae charitatis; modo tamen notabiliter, et moraliter diverso opponitur, cum odium Dei directe offendat divinam majestatem, odium vero proximi directe ipsam creaturam rationalem, et indirecte solum ipsum Deum, quatenus ejus praeceptum violatur: illi autem actus qui modo notabiliter, et moraliter diverso eidem etiam numero virtuti opponuntur, sunt peccata inter se specie distincta, ut dictum est in Tract. de *Peccatis* a num. 80; ergo cum atque adeo cum certum sit, peccata specie distincta specialiter in sacramentali confessione esse satisfacienda, planum est, odium Dei, et proximi tanquam duo distincta specie peccata, pariter esse manifestanda in sacramentali confessione.

Dixi tamen: *Dummodo odium proximi non sit praeponderans in ordine, et cum respectu ad ipsum Deum*: si quis enim odio haberet proximum, quatenus vel est creatura ipsius Dei, vel quatenus ad imaginem Dei est condita, et est atque beatitudinis capax, vel quatenus inservit ad Dei gloriam extrinsecam etc., tunc tale odium proximi esset ejusdem speciei cum odio ipsius Dei, utpote cum ratio motiva ad odium ipsius proximi esset ipse Deus, seu divina perfectio.

Quaeres 4to, an actus odii erga proximum sint ejusdem, aut diversae speciei moralis?

Respondeo, in utramque partem divisos esse Doctores. Pro his vero conciliandis inter se distinguendum est inter simplicem actum aversativum proximi conceptum ex displicentia personae, et inter actum aversativum proximi ut conjunctum cum desiderio mali ipsius proximi. Si enim odium consistat in simplici aversatione a persona proximi, pariter

considerandum est, unum odii actum erga proximum ab alio non differre nisi per ordinem ad graviorem, vel levem displicentiam personæ ipsius proximi, et per respectum ad qualitatem personæ, a qua avertitur. Quod addo, quia si persona, a qua quis avertitur, ex graviori quadam displicentia, speciali virtute colere, et prosequi deberemus, ut si esset Pater, aut mater, conjux, Filius, Prælatus &c.; tunc cum hujusmodi personas non solum ex charitatis motivo, verum etiam ex alia virtute amore prosequi debeamus, aversio simplex etiam talis erit peccatum ab actu, quo personas tali titulo nobis minime conjunctas aversamur, specie distinctum.

442. Quod si actus aversativus personæ proximi conjunctus erit cum desiderio mali ejusdem, tunc iterum distinguendum est, et advertendum an tale desiderium sit efficax, vel vero sit tantum inefficax? Si enim tale desiderium sit efficax, hoc est conjunctum cum intentione influendi in malum appetitum contra proximum, tunc conveniunt Doctores, unum actum odii specie differre ab alio per ordinem ad diversitatem moralem mali concupiti proximo; et proinde actus, quo quis aversatur suum inimicum ipsi efficaciter desiderando æternam damnationem specie differt ab actu aversativo, quo quis efficaciter desiderat alteri mortem temporalem; et hic ab eo actu aversativo, quo tantum alteri imprecatur infortunium in bonis temporalibus, fama, et honore. Nam in casu illa desideria respiciunt illa moraliter diversa tanquam suum objectum; et proinde cum actus suam bonitatem, aut malitiam ab objecto suo desumat, et malitia talium objectorum sit specifice diversa, specie differunt tales actus.

443. Si vero prædictus actus aversativus sit conjunctus tantum cum desiderio inefficaci, quod scilicet est sine ... ullo modo influendi in malum appetitum, tunc dissensio est inter Doctores, et quidem talis, ut saltem attenta illorum auctoritate sententia negans tales actus aversativos specie differre sit valde probabilis. Est nihilominus affirmativa sententia absolute in praxi tenenda est cum Suarez, Tamburin, Lelao, Roncaglia et aliis pluribus. Et sane quis dicat, desiderium deliberatum et inefficax fornicandi cum conjugata esse ejusdem speciei cum desiderio pariter inefficaci fornicandi cum soluta, et hoc cum desiderio fornicandi cum ligata voto castitatis &c.? sicut ergo in illis in casibus desiderium, licet inefficax, fornicandi esset multiplex specie peccatum, quia tendit in plura objecta specie diversa in materia luxuriæ; sic et specie diversus erit actus aversativus proximi conjunctus cum desiderio quamvis inefficaci, quo desideraretur æterna damnatio, ab actu aversativo, quo licet inefficaciter desideraretur alteri mors temporalis, aut amissio tantum fortunæ, famæ et honoris; sicuti ita tales specie differrent, si desiderium esset efficax, aut exterius prodiret. Ex odio Dei et proximi, quibus aliquando accedunt circa Maledictionem sit ergo

§ unicus. De Maledictione.

444. Maledictio generatim accepta est imprecatio, seu exoptatio mali alicui facta. Et hæc duplex est, formalis una, materialis altera. Formalis est, quando quis ex inordinato, et deliberato cordis affectu alteri exoptat aliquod malum, quod

illius malum est, aut si etiam non quoties illius malum, est sine justa causa, et auctoritate legitima. Quod diligenter notandum est, quia non est propriè maledictio, ubi quis absque ulla aversione ad personam ex fine bono praeponderante malo proximi ipsi inefficaciter desiderat aliquod malum ipsius, ut est malum necessarium, aut conducens ad majus bonum praeponderans similiter illi malo; quinimo etiam si efficaciter cuperet, ut inferretur tamen ab eo, qui illud inferendi habet legitimam potestatem, ut est judex, et Princeps, ut jam constat ex supradictis. Maledictio autem materialis est, quae non ex corde malum alteri desideratur, sed tantum ore profertur. His positis, quoniam quis per actus Maledictionis potest maledicere Deo, Sanctis, ac Beatis, et hominibus, item Diabolo, et Damnatis, et insuper creaturis irrationabilibus, et quoniam per se constat semper esse grave peccatum tum Deo, tum Sanctis, ac Beatis maledicere, utpote cum non solum opponatur charitati; verum etiam quamdam enormem speciem irreligiositatis importat, ubi cum perfecta deliberatione verbis fiat

45 Quaeres primò, an maledictio formalis in homines viatores sit mortale peccatum?

Respondeo, maledictionem formalem in homines viatores semper esse grave peccatum, nisi vel levitas mali desiderati, aut imperfectio actus excuset. Unde qui deliberatè alteri exoptat, ut Diabolus eum rapiat, ut mors ipsi contingat, de gravi peccat, nisi ex subita ira usum rationis impediente efficiat, ut per se manifestum est; quinimò peccatum hoc eò gravius erit, quo major est obligatio diligendi personam, cui malum imprecatur: sicque gravissimum erit peccatum, quo Patri, aut Matri, aut Infanti suo maledicit. Item et admixtum esse poterit cum alio peccato necessariò in confessione sacramentali patefaciendo, v.g. cum contumelia, ut si quis alteri in faciem maledicat, seu malum imprecetur, nam tunc non solum contra charitatem; sed etiam contra justitiam peccatur.

46 Quaeres 2dò, an maledictio purè materialis sit peccaminosa, et quale sit peccatum?

Respondeo, hujusmodi maledictionem per se loquendo esse peccatum veniale, ut docet Angelicus Doctor 2.2. q. 76. a. 3. in corp. dicens =: Contingit tamen, verbum maledictionis prolatum esse peccatum veniale, vel propter parvitatem mali, quod quis alteri maledicendo imprecatur; vel etiam propter affectum ejus, qui profert maledictionis verba, dum ex levi motu, vel ex ludo, aut ex surreptione aliqua talia verba profert, quia peccata verborum maximè ex affectu pensantur =: Atque hinc confessarius non statim ac audit poenitentem [illegible], se alteri maledixisse, eum tanquam reum peccati gravis condemnare debet, sed debet examinare non solum qualitatem damni desiderati, sed etiam animum maledicentis. Item et examinare debet, an scandalum, vel etiam contumelia intervenerit, cum hanc ratione jam augeri, jam minui culpam contingat.

447. Atque ex his facile est proferre judicium de maledictionibus a Parentibus in filios, a socijs in socios, ab amicis in amicos &c. prolatis ex subita ira, et indignatione, tales nimirum maledictiones per se esse peccata levia, cum non proferantur ex intentione nocendi, cujus signum est, quod calore irae sedato soleant poenitere, ac dolere, eo quod in talia eruperint. Quamvis tamen, ut notat P. Antoine, non raro sint peccata gravia praesertim in parentibus ratione scandali, cum pueri edocti exemplo parentum soleant sibi invicem, aut alijs audita mala imprecari, et non raro ex corde.

448. Quaeres 3tio, an maledicere Diabolo, vel damnatis sit, et quale peccatum? Respondeo, cum regulariter contingat, ut maledicens Diabolo, et damnatis ijs non maledicat, quatenus sunt creaturae ipsius Dei, vel ut ad ipsum relationem dicunt, sed solum prout sunt inimici ipsius Dei, et auctores malorum non esse mortale peccatum illis maledicere; immo ab impetu impatientiae abstrahendo nec esse veniale, ut docet Giribaldus, Tamburinus cum alijs satis communiter. Ita enim considerati sunt subjectum odij, et abominationis nostrae. Itaque doctrina infirmatur illo Ecclesiast. 21. Dum maledicit impius Diabolum maledicit ipse animam suam. Nam, ut respondet Angelicus Doctor citata quaest. 76. A. 1. ad 2um, cum Diabolo non sit maledicendum secundum naturam ejus, sed solum secundum culpam, ideo dum impius maledicit Diabolo, seipsum simili ratione dignum judicat maledictione: hocque in sensu Apostolus ad Rom. 2. dixit: in quo judicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis quae judicas.

449. Quaeres ultimo, an maledicere creaturis irrationabilibus, ut animalibus, Arboribus, ventis, pluvijs, &c. sit et quale peccatum? Respondeo, duobus in casibus esse peccatum equidem grave creaturis etiam irrationabilibus maledicere. 1mo cum quis eis maledicit, prout sunt instrumentum, quo Deus ad nos puniendos utitur, quia tunc indignatio est contra Deum, qui est eorum auctor: 2do quando quis eis maledicit, et ut pertinent, quatenus sunt bona nostri proximi; et adeo cum proposito animo illi nocendi, quia in casu est desiderare malum contra proximum, et quidem contra rectam rationem. Quibus addo tertio mortale peccatum maledicere diei, et horae, qua Parentes eum genuerunt, si id fiat ex indignatione contra Parentes cum id graviter repugnet reverentiae et observantiae ipsis debitae. Sin autem quis creaturis irrationabilibus secundum se spectatis maledicat et absque ullo animo, et intentione, et conatu alijs nocendi, tunc non erit mortale peccatum, sed veniale tantum ratione impatientiae. Quod patet ex eo, quod eos nobis liceat [illegible], ubi nullius dominio sunt subjecti. Quinimo nullum erit peccatum illis maledicere, seclusa pravo animi affectu, ubi maledicuntur, prout nobis aut alijs fuerint occasio peccandi, aut magnarum calamitatum, ut patet exemplo Job, qui hac de causa maledixit diei nativitatis suae, et David, qui maledixit montibus Gelboe. Ex his autem sit

Articulus secundus.
De Scandalo.

Scandali nomen bifariam usurpari solet. Et primo late, seu improprie, prout nempe est actio, sive peccaminosa, sive non peccaminosa, ex qua in populo excitatur rumor quidam, et admiratio: et hoc dicitur scandalum vulgare, quatenus vulgus admirationem sumit de alterius actione, quasi tanquam aliena a statu, et dignitate illius, a quo fit. Atque hujusmodi fuit scandalum ex verbis Christi acceptum a Pharisaeis, de quibus Matth. 15. dicitur: Pharisaei audito verbo hoc, scandalizati sunt: admirationem scilicet sumpserunt, et rumorem excitarunt obloquentes de ipso Christo. Atque de scandalo ita accepto hic non sumus disputaturi.

Secundo scandalum sumitur proprie, et in sensu rigoroso theologico, et tunc vel accipitur pro ipso peccato, ad quod aliquis inducitur ex alterius actione mala, vel mali speciem praeseferente, et tunc dicitur scandalum passivum, seu acceptum; vel vero accipitur pro opere, seu omissione alicujus, ex qua alter movetur, et inducitur ad peccandum. Atque scandalum hoc cum S. Thoma 2. 2. q. 43. art. 1. in c. recte definitur: Dictum, vel factum minus rectum, praebens alteri, seu proximo occasionem ruinae spiritualis. Et in primis dicitur Dictum, vel factum, quo nomine et omissio intelligitur, quia externa actio, et cognita hominis operatio, non autem mere interna, et omnino occulta, potest alterum ad peccandum movere, et excitare. Dicitur 2do minus rectum: et haec duo significantia, et primo quod ad scandalum activum non semper est necessarium ut actio, vel omissio, ex qua alius ad peccandum inducitur, sit in se, et secundum se peccaminosa, sed sufficit, quod speciem mali habeat, juxta illud Apostoli 1. ad Thessal. 5: Ab omni specie mala cavete vos: et juxta Trident. Sess. 25. Cap. 14. de Reformat. sub gravissimis poenis decernens, ne clerici sive in domo, sive extra alat concubinas, aut alias mulieres suspectas, etsi contingat, ut cum ipsis non peccet, nec adsit peccandi periculum. 2do quia ad peccatum scandali activi necessario requiritur, quod opus scandalizans sit in se malum, vel saltem mali speciem, et apparentiam habeat; Unde quando tale opus nec est in se malum, neque mali speciem habet, ut contingebat in Christi Domini, et Apostolorum aliorumque sanctorum actionibus, illud tamen non sit dici alios scandalizare, etsi inde alii occasionem ruinae spiritualis desumant. Uti neque ille dicitur, ubi ex genere operis sui talis apparentia mali reddit, ista causa. Dicitur 3tio: Praebens alteri, seu proximo occasionem ruinae spiritualis: quia licet semper sit scandalum ubi opus directe alium movet ad peccandum, v.g. compellit, suadet, aut alio positivo modo ipsum ad peccatum excitare procurat, etsi contingat, illum non peccare, ut vel constat ex illo Christi Matth. 16 licet impeccabilis Petro sibi suadenti ut a morte abstineret dicentis: Vade post me Satana, scandalum es mihi: etiam ubi opus positivo modo alium ad peccatum movere non satagit, et procurat, sed simpliciter opus malum, aut mali speciem praeseferens facit, non communiter dici scandalizare, etsi de facto sequatur ruina spiri-

malis proximi, vel probabiliter timeatur secutura, ut testa[ntur] Sinibaldo, et Palao communiter tradunt Doctores cum S. Thoma loco citato.

452. Atque ex his inferunt Doctores primo, non peccare peccato scandali, qui die Veneris coram aliis manducat carnes, ostendendo legitimam manducandi causam, et permissionem ab ecclesia factam, aut etiam non peccare Parochum legitime impeditum die festo sacrum celebrare omittentem, aut pro suis bonis juribus conservandis justam altari litem intentantem, ubi Populo alias scandalizando justam causam sui operandi reddit, etsi futuri sint aliqui, qui nihilominus sumpturi sunt occasionem suae ruinae spiritualis. Tunc enim si qui sunt qui scandalizantur, ex sua propria malitia, et non ex aliena actione scandalizantur; et ideo tunc non est scandalum datum sed pure acceptum.

Inferunt 2do, plures coram aliis peccantes

453. non raro a peccato scandali excusari, vel quia videntes sunt ita stabiles in bono, ut nullo modo peccatis visis commoveantur ad peccandum movere, vel e contra ita sunt deperditi, ut aliorum peccatum nihil eos immutat. Tunc enim nullo modo dici fit, quod peccantes illi sint aliis occasio peccandi. Quod et tenendum est ut notat Sinibaldus cum pluribus aliis, etsi tunc admiratio aliqua, et rumor in videntibus sit excitandus, quia videlicet sola admiratio et rumor, suspicio, et judicium de peccato proximi non est peccatum, ubi quis praefat sufficiens fundamentum de illo, et consequens non est causa ruinae spiritualis proximi.

Neque obstat huic doctrinae si dicas, ex-

454. sequi, non peccaturum ~~peccato scandali~~ comedentem carnes ex gula die Veneris: aut etiam sacerdotem Religiosum frequenter invisentem Mulierem suspectam, utpote cum ex illis actionibus in videntibus potius excitatur horror, et detestatio, seu admiratio concupiscentiae, et libertatis deperditae. Nam facinus est, iis ducibus in capitibus, aut similibus plerumque [illegible]tam non dare aliquibus occasionem ruinae spiritualis, [illegible]bandi scilicet vel in illud peccatum, quod tanta licentia [illegible] videant, aut in aliud, V.g. non cum tanta cautela vivendi aut Religionem, religiosasque personas contemnandi. [illegible] praecipue verum est de peccatis illorum, qui Deo sacrati sunt, ut constat ex his, quae [illegible] Hom. 17. in Evan. [illegible] dicit: Nullum puto, fratres charissimi, ab aliis majus praejudicium, quam a Sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit, quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus.

455. Scandalum activum itaque [illegible] dividitur in directum, et in indirectum. Scandalum directum est [illegible] per se, et per se moraliter influens in peccatum [illegible] ut contingeret cum quis positive hortatur, consulit, mandat [illegible] aut approbare [illegible] aut alio modo cooperatur alieno peccato. [illegible] et tunc cum alium ad peccatum positive movet [illegible] ruinam spiritualem, [illegible] est, et [illegible] illud dicitur directum, et formale; quod tamen est in hominibus in Daemonibus communiter et ideo dicitur scandalum diabolicum: 2do cum quis ponendo [illegible]

alium ad peccatum trahere, et inducere conatur, intendendo videlicet in alio actionem peccaminosam cognitam; non tamen ut est inductiva ruinae spiritualis ejusdem, seu quatenus est illius ruina spiritualis; sed solum quatenus ea actio peccaminosa est sibi utilis, jucunda aut delectabilis. Et exemplum est in sollicitante feminam ad fornicationem, non quidem ea intentione, ut ejusdem mortem spiritualem velit, sed ut de ea exoptatam libidinosam habeat satisfactionem. Et tunc scandalum dicitur simpliciter directum.

456 Scandalum indirectum est actio peccaminosa, aut mali speciem praeseferens, ex qua praevidetur secutura ruina spiritualis proximi, quamvis ea positive non intendatur proximi peccatum, neque ponatur cum intentione illius. Et hujusmodi [illegible] est omne peccatum publicum, seu coram aliis patratum, ex quo praevidetur aliis sumptura occasionem aliquam peccandi. Et scandalum hoc aliud est per se, et aliud per accidens. Scandalum indirectum per se est actio ex natura sua, aut ex circumstantiis talis, ut per se multum alliciat, et moveat [illegible] ad peccandum, uti contingeret, ubi quis coram aliis libidinose tangeret, aut oscularetur, aut [illegible] cum sua uxore; scandalum autem indirectum per accidens tale est actio vel non mala, neque speciem mali habens, vel si mala est, facta tamen est cum tali circumspectione, ut aliis non valeat innotescere, ut si in occulto loco [illegible] [illegible] videatur.

457 Neque hic praetereunda est divisio scandali [illegible], quod dicitur Pharisaeum, et in scandalum, quod dicitur pusillorum, seu infirmorum. Scandalum Pharisaicum est peccatum illorum, qui ex actione et ex se, et circumstantiis, ab [illegible] licita, et honesta per suam malitiam peccandi occasionem desumunt, sicuti faciebant Pharisaei ex sanctissimis Christi actionibus, et miraculis occasionem [illegible] peccantes: ex quo tale scandalum nomen accepit. Et [illegible] nulla habenda est ratio, quinimo est contemnendum exemplo Christi, et Apostolorum, aliorumque Sanctorum. Scandalum vero pusillorum seu infirmorum est peccatum illorum, qui non ex malitia, sed vel ex ignorantia, vel ex propria infirmitate seu fragilitate ex alienis actionibus quandoque etiam non malis peccandi occasionem accipiunt. Hoc scandalum [illegible] ut infra dicemus. His autem ita explicatis sit

§. I. De qualitate peccati scandali.

458 Doctores de genere peccati scandali [illegible] inquirere solent, an scandalum activum sit speciale peccatum, an videlicet suam malitiam desumat ab aliquo peccato, ut [illegible] [illegible]; verum etiam a speciali virtute charitatis, quae [illegible] mandatum est de proximo suo; et deinde an scandalizans proximum suum debeat in confessione [illegible] condemnari reus nedum peccati, aut [illegible] ejusdem speciei cum ijs, quae scandalizatus committit, verum etiam specialis peccati contra divinam [illegible]; denique an ipse scandalizans debeat confiteri, se nedum [illegible] scandalizasse; sed etiam genus peccati, [illegible]

proximum induxit? Atque circa hanc difficultatem licet communiter conveniant Doctores, scandalum directum, et per se simul et aequaliter peccatum specialiter directe charitati oppositum, et multiplicem iniquitatem partire qua in peccato, aut peccatis, ad quae proximus inducitur, et per eadem sollicitandi viam ad ruinam ex intentione ejusdem in spiritualibus, quatenus id illi intellectum est, nedum complicari, verum etiam ... , atque mulier inducitur; verum etiam speciem peccati contra charitatem, quia nempe charitati specialiter opponitur directe velle, et procurare ruinam spiritualem proximi ... tum sit est inter ipsos circa scandalum simpliciter directum et eo magis circa scandalum indirectum: de quo triplex circumfertur Doctorum sententia. Prima est Caietani, Suarez, Sanchez, Bonacinae,
459. Hurtadi, et aliorum apud Tamburinum, quae docet, tale scandalum, nempe simpliciter directum, et indirectum non importare specialem malitiam contra charitatem; sed reduci ad illud genus peccati, ad quod proximus inducitur. Altera est omni ... Navarri, Tamburini, et aliorum, quae distinguit inter scandalum directum, et indirectum, ac docet, scandalum etiam simpliciter directum esse et contra charitatem, et contra eam virtutem, contra quam pugnat peccatum, ad quod proximus inducitur; scandalum vero indirectum esse quidem contra charitatem; non autem contra virtutem, aut virtutes, quas scandalizatus violat. Unde in sacramentali confessione opus non esse explicare qualitatem peccati, ad quod proximus inductus fuit, sed sufficiat simpliciter dicere: Dedi scandalo gravi, aut levi proximo meo. Tertia autem, quam propugnat P. De Lugo, Palaus, Antoine, et quamplures alii, tenet, per scandalum sive directum, sive indirectum violari nedum virtutem charitatis, verum etiam eam virtutem, ad quam laedendam proximus inducitur; et proinde scandalizans in sacramentali confessione teneri patefacere qualitatem peccati proximi sive directe, sive indirecte a se scandalizati. Et ita his sit.
460. Resp. Nedum directe, verum etiam tam indirecte scandalizans proximum suum pro qualitate culpae, ... vel mortaliter, vel venialiter peccat non contra ... ... contra illas, vel illas virtutes, ad quas violandas ... inducitur, et proinde speciem peccati, ad quod proximus inducitur, in sacramentali confessione est patefacienda. Atque in primis quod contra proximi charitatem peccat, constat ex Apostolo Rom. 14, ubi cum ostendisset, ... esse ... in veteri lege jam tunc abrogata ..., ... subjungit, a tali usu abstinendum ... ... scandalizandi inquietus: Si enim propter ... frater tuus contristatur: jam non secundum charitatem ambulas. ... Idem et repetit I. Corinth. 8 dicens, manducantes ... ... aliorum ... peccare in fratres, et percutere ... infirmam ... scandalizans proximum suum, et in casibus illis ... charitatem peccat, a fortiori peccabit, qui ... scandalizat. Et sane si est contra proximi charitatem ... non ..., et non impedire, ne in ... 462. 463

cum id commodè praestare possimus, quomodo non erit contra charitatem cum vel consilio, vel exemplo ad peccandum inducimus et proinde, ut scandalum sit contra charitatem, requiri non requiritur, ut ejus spiritualis ruina directè intendatur, uti, ut dixi in Tract. de Actib. Humanis Part. 2. cap. 1. à num. 174. ad contrahendam malitiam alicujus actionis non requiritur, ut ea sit directè volita, sed sufficit, quod sit indirectè voluntaria. Quapropter sicut homicidium quis occidens, sicut in ecclesia sacrilegium patrat, missa contra Religionem peccat, etsi ejus sacri violationem non intendat; ita et peccabit in casu nostro proximum scandalizans, etsi ejus ruinam spiritualem minimè non intendat.

461 Altera autem pars suadetur ex eo, quod quis censetur sufficienter velle quoad imputabilitatem effectum malum, quem praevidet secuturum ex actione à se absque justa causa posita, etsi illum directè non intendat et velit: In casu autem nostro sive scandalum sit directum, sive sit indirectum, est actio absque justa causa posita, ex qua peccatum proximi secuturum praevidetur; atque adeò sicuti verè legem violat non solum, qui voluntariè omittit opus praeceptum, quod lex urget; verum etiam qui scienter ponit actionem, ex qua nascitur et sequitur violatio legis, si id praestat absque justa causa, et quamvis etiam minimè expressè intendat legis transgressionem; ita etiam reus esset peccati contra castitatem non solum, qui suis consilio, aut suasione induceret mulierem ad peccatum fornicandi; verum etiam, qui ex suis inhonestis actionibus praevidet futurum, ut mulier esset fornicatura, etsi intentionem talem non intenderet fornicationem. Deinde quaelibet virtus non solum prohibet actus sibi contrarios, verum etiam prohibet, ne alicui detur occasio inducendi ad peccandum contra illam, cum sine tali occasionem praebens esset vera causa moralis, cur proximus contra eam peccaret: atqui scandalum sive directum, sive indirectum est vera occasio, et quidem positivo modo inducens ad virtutis violationem, ut patet; ergo &c.

462. Dixi tamen in propositione: Vel mortaliter, vel venialiter peccat quia quamvis scandalum per se et ex genere suo sit mortale peccatum, ut constat ex illo Xti Matth. 18. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris. Vae mundo à scandalis: est tamen innegabile illud esse posse veniale peccatum non solum ob imperfectionem actus, sed etiam ob levitatem, quod proximus ex actione mala alteri ad veniale peccatum tantum induci possit.

463 Dices tamen contra: Omnes moralistae passim, ut communissimè docent Theologi, non est speciale peccatum charitati proprie oppositum in sensu directè proximi spiritualis ruina intendatur, sed in vitia divagatur, ita ut modò participat malitiam, v. g. modo fornicationis, modo intemperantiae &c., pro qualitate materiae peccati, quod committitur à peccante: ergo neque scandalum activum est speciale peccatum contra charitatem

proximi, nisi quando directe intenditur ruina spiritualis ejusdem. Scandalum siquidem passivum, et activum habent duo correlativa ... 2do. Ad exercendum actum charitatis, beneficentiae ac misericordiae erga proximum, non sufficit simpliciter ei procurare bonum, atque ab eo avertere malum imminens; sed requiritur, ut bonum ei procuretur, quatenus illi bonum est, et malum avertatur, quatenus ejus malum est; ergo et ad hoc ut ruina causata proximo sit contra charitatis virtutem, opus est ut illa intendatur, quatenus eidem mala est, et adeo sicuti qui praecise suo bono exemplo alium movet ad virtutis actum non fit dici exercere actum illius specialis virtutis; ita nec qui suo malo exemplo movet &c ..... 3tio. Si quis sua mala actione moveat alium V.G. ad fornicandum sine directa intentione ruinae spiritualis ejusdem, peccaret tum contra castitatem contra charitatem, gravius certe peccaret taliter movens ad peccandum, quam qui simpliciter fornicaretur, ut hic tantum contra unam castitatis virtutem peccaret: hoc autem dici [illegible] quit; ergo &c, ut certe praxis non sit in [illegible] Doctoris [illegible] in Sacramentali confessione, et dicere se contra charitatem peccasse.

464: Respondeo, in primis falsum esse, scandalum passivum non esse contra charitatem propriam, etsi sui spiritualis ruina directe non intendatur. Dicitur enim Eccl. 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam et hinc pene nostri [illegible] sentiunt. Ceterum scandalum passivum non dicitur speciale peccatum contra charitatem propriam, sed nec omnino videtur vocari, quia ruina spiritualis [illegible] est conditio mere generalis omnium peccatorum praesertim mortalium, quae contrahitur per [illegible] singulorum mortalium quatenus ea omnia sunt contra charitatem sui ipsius; contra vero ruina spiritualis proximi non est generalis circumstantia seu conditio omnium peccatorum, sed est peculiaris quidam constituens specialem speciem peccati scandali, sive intenta directe, sive indirecte sit volita.

465: ..... Ad 2dum Disparitatem inter utrumque illum assignavimus in Tract. de Actib. Humanis loco suo [illegible], ubi ostendimus, actum hunc desumere malitiam ex objecto, et [illegible], etsi ea tantum sit indirecte volita, [illegible] vero non desumere, nisi ea sit directe volita et intenta. Inferior [illegible] species est [illegible], concedendum quidem est, non exercere actum formalem charitatis et beneficentiae, aut misericordiae erga proximum, qui licet [illegible] [illegible] proximo, [illegible] beneficium. [illegible] non [illegible] [illegible], quatenus est bonum proximo, quia ad actum [illegible] [illegible] est, ut [illegible] [illegible] motivo [illegible] charitatis, [illegible] est, beneficium proximo [illegible] [illegible] obligat ei succurrere [illegible] exercere actum [illegible] [illegible] obligationi [illegible] charitatis, ergo actum illum non [illegible] ex intentione succurrendi proximo [illegible] est [illegible]. Sicuti licet, ubi quis ponit opus [illegible] [illegible] atque [illegible] monachus, quatenus [illegible] [illegible] [illegible], non exercet actum formalem obedientiae [illegible] [illegible] conformem praecepto sui [illegible]; ita ergo in [illegible] [illegible] [illegible], qui suo malo exemplo [illegible] [illegible]

peccatum, non peccat actu formaliter, et directe opposito dictae charitati; praeterea non ponit actum directe oppositum actui formali amoris charitatis. Falsum autem est, non peccare contra praeceptum, et obligationem dictae charitatis. Quod sufficit, ut quis dicatur peccare contra charitatem; sicuti contra obligationem obedientiae debitae Patri omittens opus sibi praeceptum a Patre, vere dicitur peccare contra praeceptum Patris.

466\. Illud, quod subjungitur, probat nimis. Sicut enim per sua virtuosa exempla alios movens ad bonum operandum etiam per adversarios non potest dici specialem virtutis actum ab aliis eliciendum formaliter exercere, etsi exercere intendat bonum proximi; ita neque dici possit contra charitatem proximi peccare, qui alios movet ad peccandum cum directa intentione illorum ruinae spiritualis. Unde tale argumentum non urget.

467\. Ad 3tium quaerendum est ab adversario, an hic: gravius peccaret: ita sumat, ut dicat, scandalizantem tunc peccaturum contra plures virtutes, quam ipsum simpliciter fornicantem? et hoc verissimum est: an vero ita accipiat, ut dicat, scandalizantem gravius peccaturum intra lineam castitatis? et hoc falsum est, cum fornicatio opere consummata gravius peccatum sit ipso consilio, aut inductione sola ad illam.

468\. Dices contra 2dam partem. Quamvis quaelibet virtus, puta castitas, me obliget ne proximum inducam ad ejus violationem; non tamen me obligat ut debeam removere omnem occasionem, qua ipse proximus indecenter praevidetur ad peccandum contra illam; sed tantum charitas ad id obligat, quia socius omittens corrigere juvenem, quem paratum videt ad fornicandum, contra castitatem peccaret, etsi ad corrigendum non teneretur ex officio, ubi sua correctio praevidetur profutura: Atqui suo pravo exemplo alium scandalizans absque intentione ruinae spiritualis ejusdem, illi simpliciter dat occasionem v.g. fornicandi; ergo etc. Quod vero confirmari potest ex eo, quod qui suo pravo exemplo induxit alium ad furandum non tenetur restituere pro damno ab aliis illato, ut communiter advertunt Doctores: in oppositum autem sententia certe teneretur, cum virtutem justitiae violaret; ergo etc.

469\. Respondeo, virtutem v.g. castitatis non obligare quidem saltem sub gravi ad removendas eas occasiones, quae positivo modo non habent inducere alios ad eam violandam, et adeo sunt causae negativae [illegible] ad peccatum inde secutum. Falsum autem est, non obligare ~~ad removendas~~ eas occasiones, quae positivo modo habent inducere ad peccandum contra illam; hujusmodi autem sunt actiones, sive omissiones scandalum praebentes, cum hae sint in causa cur alii ad peccatum determinentur. Per quod jam patet ad omissionem fraternae correctionis, utpote cum haec non sit inductiva ad peccatum, ad quod corripiendus est determinabitur, sed ipsa ea habet tanquam non removens, causa quaedam negativa ad alterius peccatum.

470. Ad confirmationem, quae unicè procedere pot de scandalo indirecto, quia si scandalum esset directum, si nimirum quis mandato, consilio, suasione &c alium ad furandum induxisset, restituendi obligationem proul dubio contraxisset, ad confirmationem inquam, omissa majori, nego minorem, et quidem, ut advertunt Salmanticenses cum aliis, etiam pro casu, quo quis in animo suo alienum damnum intendisset. Ratio autem est, quia ad contrahendam obligationem restitutionis, ut notant P. Sanchez, Salmanticenses, D. de Ligorio, et satis communiter docent alii, non sufficit esse quomodocumque causam alieni damni, sed requiritur, ut male operans sit ita causa [illegible], ut ejusdem actio vere, et de se influat in damnum aut saltem, quod ex contractu, aut officio teneatur illud impedire, et non impediat. Quod non accidit in casu de scandalo tantum indirecto, ut per se meditanti patet. Minus vero urget, quod additur, quia talis malitia per se cognita est confessario ex ipsa confessione actionis malae quatenus scandalosae.

471. Atque ex his facile est solvere nonnulla dubia huc spectantia, et primo in sacramentali confessione necessario patefaciendam esse speciem, vel species peccatorum, ad quae sua actione, aut omissione scandalosa alium induxit, quia sua mala actio, aut omissio de tali malitia participat, ut dictum est. Verum etiam explicandum esse numerum, et qualitatem personarum, quibus scandalum datum fuit, ut docent disertis Filliucius, Sanchez, Laymann, Bonacina, Vazquez, Palaus, Diana et alii quamplures contra alios, inter quos est Giribaldus pro se citans Fagundum, Leandrum, Tamburinum, et Antonium a Spiritu Sancto. Ratio est, quia ex Trid.° Sess. 14 Cap. 5 in sacramentali confessione patefacienda sunt omnia, et singula peccata, quorum post diligens examen recordatur, tum quoad speciem, tum quoad numerum, tum quoad circumstantias speciem peccati mutantes. Porro in primis, ut probavimus in Tract. De Peccatis Cap. 3. A. 2. a num. 99, peccatum tendens in plura objecta totalia est multiplex numero peccatum pro numero talium objectorum, et quilibet homo ad peccandum inductus est objectum secundum se totale. Item ratio personarum inductarum ad peccandum pot interdum esse circumstantia mutans speciem peccati in illis, ut patet pro eo casu quo quis suo malo exemplo in re luxuriae scandalizasset Virginem voto castitatis Deo sacratam, et mulierem conjugatam; ergo &c. Neque hinc impossibilis redditur confessio sacramentalis, neque fit, ut [illegible] dat carnificina conscientiarum. Nam scandalosus non tenetur patefacere nisi eum numerum, et qualitatem personarum, [illegible], quorum post diligens examen recordatur.

472. Secundo patet qui alium directe scandalizavit, seu praebens, consilio, suasione, aut alio positivo modo alium ad peccatum induxit hanc inductionis circumstantiam in sacramentali confessione manifestare debere, ut docent Sanchez, Palaus, Salmanticenses, Diana, et alii apud D. de Ligorio, contra et alii contra alios. Unde qui v.g. induxit socium ad secum furandum, mulierem ad secum fornicandum &c, non solum tenetur in sacramentali confessione declarare, se cum socio furatum esse, cum muliere conjugata copulam habuisse &c. sed insuper

mare debet, se tanti mali promotorem, et instigatorem fuisse. Hoc que: praeterquamquod constet ex eo, quod scandalum activum à passivo specie distinguitur, suadetur ex hoc, quod ipsa inductio positiva alterius ad peccatum est reipsa peccaminosa, et à confessario non intelligitur ex nuda, et simplici enarratione furti v.g. facti cum socio, ex copula habita cum muliere &c, ut meditanti patet, cum utrumque: salvatur, sive talis poenitens fuerit inducens, sive inductus. Ita autem peccatum in confessione patefieri debet, ut tota ejus malitia cognoscatur: ergo &c. cum et in morali hominum judicio sit longè diversum inducere, et induci ad peccaminosam actionem. Quod et dici debet pro casu, quo persona inducta ad peccandum, v.g. mulier sollicitata ad fornicationem fuisset ad eam parata. Nam licèt talis persona, v.g. mulier illa sit in actuali voluntate peccandi, certè tamen sibi infert majorem spiritualem, et quidem longè graviorem operâ complendo illud particulare peccatum fornicationis, cujus verè causa esset illam inducens ad eocum fornicandum.

473. Neque dicas, principium esse apud theologos, quod cum plura opera mala respiciunt unum actum, tunc unicum peccatum constituunt, etiamsi per se seorsim viswm unumquodque illorum operum suam propriam malitiam completam haberet. Inductio autem respicit fornicationem tanquam suum complementum, et non aliter quidem, quàm verba turpia, oscula et tactus respiciunt copulam; ergo sicuti explicata copula in sacramentali confessione opus non est patefacere etiam verba turpia, oscula, et tactus; ita neque opus est explicare inductionem ad fornicationem; et eò magis, quod si poenitens est vir, confessarius statim intelligit, ipsum fuisse sollicitatorem, et si est mulier, ipsam fuisse sollicitatam.

474. Respondeo, principium illud non esse verum nisi loquendo de ijs malis operibus, quae sunt actus incompleti, et de se non habentes completam malitiam; et adeò sunt veluti dispositiones, et inchoationes actus principalis non habentes de se completam malitiam. Inductio autem ad fornicationem v.g., aut ad furtum, aut ad aliud peccatum utpote oppositum charitati habet completam malitiam distinctam à malitia fornicationis, ut patet; ergo &c. Atque hinc patet disparitas ad verba turpia, oscula, et tactus copulam praecedentes, quia nempe tales actus sunt veluti tot dispositiones, et inchoationes ad ipsam copulam, et non habent specialem completam malitiam distinctam ab ipsa copula. Praeterea, aliud est, quod sicuti explicata copula sufficienter declarantur et verba turpia, oscula, et tactus ad ipsam praecedentes; ita et declaratur inductio, ut patet ex supra dictis. Caeterum etsi, cum regulariter contingat, virum sollicitare mulierem, confessarius audiens poenitentem accusantem se de fornicatione, suspicaretur etiam ipsum fuisse sollicitatorem, etsi de hac circumstantia se non accuset, et per hoc fortè, ut notat Sanchez, Palaus, Coninch, et alii, opus non sit, ut ipsam circumstantiam inductionis patefaciat; hoc tamen contingit per accidens; non autem per se, vitaliciat, quod non desit obligatio talem circumstantiam patefaciendi.

475. His pro complemento addi debet solutio difficultatis, in qua quaeritur de qualitate peccati illius, qui aliud ad veniale aliquod committendum inducit, an videlicet iste aliquando saltem mortaliter peccat.

Respondeo, Doctores convenire, solum veniale peccatum, qui alium sive directe, sive indirecte [illegible] movet ad veniale peccatum, directe, et expresse ejusdem ruinam spiritualem non intendendo, quatenus illius mali est: contra vero graviter peccaturum, ubi inducens ad veniale illud id ex odio Dei praestaret, aut etiam ex gravi odio proximi scandalizati faceret; aut etiam pro casu, quo ex tali peccato levi praevideretur futurum, ut ad illud inductus deinde capiat occasionem prolabendi in grave peccatum. Itaque vel per se patet, quia nempe in primo casu nihil est vel ex parte objecti vel ex parte finis, vel ex circumstantiis; unde malitia gravis repetatur in scandalizantis actionem: Quod tamen est in aliis casibus, utpote cum odium Dei semper sit grave peccatum, sicuti et odium grave proximi, nec non actio inducens periculum proximum gravis ruinae vel in se, vel in proximo, ubi praesertim nulla adest justa causa eam faciendi, sicuti in [illegible] accidit.

476. Extra hos autem, aut similes casus satis recepta sententia cum S. Thoma 2. 2. q. 43. a. 4. in c. de scandalo directo et per se sic concludente: si vero intendat inducere proximum ad peccandum venialiter per actum peccati venialis, est peccatum veniale: satis, inquam, recepta sententia tenet, etiam scandalum directum, et forte fore peccatum tantum veniale, quia actus scandalizandi in casu nostro non sit peccatum grave nisi ratione intentionis mali, quae intenditur in alio ruinae spiritualis, quatenus ejusdem malum est: ex hac autem intentione, utpote cum sit intentio mali secundum se, ac in suo genere levis, consequens non sit malitia gravis; sicuti consurgere non potest ex intentione, qua malum leve temporale alteri optaveris etiam quatenus ejus malum esset; atque Deus . . .

477. Sententiam tamen ita illimitate pronuntiatam limitat P. Lacroix hic lib. 2. num. 235. cum [illegible] pro casu, quo persona inducta esset valde perfectioni dedita et proinde docet, si quis tentaret inducere talem personam ad mendacium etiam leve ex directa intentione Dei [illegible] de tale damnum spirituale, graviter peccaturum; hocque tum quia veniale deliberatum respectu talis personae censetur grave damnum spirituale, eo quod in illud labi non soleat, et per illud dejiciatur de excellenti statu perfectionis, in quo erat; tum quia agerina [illegible] ita vi dolo, aut alio modo se adduci ad peccatum illud veniale deliberatum. Atque hinc juxta eosdem Doctores supra relata sententia etiamsi communiter recepta admittenda videtur in ijs tantum personis, quae vix sese perfectionis non sunt addictae.

478. Neque Lectoris dictis obest, si dicas, peccatum veniale esse gravius malum quocumque [illegible] temporali, atque adeo dubitem esse, utrum purgatorii grave

non certè gravis poenae temporali: causare autem grave damnum temporale proximo, sicuti et ipsi inferre gravem poenam temporalem, quatenus illi malam, est mortale peccatum; ergo &c. Neque praescindi potest ex eo, quod in praxi proximus induci non potest in veniale ex directa intentione illius ruinae spiritualis, nisi ex odio, et displicentia personae; et adeo cum odium, et displicentia personae utpote directe opposita charitati, ac misericordiae, semper sit peccatum mortale, talis inductio semper erit peccatum grave. Respondeo; objectum argumentum nimis pro-

475 bare, ut sequeretur, non solum graviter peccaturum, qui directe, sed etiam, qui indirecte tantum alium induceret ad veniale peccatum; quinimo et graviter peccaturum, qui vel leve mendacium faceret, utpote cum tunc faciat malum gravius quocunque malo temporali, et se conjiciat in statu luendi poenam in Purgatorio. Atque hinc gravitas, vel levitas peccati non est desumenda, et taxanda ex gravitate mali spiritualis aut poenae Purgatorii comparate ad malum temporalem, aut poenas hujus mundi, ut secundum hanc comparationem vel levissimum damnum spirituale, aut Purgatorii poena, etsi tantum ad horam, excedat quodcunque temporale damnum, et poenam corporalem hujus vitae; sed res secundum se consideranda est, et videndum, an in suo genere et ordine sit gravis, aut levis. Quod si fiat, facile invenietur, veniale peccatum esse leve in genere damnorum spiritualium, sicuti et levem esse poenam purgatorii respectu poenarum quibus Deus in altera vita punit ipsos peccatores. Caeterum loquendo de poena Purgatorii, haec immediate, et proxime non correspondet peccato veniali facto, sed illi facto, et non expiato; qualiter expiare facile est peccanti. Id vero, quod additur, non urget; cum displicentia personae proximi non sit semper mortale peccatum. Sed jam sit

§. 2. De petente, aut cooperante ad alienum peccatum.

476 Hic investigabimus, an peccet peccato veniali, qui petit ab alio actionem, quam praevidet, ab ipso non faciendam sine peccato, aut etiam tali actioni solum cooperatur subministrando media, exhibendo consilium, aut vires, seu facultatem praestando? Atque circa primam difficultatem quidquid sit, an liceat conditionate ab alio petere actionem de se malam, ut esset medium necessarium, et unicum ad malum majus praecavendum, de quo infra dicemus; illud certum est apud omnes Doctores, nunquam licitum esse ab alio absolute petere talem actionem, nempe ab intrinseco suo malam, quae proinde sine peccato praestari non possit; quinimo certum est, ita petentem reum fieri ejusdem speciei peccati, quae est peccatum, quod petitur, etiamsi is, a quo petitur, alias esset paratus ad tale patrandum peccatum. Unde qui petens v. g. a Petro, ut falsum juraret, maleficium maleficio tolleret, occideret, fornicaretur &c., reus fieret perjurii, maleficii &c., cum de facto verum esset, quod vellet, et procuraret peccatum Petri: quare

dici ultus solum esse ne, an petens talem actionem etiam reus fiat pec-
cati specialis scandali, peccaret scilicet etiam contra charitatem; et
quod facile constat ex dictis num 472. de circumstantia inductio-
nis. Hinc dubium totum versatur circa petitionem actionis secun-
dum se indifferentis, quae scilicet ab alio et bene, et male praesta-
ri potest. Atque circa hoc de Lugo, Cajetanus, Alex.
477. Ledesma, et alij apud S. de Ligorio hic Lib. 2. Tract. 3. Cap. 2. num. 6
docent, graviter non peccaturum talem actionem ab alio petentem,
etsi justa petendi causa non adsit, dummodo alienum peccatum
nullo modo intendatur. Contra vero communior sententia, quam una
S. de Ligorio amplectitur, distinguens inter casum, quo justa, et
rationabilis causa talem ab alio petendi actionem adest, et inter
casum, quo talis causa non adest, docet in primo casu id licere
illicitum vero in secundo; et ita quidem, ut petens tunc peccaret
non solum contra virtutem contra quam est alius peccaturus; verum etiam
contra charitatem, et quidem etiam in eo casu, quo ille, a quo petitur,
ex sua mala voluntate ad talem actionem cum peccato faciendam
esset paratus. Atque primae partis ratio est, quia sicuti justa interve-
niente causa licet facere actionem secundum se indifferentem, etsi
alius ex sua malitia praevideatur abusurus, praesertim ubi ponitur
absque intentione peccati alieni, et absque periculo proximo com-
placentiae in illud: ita et certe justa interveniente causa eam ab a-
lio petere licet, etsi ex sua malitia abusurus praevideatur, ut con-
stat ex D. Thoma post magistrum suum Augustinum 2. 2. q. 78. a. 4. qui inde de pe-
tente mutuum ab usurario sic concludendo: Licet ab eo, qui hoc pa-
ratus est facere, et usuras exercet, mutuum accipere sub usuris
propter aliquod bonum, quod est subventio suae necessitatis vel
alterius: ergo &c. Secundae vero partis ratio est, quia ex charita-
tis praecepto quo mandatur unicuique de proximo suo, ubi com-
mode possumus, tenemur, vitare spiritualem alterius impedire
sicuti etiam qualibet virtus exigit, ne actionibus inutilibus inter-
ponimus, ut alij ad illam violandam inducantur: quod fieret in casu
nostro; ergo &c. Neque pro opposita sententia valet dicere, et
478. juxta nostra principia exposita in Tract. de Actib. Humanis [illegible]
2 cap. 3. a num 217 actus externus non augeat malitiam actus
interni, et proinde quod petens mutuum ab usurario sine ex-
tra necessitate dare cuicumque sub usura non sit causa augendae
malitiae, praesertim ubi alij sunt aeque petituri, etsi ipse non
petat. Non enim, quamvis juxta nobis probabiliorem sententiam actus
externus per se non augeat malitiam actus interni; auget tamen
per accidens, nempe ratione durationis, aut intensionis et
majoris complacentiae in actionem malam, ac proinde qui
mutuum sub usura petit, petens est saltem causa accidentalis
malitiae. Neque deinde urget, quod in casu alij sint etiam
absque justa causa petituri. Non enim licet alios in operari
criminoso praevenire; secus quis posset hinc et nunc [illegible]
tro aquam, quam in crastinum alius est [illegible].
479. Ex his autem facile est solvere non
nulla dubia hic tractanda, quae examinare solent Doctores
qui nempe occasionem sit de petente a Lege, aut Malo [illegible]

maleficium tollat, à Parocho indigno ministraturo, ut sibi conferat Sacramentum, ab usurario, ut sibi det mutuum, à juraturo per falsos Deos, ut juramentum præstet, à violaturo jejunium, ut sanum capiat &c., Dicendum [illegible] est, nulla justa, ac rationabili causa interveniente, eam petitionem [illegible] posse cohonestari, et eã à culpa immunem; contrà verò licitam esse, ubi tales actiones licitè præstari possunt, et justa, ac rationabilis causa intervenit, ut puta si maleficium sine alio maleficio, aliove peccato tolli posse, et maleficiatus, aut alius, cujus interest, talis maleficij solutionem alio modo commodè procurare non sit, puta per ecclesiæ exorcismos. aut Parochianus in Parochia communicaturus, aut alio tempore in peccato mortali existens commodè non possit differre confessionem, et aliud adire confessarium probum existimatum: aut mutuum petenti, aut alii gravis necessitas imminet: aut juramentum exigenti aliàs grave damnum impendeat: aut amici advocatio ad caput est necessaria ad aliquod grave malum impediendum, aut alia similis gravis causa in promptu adesset. Sed hæc fusius ex mox dicendis patebunt. Sit itaque

Secundæ Difficultatis solutio.

480 Ad alienum peccatum, ut dixi, is dicitur cooperari, qui vel ministrat mediũ, quo alius ad peccandum alicujus juvatur, v.g. dat ensem parato occidere, vinum vendit se inebriaturo, carnes dat die vigiliæ comesturo &c.; vel exhibet objectum ipsum peccati, v.g. concubinam domino invenit, latentem inimicum ostendit &c., vel præstat vires, et offert operã ad peccati executionem, ut si adjuvat juvenem ascendere per fenestras ad virginẽ stuprandam, scalã [illegible] applicat ad furandum, portas infringendo aperiat &c. ex quo patet, cooperationem ad alienum peccatum importare actum positivum, quo quis influat, et dat alteri occasionem vel ad peccatum, vel executionem peccati, ad discrimen simplicis permissionis, quæ omittitur actus, quo obstaculum alicui alieno peccato poneretur. Quod diligenter notandum, quia multò gravior causa requiritur ad licitã cooperationem, quàm ad permissionem alterius peccati, ut vel constat ex eo, quod quis ne ad vitandam quidem mortem sit innocentem occidere, ad certè vitandam permittere sit ut occidatur.

481 Cooperatio autem ad alienum peccatum duplex est, formalis una, materialis altera. Quæ distinctio in præsenti prorsus oculis semper habenda est, quia, ut unanimiter docent Theologi, et ipse ostendi in Tract. de Actib. Humanis Part. 1. Cap. 2. Art. 2. à num. 37, cooperatio formalis semper mala est; materialis autem omni vacat culpa. Quare solum restat videre, qualis nostra cooperatio formalis sit dicenda. Tunc autem certum est, nostram cooperationem alieno peccato formalem esse, [illegible] quando nostra operatio ex se, et ab intrinseco suo mala est, ut dat alteri suadere fornicationem, virginem seducere, blasphemiam aut perjurium [illegible], aut imperare &c. Ista enim nequidem ob mortem vitandam unquam licita esse sit. Unde tota difficultas est circa actiones [illegible] in [illegible] malum [illegible] in casibus, et vero quando quis ponit actionem aliquam, qua alter ad peccandum abusurus prævidetur, et quidem eo animo, ut [illegible] ponit ut ipse [illegible], ut evenit [illegible]

prævisio se inebriandi virum ministrans ea intentione, ut se inebriet. secundus est, quando tali actioni exclusa intentione quis non habens justam, et rationabilem causam, subiret non subiturus grave aliquod incommodum ex omissione, omni actionem aliquam in circumstantiis, in qui, prævidet, eum ex ea sumpturum occasionem, v.g. avaritiæ, ut cum quis joco adorarit alienam ad bibendum, usque dum valet, etsi prævideat, se inebriaturum. Quare circa actiones indifferentes seu dubitandi, quando quis habeat, vel non habeat justam causam eas ponendi, subituri scilicet est aliquod grave incommodum a peccato excusari, et efficiens cooperationem materialem.

482. Pro hoc autem dignoscendo distinguere oportet inter actiones secundum se indifferentes remote tantum influentes in alienum peccatum, et inter eas, quæ proxime, et immediate influunt: sicuti et opus est distinguere inter peccata, quæ sunt contra legem divinam simul, et naturalem, et inter peccata, quæ tantum sunt contra legem aliquam mere positivam, sive divinam, sive humanam. Nam si prædicta actio habeat proxime, et immediate influere in peccatum proximi, illudque sit contra legem naturalem, tunc valde probabile est; imo juxta Cardenas, Viva, M. Milante, La Croix, aliosque plures probabilius est, nullo modo licite eam ponere, etiam ob ipsa subeunda esset, præsertim nisi tale mortis periculum, aut aliud simile afferret, adest circumstantiam, sub qua lege naturali prohibitum non est facere actionem, quam alius tunc occasione nostræ actionis facturus prævidetur. Hocque videtur non obscure colligi ex propositione ordine 51. inter damnatas ab Innocentio XI quæ est hujus tenoris = Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandam virginem et multoties eidem subservit deferendo scalam, aperiendo januam aut quid simile cooperando non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a Domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur =. Et ratio videtur esse, quia actio proxime influens in actionem lege naturali vetitam videtur ipsa lege naturali talem actionem prohibente vetita; et proinde neque ad ipsam mortem vitandam liceat ponere talem actionem scilicet proxime influentem in opus lege naturali vetitum, præsertim nisi [illegible]

483. Elegantes in primis notanda sunt verba de [illegible], imo probabilius: quia, licet Doctores in [illegible] cooperationem alieno peccato concurrere nonnunquam, quod actio nostra proxime influat in actionem peccaminosam [illegible], sed insuper volunt, quod concurrat ad malitiam [illegible], atque in eam influat, et nequeat esse sine [illegible] [illegible] Suarez D. [illegible] Lugo [illegible] Tract. 3 [illegible] 2. [illegible] 4 [illegible] num. 63. dicens, ea melius in aliis explicari cooperationem formalem. Atque pro hac sententia videtur stare factum Naaman Syri, qui jam non [illegible], etc., ut habetur 4. Reg. 5. impetravit nedum templum Remmon in domino suo [illegible], verum etiam genuflecteret ante idolum, ut Dominum adjuvaret, [illegible] odorare volebat [illegible] interim [illegible] ab intus suo sine mala [illegible] [illegible] [illegible] gravis incommodi, et [illegible] [illegible] se inebriatio.

[illegible] notanda sunt illa verba: præsertim nisi tale mortis periculum aut aliud simile afferret adest circumstantiam [illegible], quia [illegible] necessitas [illegible] [illegible] ut ex naturalis [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] alicui, ac tunc omnino necessariis [illegible] ad mortem [illegible], [illegible], ut [illegible]

quod quinimò licitè operetur; ita saltem probabilius dici fit, quòd, si casus
esset, ut à fure intentaretur mors certò secutura. Latro, nisi ipse velles
tu eo pergere ad furandum rem praefatam non valde pretiosam, aō hinc
inveniat circumstantia, quae efficiat, ut tunc lex naturalis, et divina de non
furando non obliget ad desistendum à cooperatione, quia videlicet
rei furandae dominus non sit tā rationabiliter invitus, utpote cum sit ju-
xta charitatis praeceptum ponere sua bona temporalia pro amando
proximo constituto in certo mortis corporalis periculo; adeòque latro
784 tunc adjuvando furem saltem probabilius non peccaret.

Tertiò notanda sunt verba illa: *illudque sit con-
tra legem naturalem*: quia si alienum peccatum sit tantum contra legem mere
positivam sive divinam, sive humanam, nostraque actio non influat in ma-
lam voluntatem alterius, ut esset ei suadere, consulere, aut alicere ad legis
violationem, tunc dicendum videtur, actionem nostram etsi proximè
influentem in alienum peccatum, fore à culpa immunem, quando abest
contemptus quidem, et ex omissione vel periculo mortis, periculum, aut ali-
ud grave incommodum temporale incurreret, sub quo ipsa lex merè
positiva non habet obligare. Tunc enim talis lex suā non urget
obligationem. Pro quo tu rectius intelligendo leges dicta in Tract. de
legibus cap. 4. Art. 5. § 51. et num. 208. Atque hinc damnandus non esset
famulus, qui die festo cum domino suo minitante mortem, vel verbera, aut
alia similia mala laboraret, aut die vigiliae cibos pararet prohibitos
aut etiam comederet; dummodo id non fieret in contemptum fidei,
Religionis, aut Ecclesiae, talem abstinentiam praecipientis.

Quartò tandem notanda sunt verba illa:
Si praedicta actio habeat proximam, et immediatam influentiam: quia
etsi justa, et rationabilis causa requiratur etiam pro licitè ponendis
actionibus remotè tantum influentibus in alienum peccatum; ea tamen
non debet necessariò esse ita gravis, seu incommodum, et damnum sub-
eundum ex omissione nostrae actionis non debet esse ita magnum, ac
illud, quod requiritur pro cohonestandis actionibus nostris proxi-
mè influentibus in alienam culpam, ut per se manifestum est.
Interim tu relegas doctrinam traditam in Tract. de Actib. humanis
loco supra citato, ex quo melius etiam comprehendes, quandonam
nostra cooperatio dicenda sit moralis. Pro cujus majori explicatione
785 -tione, placet subnectere nonnulla dubia huc spectantia.

Quaeres itaque primò, an mulieres se or-
nantes, ac virorum conspectui se conspicuandas offerentes, rea sint
scandali, ubi se ab aliis turpiter amandas praeviderunt?

Re. hoc in re, licèt multum periculosa sit,
tamen redarguentes alios peccati, ubi non est, vel habentes la-
xantes, uti hic saepe maximè opus est, prout traditur in Tract. de Le-
gibus cap. ult. Art. 3. num. 445; distinguendum est inter ornatum, et orna-
tum. Aliae enim sunt mulieres se quidem ornantes, attamen decenter
et juxta statum, conditionem suam, ac maritum facultatem vires. Aliae
verò sunt, quae quidem superfluè se ornant; adhuc tamen intra rati-
onis modestiae limites. Aliae tandem sunt, quae nedum super-
fluè se ornant, verùm etiam in ornamentis immodestiam mani-
festant. Deinde adnotandum est, mulieres se utcumque ornan-
tes, ac se conspicuandas offerentes viris non tamen animo, et
intentione ipsis placendi, ac impurum ignem in ipsis accenden-
di semper graviter peccaturos, quia jam finis intentus,
à quo actus humanus suam speciem desumit, iniquus est, at

peccaturas. Contra vero mulieres se ornantes juxta xtianam decentiam ex recta intentione, ut nempe viris suis placeant, aut ut suæ famæ decori prospiciant, atque alijs sic ornatas se conspiciendas offerunt, nullo modo peccare, dum nullum prudens dubium suspicandi habent, quod ab alijs sic visæ turpiter amandæ sint, quia tunc nihil est aut ex parte objecti, aut ex parte finis, aut ex circumstantijs, atque malitia in tales actus possit reperiri. Atque hinc difficultas soluta est pro eo casu, quo mulier prævidet se turpiter ab alijs amandam, si se illis offerat conspiciendam, aut superfluis indumentis se ornet, vestes immodestiam præseferentes adhibeat. Atque pro hinc

485. Dico primo, mulieres se decenter ornantes juxta statum, et conditionem suam, ac honorem suorum virorum, seclusa animo libidinoso, et habita justa, et rationabili causa nullo modo peccare, dum alijs se conspiciendas offerunt, etsi sciant, se ab alijs libidinose amandas. Ratio est manifesta, quia ex justa, et rationabili causa licitum est ponere actionem secundum se licitam, et honestam, aut aliam secundum se indifferentem, seclusa tamen prava intentione, aut periculo proximo consentiendi in alienum peccatum, etsi alter prævideatur ex tali actione sumpturus occasionem peccandi. Quæ hic in casu nostro contingunt.

Hinc difficultas solum est in assignanda justa causa pro tunc excusante. Hæc autem, ut communiter fatentur Doctores, esset, ubi prædictæ mulieres domo exeunt, ut ad ecclesiam pergant pro sacro audiendo, vel sacramentis suscipiendis, ut negotia necessaria, aut valde utilia peragant, ut vicinos, et cognatos, aut amicos invisant, ne tanquam inurbanæ habeantur, aut alias ut animum relaxent, et se in perpetuam domicilii non conjiciant, ad fenestras etiam quando se ostendunt, quia videretur nimis durum, et molestum ijs esset, perpetuo domi, veluti in carcere clausas, se semper continere. Ad ergo dicta, mulieres omnino cavere debent in istis, aut similibus casibus, esse, ne vanitate, aut otiositate ductæ se ipsas amatoribus offerant conspiciendas; vel saltem eo tempore, quo commode exitum a domo differre possent, per aliam viam, ubi non prævideatur futurus eorum amator, incedant, ad aliam ecclesiam pergant, aliud officium adeant, in qua commode, et æque utiliter manere possent, quia tunc ipsæ aliter peccarent contra charitatem, quæ unicuique mandatur de proximo suo.

487. Dico secundo, quod quamvis mulieres superflue se ornantes gravis culpæ damnari non possint ex eo, quod superflue se ornent; mortaliter tamen peccarent, ubi ratione talis ornatus prævideant se ab alijs turpiter amandas. Ratio prima est, quia talis ornatus cum istorum non sit nisi vanitatis, quæ omni alio præciso tantum veniale peccatum est. Ratio vero secunda est, quia charitas sub gravi obligat ad dimittendam actionem, quam sine gravi incommodo dimittere possumus, quando ex ea prævidetur, aut prudenter timetur proximus inducendus in aliquod grave, et mortale peccatum. Ornatus autem superfluus atque gravi incommodo a mulieribus dimitti potest, præsertim exemplo ceterarum prudentium, et honestarum mulierum; quinimo est ex obligatione dimittendus, ut sic prave se ornatus; ergo etc.

488. Neque dicas. Si vera essent hactenus dicta, gravis culpæ damnanda esset puella formosa, vel etiam ...

ad sui oblectamentum, cum vix fieri possit, ut ab aliquo saltem otioso turpiter non ametur: quod dicendum non videtur, cum tali puellæ nimis durum foret se domi continere; ergo &c. Quinimo neque videtur damnanda etsi ornata procedat, ut alienos in se oculos rapiat exemplo Judith, quæ, ut legitur cap. 10., non solum cum pompa ornavit se; verum etiam, ut habetur cap. 9., ad Holofernem petiit, ut ejus amore ipsa caperetur, ut patet ex verbis illis: capiatur laqueo oculorum suorum in me: ergo &c.

489 Respondeo, quod quamvis talis puella non frequenter, sed raro vel in civitate deambulare ad honestam animi recreationem non sit condemnanda, dummodo vestibus modestiam præseferentibus ornata incedat, ejusque incessus sit gravis, et compositus, et non petulans, etsi forte inde fieret, ut lascivi sint, qui eam cupide aspiciant, et impura concipiant desideria; damnanda tamen est, ubi ejus exitus erit frequens, impertinens, et otiosus. Neque ab hoc abstinere secundum rectam rationem durum, et molestum reputari debet mulieribus, quarum munus est domui invigilare, rebusque domesticis adesse, ac providere.

490 Exemplum autem Judith non urget. Nam in primis, ut citato cap. 10. legitur, omnis compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat. Deinde talis fortis femina ex justissima, æqueque gravissima causa id præstitit, ex causa nempe consulendi toti suo Populo ab Holoferne nimis dure vexato, et ad angustias redacto: tandem et Deum non oravit, ut Holofernes ejus impuro arderet amore, sed casto, et puro, aut etiam conjugali, ut videlicet eam in conjugem habere desideraret, ut cum SS. Patribus et interpretibus exponit Cornelius A Lapide. In quo certe nihil mali erat, etsi per accidens futurum esset, ut ipse Holofernes etiam impuro amore arsurus fuisset. Atque hinc tale exemplum ad rem non est.

491 Dico 3tio, Mulieres utentes vestibus, ac ornamentis immodestiam præseferentibus, ac taliter indutas se a viris conspiciendas offerentes gravissimi peccati scandali reos censendos esse. Nam, ut utar verbis Catechismi R., omnino Part. 3. de sexto Decalogi præcepto sub num. 11, elegantior (mulierum) ornatus, quo oculorum sensus valde excitatur, occasionem libidini non parvam sæpe præbet, ideoque Ecclesiasticus monet (cap. 9). Averte faciem tuam a muliere compta. Manebit ergo procul dubio luxuriosum ornatum indecentem, qui sit contra modestiam christianam, et proinde gravissime peccabunt mulieres, ut ita dicam, meretricio more se ornantes, ac se in medium virorum conspectui se offerentes. Sed jam ipsa experientia satis res comperta est. Quare confessarii, et animarum pastores hujusmodi mulieribus ac quibuscumque se superflue ornantibus inculcent illud 1. Petri 3. Mulierum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: item illud Apostoli 1 Timot. 2: Volo ... mulieres in habitu ornato, cum verecundia, et sobrietate ornantes se, et non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa.

492 Si res ita est, quid ergo dicendum erit de Mulieribus ad sui ornatum nudata pectora, et ubera ostendentibus, aut quæ per tenue velum conspicienda exhibentibus?

Respondeo, hoc in re passim convenire Doctores, sensu eius prava intentione, graviter peccaturas eas mulieres, quæ talem morem detestandum introducerent, aut prorsus abolitum restituerent, aut jam jam in desuetudinem abiturum suo exemplo fovent renovare. Innegabile enim est, ut nimium lugenda probat experientia, aspectum mulieris taliter immodeste compositæ, præsertim non attritis viris quantumvis castis, ac dño gratiâ roboratis vehemens incentivum, et magnum stimulum ad luxuriam, et libidinem esse. Unde difficultas est de mulieribus id præstantibus ijs in locis ubi talis consuetudo, seu ut melius dicam, pessimus abusus introductus est, et viget. Atque in hoc casu vel ij Doctores, qui eum morem à gravi culpa excusare conantur, fatentur, grave peccatum scandali esse, ubi talis denudatio esset valdè immodesta, nempe usque ad omnimodam patentem mamillarum ostensionem. Talis enim denudatio valdè ad lasciviam aspicientes provocat; Hancque præsertim denudationem tanquam peccaminosam meritò modis omnibus insectati sunt SS. Patres, inter quos sufficiat afferre S. Antoninum non jam per exagerationem loquentem, sed in rigore sermonis, qui Part. 2. Tit. 4. Cap. 5. hæc habet. Si enim de usu Patriæ est, ut mulieres deferant vestes vestes collum scissas usque ad ostensionem mamillarum, ut in partibus Rheni, valdè turpis, et impudicus est talis usus; et ideò non servandus. Hinc quod majus dubium facere fit, est an colli, et pectoris denudatio, sed non usque ad omnimodam patentem mamillarum ostensionem in mulieribus tanquam quid graviter inordinatum, et scandalosum debeat judicari, etiam in locis, ubi talis mos viget, ubi viris non suis ita compositæ se offerunt conspiciendas.

443. Atque in hoc difficultatis puncto in utramque partem sentiunt Doctores. Salmanticenses quidem hic Tract. 21. Cap. 8. Pun. 5. §. 2. num. 62. cum Cajetano, Navarro, Sanchez, Azorio, Laymann, Bonacina, et alijs, quibus et esse notum Tamburino Lib. 2. Tract. 3. Cap. 2. Dub. 5. R. 2. num. 53. cum alijs, talem denudationem à gravi culpa excusant. Contra verò Natalis Alexander, Roncaglia, Elizalde, Pignatelli, La-Croix, Concina, et quamplures alij morem illum graviter insectantur, atque propterea mulieres gravissimi scandali reas condemnant. Hancque sententiam in praxi sequendam censeo, atque hoc validissimo medio probari fit. Certum enim est, reum esse gravissimi peccati scandali contra castitatem, qui commodè omittere fit actionem, quæ grande incentivum, et vehementem stimulum ad luxuriam præbet: patet hoc per se: Atqui mulieres collum, et pectus, etsi non usque ad omnimodam patentem mamillarum ostensionem denudatum in publicis absque ullo suo gravi incommodo talem morem omittere possunt. Ideò talis denudatio aspicientibus etiam in locis, ubi est in usu, præbet grande incentivum, et vehementem stimulum ad luxuriam; ergo etc.

Miror quod plenam partem contrat exemplo vel tot piarum, et honestarum mulierum, quæ vel in ipsis locis, in quibus talis mos viget, nedum quam maxime abhorrent à tali ornatu, verum etiam pœnis pendentes Mundi dictamini omnino compositu, incedunt; atque ideò hoc à veris virtutis amatoribus omnibus admirantur, et vel ab ipsis discolis admirantur, et

saltem in corde suo laedantur. Quare restat, ut sola secunda quidem minoris pars probetur, quae jam pluribus ostendi fuit, et primo ex ipsis SS. Patribus, qui nullam facientes distinctionem inter loca, in quibus talis non viget abusus, et inter loca, in quibus viget, indiscriminatim illum gravibus verbis reprehendunt, quinimo non raro meretricium appellant: quod certe fieri non potuisset, si illum tantum venialiter malum agnovissent. Secundo in pluribus Synodis, quas refert Natalis Alexander Lib. 4. de Decalogo R. 5. Reg. 8. de Scandalo, nec non in Constitutionibus, et institutionibus S. Francisci Salesij constitutum, ac decretum fuit, ut sacramentalis absolutio mulieribus ita nudatis incedentibus denegaretur, atque a sacra communione arcerentur; sicuti et censuit S. Clemens Alexandrinus Lib. 2. Paedagogi Cap. 11 apud eundem Natalem Alexandrum sic scribens =: Nullo modo permittendum est Mulieribus, ut appareant aliquid corporis denudantes, ne ambo prolabantur: hi quidem, ut qui ad videndum incitentur: illae vero, ut quae in se virorum intuitum attrahant. Semper autem tanquam praesente Domino honeste versandum est, ne nobis quoque sicut Corinthijs succensens dicat Apostolus: Convenientibus vobis non licet Dominicam coenam manducare =: Quare et factum est, ut plures Praesules inter casus sibi reservatos, ut refert Roncaglia, fuit Cremae Episcopus, posuerint sequentem: Mulieres inverecundae, quae pectus, vel humeros in publico notabiliter denudant, vel transparentibus solum velis cooperiunt: quinimo, ut refert R. Lucius Ferraris Verb. Foemina num. 26, Ursaja Institut. Crimin. Lib. 3. Tit. 5. num. 50, notat, sub excommunicationis poena prohiberi posse ab Episcopis, ne mulieres incedant discoopertis brachijs, vel pectore nudato, ut re mature perpensa in Urbe mandavit S. Mem. Innocentius XI, cujus edictum referunt Neracius, Franciscus de Re, et Reginaldus locis citatis apud eundem Ferraris: Haec autem minime dici possent, si talis mulierum denudatio, ut volunt oppositae sententiae Patroni, est tantum veniale peccatum, cum jam certum sit, quod ob veniale peccatum non possit sacramentalis absolutio, et sacra communio denegari, aut excommunicatio infligi, et fieri reservatio. Tandem si quis adhuc fluctuet, interrogat propriam conscientiam, et videat, an aspiciendo maxime cum aliqua mora foeminam taliter discoopertam se exponat nec ne periculo valde gravi turpis delectationis: item consulat confessarios, et hi ultro fatebuntur, plures, et plura luxuriae peccata oriri ex obtutu mulieris taliter denudatae, ergo etc.

Neque dicas; non solum usu, sed et con-
444 suetudine secundum se aliquem ad crimen duci; verum etiam continuam occasionem aspiciendi mulieres in pectore denudatas eandem minuere incentivum ad libidinem, ut talis aspectus non magis provocet ad luxuriam, quam moveat aspectus faciei pulchrae puellae; atqui formosa puella non tenetur incedere velata facie, neque scandali occasionem praebere dici potest, ubi inhonesta
445 vana incedit per vias; ergo etc.

Respondeo, quod ad primum attinet, certum esse usum, et consuetudinem hominum nullo modo facere posse contra jus naturale, et divinum, quale est lex de vitando scandalo. Unde

mos introductus non fit inhonestam denudationem mulierum, de qua in praesenti loquimur, ut etiam constat ex testimonio S. Antonini supra relato; et proinde mulieres se excusantes eo quod aliquid fragrant, ut optime notat [illegible] circulo vitiorum committunt, sicuti de facto committeret adulterans dicens, se facere, quod alii faciunt.

496\. Neque magis urget secundum. Nam in primis sicuti nullus usque damnari fit formosa puella incedere gravi modestia, et castigato procedens, etsi ostendat faciem; ita nec venialis quidem usque redargui possit mulier in pectore nudato procedens: quod et per adversarios eam venialiter peccaturam concedentes falsum est. Deinde praedicta formosa puella sciens se cupitam ab alio amandam, si illius conspectui se offerat, juxta superius dicta, se a talis viri praesentia subtrahere aut etiam faciam velare tenetur, si id absque suo gravi incommodo fit; a pari ergo et mulier in pectore cooperta procedere debet, cum id jam commode praestare possit. Atque sic paritas nostrae favet sententiae. Disparitas autem inter unum, et alterum casum est, quia ostensio faciei est necessaria, et ab ipsa natura introducta in humanam conversationem, ut unus ab altero dignoscatur; item est ordinaria, idcirco de se ad luxuriam non multum movens; ita ut si aliquando ad malum trahit, sit ex culpa fixe aspicientis: at contra denudatio, de qua est sermo, est velut contra naturam, quae vult, omnes corporis partes praeter faciem, et manus, aut pedes in muliere tegi: item est contra morem Mulierum honestarum, et pudicarum; et, ut alia mittam, de se vel in studiosis castitatis habet excitare turpes cogitationes cum gravi complacentiae periculo; non studiosos vero castitatis semper, aut quasi semper magis illaqueare, ut nimium luctuosa experientia comprobat. Hinc restat, ut concludamus cum S. Hieronymo Epist. 8. ad Demetriadem de publicis paedissequis [illegible] eam vestientem: Illa tibi sit pulchra, illa amabilis, illa habenda inter socios, quae se nescit esse pulchram, quae negligit formam bonam, et procedens ad publicum non pectus, et colla denudat nec pallio revoluto cervicem aperit; sed quae celat faciem, et vix uno oculo, quae viae necessarius est, patente ingrediatur = Haec S. Doctor, quae utinam a Mulieribus intelligerentur, cum sic etiam plura, et plura peccata impedirentur.

497\. Atque ex his, quae et a viris respective, et a mulieribus in suo vestitu sunt observanda, manifestum fit, a gravi peccato scandali excusari non posse commendantes [illegible] de rebus amatoriis, aut inhonestis tractantes, varias impudicitiae [illegible] coram aliis canentes, lascivas comaedias repraesentantes [illegible] obscoenas imagines pingentes, et alia hujusmodi, de quibus [illegible] in tract. de Peccatis de luxuria agendo, praesertim [illegible] omnia talia habeant per se multum alicere ad libidinem [illegible] et dicas, [illegible] est de pingente concubinam Amasio, nisi forte a gravi incommodo alias subeundo excusetur, quod jam non est lucri tunc reportandi amissio, sed aliquid aliud puta gravis metus mortis, mutilationis, aut alterius gravissimi mali. Talis enim imago Amasio exhibita est [illegible] continet ad amorem [illegible] fovendum, hocque fine [illegible] omnes decentes circumstantiae etc. pro hujus imag. complacentia

998 Quæres 2do, an liceat locare, aut vendere vestes, et domos Meretricibus, Usurarijs, Furibus, alijsque similibus pravis hominibus?

Respondeo, ut certa ab incertis secernantur, quod ad Usurarios spectat, in jure canonico, seu in Capit. Usurarum, de Usuris in 6. statutum esse, quod usurarijs alienigenis, hoc est ex alio Regno, et ditione originem trahentibus, nullo modo liceat locare, aut alio modo concedere domos ad habitandum, et hoc ita, ut si contrafacientes fuerint Episcopi, pœnam suspensionis, si minores Episcopis, excommunicationem, si vero communitas, interdicti pœnam ipso facto incurrant; si vero laici fuerint, per ecclesiasticas censuras ab Ordinario compesci debeant. Quare dubium tantum esse potest de Usurarijs incolis ejusdem Regni, ac ditionis. Atque de his, sicuti et de Meretricibus, et his similibus loquendo ~~dicendum videtur~~, illicitum esse ijs locare, aut vendere domos suas, primo ubi extaret Principis edictum prohibens, utpote cui justum supponi debeat: 2do quando ex denegatione talis habitationis merito, et prudenter eorum, et illarum conversio sperari posset, cum ad id tunc charitas obligaret: 3tio quando tales domus æque commode vendi, aut locari possent honestis, et probis personis, quia tunc nulla extaret justa causa, quæ locatio, aut venditio illis malis personis facienda posset cohonestari: quod præcipue verum est, quando eæ domus ita sitæ essent, ut aptiores sint ad peccandum, et accomodatiores ad homines ineuntes alliciendos, cum locans esset causa majoris commodi, et incentivi tunc faciendi ad peccatum: 4to, quando tales domus essent vicinæ Ecclesijs, aut Monasterijs tam mulierum, quam virorum, cum tunc maxima esset indecentia, et molestia magna causanda illis viris, ac mulieribus sanctimonialibus: 5to, quando honestæ mulieres, et viri probi vicinitatis magnam paterentur animi perturbationem, cum hanc causare opponatur charitati. Atque horum omnium ratio etiam ea est, quia ubi tales deperditæ personæ a Magistratu permittuntur, et tolerantur ad majora mala præcavenda, intelliguntur permitti cum majori, quo fieri potest cautela, et minori, quo fieri potest scandalo, et bonorum perturbatione. Quibus et addit Laurus à S. Joseph apud Giribaldum, domos dictis personis locandas, aut vendendas non esse, si ad ecclesiam, aut ecclesiasticas personas spectarent, quia nimis indecens videtur, res Deo sacratas, et dedicatas ad usum concedi talibus malis personis, et viris ecclesiasticis valde alienum est cum tam inhonestis personis vel negotiationis speciem habere aut ullo modo etiam remote favere, dum ab eorum alijs locandis damnum non patiuntur.

999. Extra hos autem, aut alios similes casus dissident inter se Doctores. P. Daniel Concina quidem lib. 1. in Decalogum Dissert. 9. De scandalo, licet fateatur paucos esse, qui secum sentiant; nihilominus suam sententiam tanquam unice probabilem defendit, et docet, nunquam licitum esse dictis personis domos aut locare, aut vendere, aut alio modo ad eorum usum concedere; et proinde neque pro eo, quo alijs locari, aut vendi non possent. Contra vero, ipso Concina fatente, communis Recentiorum sententia oppositum tenet, et proinde licitam facit talem locationem, et venditionem, nempe extra prædictos casus.

Atque ita sentiunt Salmanticenses cum Sanchez, Azorio, Vasquez, Lessio et aliis, Palaus, Tamburinus, et alii quamplurimi. Ratio autem est, quia ex una parte domos suas locare non est intrinsece malum, imo potius bonum, cum primarius domorum usus sit ad eas inhabitandas, ut inhabitans se ab aeris inclementiis defendat, ac rebus huic vitae necessariis provideat; adeoque nonnisi per accidens, et remote tantum meretricium deservire potest, cum jam domorum usus neque sit causa, neque occasio meretricii: ex alia vero parte quis domum suam in casu locando utitur jure suo, et ita quidem, ut tunc non sit obligatus alienum peccatum impedire, ut patet, et constat tum ex eo, quod tales domus meretrices supponuntur permitti a Magistratu ad pejora mala impedienda, tum ex eo, quod alias supponitur dominus privandus lucro jam sibi debito, ubi meretricii circumstantia non intervenisset; ergo etc. Atque idem cum proportione dicas de vestibus, aliisque similibus jam locandis, ~~seu vendendis~~ praedictis personis, ut subjungit Palaus.

500. Dices tamen. Quamvis adjuvare dominum ascendere per fenestram secundum se sit quid indifferens; cum dominus ascendere possit ea intentione, ut virginem stupret, et etiam ut eidem pecuniam tribuat in eleemosynam pro dote; ubi famulus sciens malam sui domini intentionem eum adjuvare non potest etiam eo animo, et fine, ut damnum grave alias sibi imminens caveat; ergo a pari quamvis locare, aut vendere domum sit quid secundum se indifferens; ubi tamen dominus scit malam meretricum intentionem, illi non liceat eandem domum ipsis locare aut vendere, quia secus liceret etiam locare, aut commodare cubiculum alicui jam parato ad fornicandum cum amasia; quod tamen dici non potest; ergo etc.

501. Respondeo omisso antecedenti; quia nonnulli Doctores contendunt talem famuli actionem non esse ab intrinseco sua natura malam, et ex gravi metu mortis a domino alias inferendae posse cohonestari, licet non ex alio incommodo suo levio, et nego consequentiam. Nam, ut cuique compertum est, ascensus famuli in casu antis est immediate, et proxime influens in executionem pravae voluntatis domini; secus vero domus locatio, ejusque inhabitatio, cum ex eo praecise, quod talem domum meretrices inhabitent, non fiat ipsis proxima occasio ad fornicandum. Et ex hoc etiam patet ad casum relatum in confirmationem additum, quia videlicet tunc domus locatio, aut commodatio sit quid proxime influens in fornicationem faciendam; quamvis caeteroquin non desint Doctores, qui id tanquam licitum propugnant praesertim pro eo casu, quo ex denegatione cubiculi esset gravissimo incommodo afficiendus a domino, puta si esset alias interficiendus; aut graviter vulnerandus. Quod ipsum arbitror pro casu, quo dominus simpliciter permittat, seu tacet non opponendo, neque positivo aliquo actu cooperando ... his.

502. Quaeres tertio, an liceat vendere, aut donare res alteri secundum se indifferentem v. g. vinum, carnes, arma, vestes etc. praesertim ubi aliunde est ad peccandum determinatus, aut paratus est alius, qui vendat, aut donet.

Pro hujus difficultatis solutione primo advertere oportet, inter res, quae venduntur, aut donantur, aut commodantur

ab aliis subministrantur, alias esse, quae communiter, et regulariter in
bonum usum destinantur, et destinantur, etsi quandoque contingat, ut
ijs alius ad peccandum abutatur, cujusmodi sunt vinum, carnes, ani-
malia, vestes, arma, et alia similia; alias vero esse, quae regulari-
ter, et ut plurimum in malum usum convertuntur, quales sunt venenum,
idolum, clavis falsa, scala cordea &c. Deinde advertendum etiam est,
actiones nostras, quibus talia subministramus abusuro, jam proxime
jam remote tantum posse influere in alienum peccatum, ut esset ven-
ditio, aut subministratio armorum hic et nunc determinato, et parato
occidere inimicum praesentem, et venditio, aut subministratio
eorundem armorum alteri, qui hic, et nunc neque paratus est occidere,
nec ullas habet in corde inimicitias, attamen ob ejus malam indolem, prae-
videtur aliquando eisdem abusurus ad ulciscendum, aut alium occiden-
dum. Tandem et ad dignoscendum causas nos excusantes a venditione
aut donatione advertendum est ad qualitatem peccati patrandi
ab eo, cui res venduntur, aut donantur, ut constat ex supradictis
de cooperatione. His autem notatis
51. Dico primo, nisi vendenti, donanti, aut submi-
nistranti moraliter constet in bonum usum convertendas, per se
loquendo illicitum esse vendere, donare, aut subministrare res
secundum se indifferentes, quibus vel semper, vel ratione temporis com-
muniter homines male uti solent. Ita Lalaus, Viribaldus, Cuevas, San-
chez, Diana, et alij satis communiter. Ratio est, quia sicut ubi quis
se exponit alicui occasioni, in qua positus ut plurimum, et regu-
lariter peccare solet, vere peccat, et cum veritate dicitur velle
peccare, nisi tunc moraliter certus sit, se validè restiturum
tentationi; ita et vere dicitur cooperari, et quidem formaliter
peccato alterius, qui ei subministrat vendendo, donando aut
alio quovis modo rem, qua communiter homines male uti
solent, nisi moraliter ei tunc constet de bono usu, faciendo
52. Dixi autem primo: Nisi vendenti donanti,
aut subministranti moraliter constet in bonum usum convertendas
Quia si v.g. quis vendat idolum a se in effodiendo terram inventum
illud conservaturo in memoriam antiquitatis, aut in detestati-
onem caecitatis, aut irrisionem illorum, qui illud adorarunt; aut
si quis vendat venenum ad usum ad conficiendos colores, aut me-
dicinas, venditio non erit mala, sed bona. Certitudo autem
moralis boni usus, ut notant Lalaus, et Viribaldus, tunc habebi-
tur, quando v.g. emens idolum ex una parte cognoscitur vir vere
catholicus, omnino ab idolatria, aut simili execratione alienus, et ex
alia parte antiquitatis studiosus habetur, atque sic loquendo
de emente venenum, habebitur sufficiens moralis certitudo, quoniam
si peterit artem pictoriam exerceat, et communiter tanquam
probus habeatur, aut publice petat, nec suspicionem excitat quia
raro est quis ita audax, ut si dolum velit facere, non curet
... Atque ratione praefaminati Doctores Lalaus, et Viribaldus cum
alijs existimant, posse excusari coquos, et macellarios carnes por-
rigentes, et carnes subministrantes alias tempore jejunij ... peten-
tibus non cognitis tanquam hominibus pravis, sed communiter
bonis habitis, praesertim si id publice praestant, quia tunc ma-
gis praesumi potest id facere vi legitimi privilegij, et dispensatio-
nis, aut ex alia causa legitima excusante.

505. Dixi 2do. Per se loquendo: quia quamvis, ut constat ex
supradictis, ne ad vitandam quidem mortem liceat alteri præ-
viso abusu vendere, donare aut subministrare rem etiam secundum
se indifferentem, quando nostra actio proximè influeret in ejus
nam actionem jure naturali vetitam, quam nobis ne ad vitandam
quidem mortem ponere liceret, uti esset venditio Idoli facta Ido- 508
latræ, ex tunc illud adoraturo, subministratio ensis proximè pa-
rato occidere innocentem, porrectio veneni exhibendi parato
hui dare ad jotandum inimico &c.; liceret tamen vendere, donare
aut subministrare etiam per actionem proximè influentem
in alienum peccatum rem secundum indifferentem praeviso etiam
eo abusu, quando aliàs nobis immineret tale, ac tantum in-
commodum, et damnum, sub quo non teneremur abstinere ab actione
tunc facienda ab eo, cui res tunc venditur, donatur, et submi-
nistratur, sicque ad vitandam mortem, mutilationem, aut ad-
eo grave malum in bonis fortunæ liceret præbere carnes die vi-
giliæ eam comesturo, ceram parare jejunium violaturo, instru-
menta die festo laboraturo &c. Hæcque circa res primi gene-
ris. Circa res autem 2di generis

506. Dico 2do; licitum esse, res secundum se indif-
ferentes, quæ communiter in bonum usum convertuntur, vendere
donare, aut subministrare alteri, quousque non constat de abu-
su petentis. Et ita cum S. Thoma 2. 2. Q. 78. A. 4, et Q. 169. A. 2 docent
Salmanticenses, et Sirivaldus cum Navarro, Bonacina, Suarez, Sanchez, et
aliis. Et ratio est, quia talium rerum venditio, donatio, et submi-
nistratio non fit esse mala nisi ratione pravæ intentionis emen-
tis, et illius, cui donantur, aut subministrantur: Hæc autem pra-
va intentio præsumi non fit, ubi bonus usus regulariter contin-
git, cum de proximo, nisi constet, malum supponi non possit; 509
et adeò sicuti quis non tenetur desistere ab occasione,
in qua communiter, et regulariter peccare non solet, nisi hic
et nunc constet de periculo proximo lapsus; ita &c; ergo &c.

507. Notanda tamen sunt verba illa: Quousque non
constat de abusu petentis: quia si constaret de abusu petentis
tunc non liceret vendere, donare, aut subministrare tales res
illi praeviso abusu sine gravi causa sufficiente juxta supra
dicta, ut cooperatio nostra evadat materialis; et proinde etsi ven-
ditio agni v. g. remotè influat in peccatum judæi illum præviso sa-
crificaturi; attamen in tali circumstantia nisi gravi urgente necessi- 510
tate illum tibi vendere liceat; sicuti et licitum non est taber-
nario subministrare vinum præviso ea inebriaturum, nisi ali-
quod grave incommodum distinctum ab amissione lucri ipsum ex-
cusationem impendat. Quod et dic pro eo casu, quo quis vi-
num suum venderet cauponi præviso illud venditurum aqua
mixtum, tunc namque illud illi vendere licitè non fit sine in-
commodo, aut etiam sine notabili suo damno illud vender-
et alteri, qui crederetur sine fraude revenditurus, Charitas enim
[illegible] obligat, ne cooperaris tali simulationi cedenti in damnum 511
ementium à tali caupone. Hæcque vera sunt, et admittenda
etiam pro casu, quo prædictis rebus abusuri parati essent
nihilominus, tametsi ipsis non subministrares, aut alius in ean-
dem actum esset subministraturus. Nam semper verum esset

quod sine causa excusante adhuc cooperarentur, et concurrerent ad aliud externum malum, quo prava voluntas alterius executioni mandatur: quod certe licitum non est, utpote cum vetitum sit non solum velle tale actum perficere, et opere complere malum; sicuti neque licitum est alium in aliqua mala actione juvare.

508 Hic addenda esset solutio nonnullorum dubiorum, quae Doctores examinare solent circa Filios-familias, Famulos, et Ancillas inservientes, et ministrantes Parentibus suis, et Dominis in ijs actionibus, quibus ad peccandum abuti prospiciuntur. Sed quoniam ex praejactis, et traditis regulis pro discernenda cooperatione facile a quolibet illorum omnium solutio pendet, hinc a singulorum discussione supersedeo, interim tamen monitum volendo Theologum, ut antequam judicium proferat, diligenter attendat, et examinet primo qualitatem actionis a Filio, Famulo, aut Ancilla instruendae, an videlicet haec sit, necne, ab intrinseco sua natura mala. Secundo si sit secundum se indifferens, an remotum, an proximum habeat influxum, et concursum ad malam Parentis, aut Domini actionem? Tertio si talis actio habeat proximum influxum, an non solum influat in ipsam actionem malam Parentis, aut Domini, verum etiam in malam illius voluntatem? Tandem contra quale praeceptum, seu legem sit actio tunc a Parente, aut Domino facienda? quoniam ex horum omnium recta intelligentia recta casus particularis solutio pendet. Nam si actio a Filio, aut a Famulo, seu Ancilla facienda est in omnibus rerum circumstantiis ab intrinseco mala, sicuti est Virginem seducere, innocentem privata auctoritate occidere, daemonem invocare, aut [illegible] adjurare, pejerare &c, tunc ne ad vitandam mortem a Parente, aut a Domino intentatam illa, aut similia licite praestare poterit Filius, Famulus, aut Ancilla.

500 Sin vero actio a Filio, Famulo, aut Ancilla facienda erit secundum se indifferens, et simul etiam tantum remotum influxum in actionem Parentis, aut Domini propriam peccaturi, ut est cibos coquere, et condire, mensam praeparare, atque ministrare, et inservire, cubiculum pulire, lectum sternere, equum praeparare, dominum, aut dominam vestire, et ornare secundum decentiam, aliaque similia quotidiana, et solita servitia praestare, tunc vel sola subjectio filialis, aut famularis videtur tales actiones satis cohonestare, praesertim cum Pater non sit execrandus, aut famulus aeque commodum servitium non possit de facili invenire.

520 Quod si actio a Filio, aut Famulo, aut Ancilla instruenda habeat proximum influxum nedum in malam actionem Parentis, aut Domini; verum etiam in alterius perversam voluntatem, ut esset scribere, aut deferre litteras amatorias, et ad libidinem incitatorias, aut invitatorias ad concubinam, aut munera Parentis, aut Domini ad eamdem portare, aut eamdem praesertim alios ad Parentem, aut Dominum non venturam, comitari, aut cum transferre &c, cum haec omnia de se impurum amorem foveant, sine dubio nullo modo, et ne tamen mortem quidem vitandam 522 a Filio, aut a Famulo sunt facienda.

Dixi tamen: Habeat proximum influxum nedum in malam actionem &c; verum etiam in alterius [perversam vo]luntatem, quia, ut supra notavi, si nostra actio habeat solum proximum influxum in alienam malam actionem, non autem influxum,

movere, et excitare ipsam voluntatem ad malum, seu peccatum, tum non convenit inter Doctores, an nostra cooperatio tunc dicenda sit tantum materialis, an vero formalis, quamvis etiam actio ab alio facienda sit ab intrinseco sui mala: Unde certum non est, peccaturum, qui hujusmodi actiones poneret praecise ad mortem evadendam atque sic quamvis post supracitatam propositionem ordine 51. ab Innocentio XI. damnatam juxta omnes graviter peccaret, qui ad evitandum malum infra mortem humeris suis adjuvaret sciens juvenem ascendere per fenestram ad Virginem stuprandam, aut ad innocentem occidendum, aut eius januam, aut fenestram infringeret, aliudve simile faceret, quia ob jacturam facultatum aut metum infamiae non licet concurrere ad dehonorationem alicujus deflorandae, aut innocentis occisionem; adhuc tamen certum non est, an peccaret, si id praestaret, ubi ipsi imminentem mortem a tali juvene esset inferenda, ut videre est apud Viva in expositione laudatae propositionis, et apud D. de Ligorio loco supracitato num. 66.

512. Est nihilominus si actio ab alio, scilicet a Parente aut Domino facienda occasione cooperationis Filii, famuli aut Ancillae sit ab intrinseca sua natura mala, et actio praestanda a Filiis, a Famulo, aut Ancilla proxime influat in peccatum, saltem probabilius requiritur, ut incommodum ex omissione subeundum sit tale, ac tantum, sub quo non esset obligatio desistendi ab actione sua a Parente aut Domino instituenda; et hoc ipsi talis cooperatio non influeret in malam voluntatem Parentis, aut Domini. Quare etsi filius, aut famulus non peccaret ubi ex metu mortis deberet deferre scalam necessariam ad furandum; probabilius tamen peccaret, si deferret ad locum statutum arma necessaria Parenti, aut Domino ad duellandum. Ex quo facile habes, quid dicendum, ubi peccatum faciendum esset contra legem mere positivam. Et haec circa cooperationem ad alienum peccatum dicta sint.

§. 3. De suadente minus malum parato ad Majus.

513. Ut certa ab incertis separentur hoc in re illud tanquam certum supponendum est, nunquam licitum esse suadere, invitare, aut consilium dare ad aliquod aliquem committendum illi, qui nullo modo cogitabat de committendo peccato; sicuti et certum est nullo modo licitum esse suadere, aut consulere minus malum, quando alia via inveniri fit ad majus malum impediendum. Nam illud minus malum revera malum est, et peccatum; quod certe suadere non licet, quando aliqua via honesta fit impediri. Quare [illegible] solum esse fit, [illegible] casu, quo quis ipse jam ex sua perversa voluntate est determinatus ad majus malum patrandum, et nullo modo ab illa sua mala voluntate removeri fit nisi per suasionem minoris mali.

514. Atque circa hoc difficultatis punctum haud conveniunt Doctores; imo certum dicit Palaus hic Tract. [illegible] Pun. [illegible] num. 2, nunquam licere suadere determinato inferre damnum, v.g. occidere Petrum, vel eidem [illegible], ut damnum inferat alteri, v.g. graviter vulneraret Paulum, aut eidem furaretur quadraginta, de quo minime cogitabat, praesertim si damnum [illegible] ab altero, v.g. an capi a Paulo non sit tale, ut ipse illud [illegible] Petro pati, et supponere. Et ratio est, quia sic consulens inferret [illegible]

rio, quod ipse subire non tenetur pro servando altero indemne, ut Paulus in casu illo non tenetur vitam suam exponere periculo, et divitias suas dare pro Petro; adeoque consulens esset vere causa damni Pauli, et proinde peccat, atque ad restitutionem tenetur. Itaque ratione, hunc damnant factum Loth, qui, ut habetur Genes. 19, filias suas obtulit sodomitis viris pessimis in hospites innocentes eisdem abutendo.

Notanda tamen sunt primo verba illa Determinato inferre uni damnum: ~~sicut~~ illa ut damnum inferat alteri, de quo minimè cogitabat: ~~atque etiam~~ illa. praesertim si damnum patrandum ab altero non sit tale, ut ipse illud teneatur procurare pati, et sustinere. Notanda, inquam, sunt illa verba, et primo, quia si volens malum inferre esset determinatus, et unum, et aliquem, seu ambos damnificare, tunc casus esset praefatis dubiis, et controversiis: 2do, quia si casus esset, quod damnum alteri non suasionis inferendum vel esset certo ab alio compensandum, vel esset ita leve, ut illud ex charitatis lege pro alterius incommodo avertendo ipsi esset subeundum, tunc Sinibaldus cum Bonacina, Reginaldo, Lessio, De Lugo, Hurtado, et Navarro docent, talem suasionem, et consilium fore licitum, eo quod is, cui damnum infertur, non possit esse rationabiliter invitus. Quod etiam cum Vasquez, Navarro, Sanchez, et Lessio apud Palaum loco citato num. 3. nonnulli extendunt ad casum, quo is, cui suadetur malum etiam gravissimum inferendum, lege alioquin teneretur illud subire pro eo, cui esset inferendum, ut puta si persona interficienda esset bono publico necessaria, et tu suadores interfectori, ut potius eius fratrem, cuius vita Reipublicae necessaria non est, interficiat. Quod tamen negat Palaus oppositum tanquam probabilius defendens. Verum, ut arbitror, et hoc utrumque cadit sub praesenti dubio.

515 Inferes, ne unum cum alio confundamus, advertere oportet, juxta omnes licitum esse efficaciter determinato facere aliquod grave malum, V.G. homicidium, proponere et explicare excessum malitiae, peccatum, infamiae, et poenae, et similium, qui intercedit inter homicidium, et furtum, V.G. ut sic talem recognoscens excessum potius eligat furtum, quam homicidium. Talis enim explicatio secundum se licita est, neque trahit alterius voluntatem in malum, V.G. in casu in furtum inclinare; et proinde tamen malefactor se ad furtum determinaverit, hoc ex ipsius malitia proveniret. Quod et Palaus cum Covarruvia, Cajetano, Valentia, Sanchez, Lessio, et aliis extendit quinimo casum dicit pro eo casu, quo quis alteri simpliciter proponeret, seu offerret materiam minoris mali, ut illum averteret à majori, ut V.G. si quis sciens, furem in suam domum venturum ad rapinam, aut etiam homicidium patrandum, vel in domus vestibulo, vel in cubiculo patentes exponeret pecunias, ut eis inventis continens à rapina, aut homicidio desisteret, quia videlicet talis pecuniae expositio non est illicita secundum se, nec habet alterius voluntatem in malum inclinare. Hocque ratione plures excusant laudatum factum Loth, dicentes in ipsa oratione filiarum solum obtulisse nefandis illis viris materiam ...

libidinis minorē illo, quod ipsi intenderet. Unde difficultas est de casu, quo quis neque precibus, neque exhortationibus, neque minis aut aliis similibus modis obtinere potest, ut malefactor efficaciter determinatus ad aliquod malū faciendū ab eo avertatur, superaddit suasionem, et consiliū ad minus malū committendum, non quidem absolutum, V.G. dicendo: *Fac furtum*, *vulnera inimicum*: *Consulo te, ut rem alienā surripias* &c: sed conditionatum, V.G. dicendo: *si non vis desistere ab homicidio, aut rapina*, *tam fac potius minus malū, seu contentus esto furari, aut vulnerare* &c.

527 Atque circa difficultatem ad tales terminos redactā Sanchez, Reginaldus, Suarez, Antonius à Spiritu Sancto, Gaspar Hurtado, Lugus, Diana, et alij apud Gribaldum, item Soranus, Navarrus, Sotus, Bartholomeus Medina, Becanus, Vasquez et alij apud Laymann, S. de Ligorio, et quamplures alij nulla posita limitatione tanquam probabiliorem tuentur sententiam pro liceitate talis Consilij, et suasionis conditionatæ. Contra verò plures alij, inter quos sunt Cajetanus, Covarruvias, Sylvester, Gabriel, Valentia, Antoine, P. Daniel Concina, et alij, oē prorsus in casu illicitū dicunt tale consiliū, et suasionem. Laymann tñ, Ricostilus, Illsung, Lobat, et alij hanc secundam limitant sententiā, eamque admittunt solum pro casibus, in quibus minus malum neque formaliter, neque virtualiter in majori malo præcontinetur; contra verò primā sententiā adhærent pro ijs casibus, in quibus minus malū vel formaliter, vel virtualiter in majori malo includitur, atque docent licitū esse parato V.G. committere adulterium suadere fornicationem, parato occidere consulere, ut contentus sit vulnerare, determinato furari centum, ut tantū quinquaginta surripiat &c. Qua limitatione non est contentus ... qui cū alijs docet, licitū esse, conditionatè suadere, aut consulere minus malum efficaciter determinato committere majus, sive illud minus includatur sive non includatur in majori, quando malefactor ad utrumque est efficaciter determinatus; illicitum verò, quando malefactor est tantum efficaciter determinatus ad majus. In hoc autem rerum ... placet nobis sequentem ponere sententiā, sit itaque

528 Propositio. Efficaciter determinato ad majus malū licet conditionatè suadere, aut consulere minus malum, præsertim quando minus malum formaliter, aut virtualiter in illo majori præcontinetur, aut Malefactor est ad utrumque efficaciter determinatus. Atque pro hujus sententiæ, in nonnullis ... præfiguratum puto Loth, qui, ut legitur ... à Sodomis eductus fuit, quamvis eo tempore filias suas Sodomitis ... obtulerit, et illis abuti suaserit inquiens: *Habeo duas filias, quæ necdum cognoverunt virū: educam eas ad vos et abutimini eis, dummodo viris istis nihil mali faciatis*: ... Augustinus lib. 2. de Adulterinis conjugijs Cap. 15. quod refertur in Canit. Si quod verius cau. 32. q. 2. ubi hæc leguntur: *Si factum est, quod non licet, jam faciat adulterium, et non faciat homicidium; et vivente uxore sua alteram ducat, et non humanum*

sanguinem perdat. Verum ex his supersedeo, quoniam plures recentiores Theologi, et Interpretes, inter quos A Lapide, et Aug. Calmet, praeter alios ex SS. Patribus, Loth in tali facto ab omni culpa immunem non fuisse arbitrantur, licet ob judicii praecipitantiam aliquantum excusent. Et proinde, ut laudatus Calmet observavit, 2. Petri 2. solum vocatur justus ipse Loth, quia Dominum venerabatur, justitiam colebat, et cum suis concivibus collatus justissimus erat, et optimus. Loquendo vero de S. Aug. testimonio, illud cum Glossa exponi potest non de consilio, aut suasione, vel praecepto, sed de comparativa permissione, quatenus ad majus malum vitandum minus sit permittendum. Quare aliunde petere placet rationes, quibus veritatem propositionis suadeam.

Prob. autem ratione ducta ex natura ipsius suasionis, et consilii conditionati. Nam efficaciter determinato ad committendum tum majus, tum minus malum, aut aequivalenter malum majus, in quo formaliter, aut virtualiter minus includitur, conditionate suadere, et consulere minus illud malum, ex terminis, non est approbare, allicere, aut inducere, et movere aut determinare illius voluntatem ad faciendum illud minus malum; sed est positive conari illum avertere a majori malo, et minus malum jam inimpedibile proponere tanquam medium ad illud majus malum evitandum, ut res patet ab exemplo, quo quis efficaciter determinatus esset et furari, et occidere Paulum, et Petrus videns se omnem operam perdere, dum conatur, ut eum ab utroque malo avertat, ei diceret: saltem contentus esto furari: rogo, ut solum furtum committas: solum furtum fac: &c. Atqui omnino licet positive conari alium a majori malo avertere, et minus malum jam inimpedibile proponere tanquam medium ad majus malum evitandum, ut patet; ergo &c. Quod et confirmari potest ex eo, quod qui conditionate suadet, et consulit minus malum saltem praeceptum in majori malo, aut quando malefactor tum ad majus, tum ad minus est determinatus, tunc illud minus malum non proponit, ut est malum, sed prout retrahit a majori malo; quod certe licet, utpote charitati conforme: ergo &c.

Dixi autem: Praesertim quando minus malum formaliter, aut virtualiter in illo majori malo praecontinetur, aut malefactor est ad utrumque efficaciter determinatus: quia inter hos casus, et alios, a quibus veluti praescindit propositio nostra, in quibus nempe minus malum neque formaliter, neque virtualiter in majori includitur, et malefactor nullo modo cogitat de minori malo, ea videtur assignari posse discrimina, quod malefactor nedum in secundo; verum etiam in primo casu propositionis, utpote cum qui vult totum, vult et partem, est jam ex sua malitia determinatus ad minus malum; et proinde suasio, et consilium non potest dici causa talis determinationis etiam ad minus malum; e contra vero in casibus, in quibus minus malum neque formaliter, neque virtualiter in majori includitur, et malefactor nullo modo cogitabat de minori malo faciendo, consulens, et suadens minus illud malum videtur causa determinationis ad illud minus malum, et adeo cum nemo licite possit esse causa alieni mali, videtur talem consilium, et suasionem non esse licitam. Verum an hoc sit verum, aliis relinquo judicare, dum et dicendis, [illegible].

521 Dices tamen pro opposita sententia primo. Sicuti juxta illud Apostoli Rom. 3. Non faciamus mala, ut veniant bona, nemini unquam licitum est facere; ita et nunquam licitum est, esse causam actionis absolute, et simpliciter malae; atqui ex una parte minus malum comparatum ad majus est absolute, et simpliciter malum; et ex alia parte consulens, et suadens illud est vera moralis causa illius, ut patet, cum non solum consilium enumeretur inter morales causas, sed etiam verum sit, quod tale consilium habeat alium inducere, et inclinare, vel saltem animosiorem facere ad tale peccatum [illegible] ergo &c. ..... 2do. Quemadmodum ad alicujus actionis liceitatem requiritur, ut ejus objectum sit licitum, et honestum, aut saltem indifferens; ita et ad consilium, et suasionem; atqui electio libera etiam minoris mali habita a determinato tum ad majus, tum ad minus malum, quae est objectum consilii, et suasionis faciendae, ex se mala est; ergo &c. ..... 3tio. Nunquam liceat ab alio petere, quod ipse nonnisi illicite praestare potest, ut supradictum est, sed consulens minus malum ad vitandum etiam majus petit, quod alter nisi illicite praestare nequit; ergo &c. ..... 4to. Non liceat propter minus malum, aut cum alio ad idem cooperari, etsi id fiat ad vitandum majus; ergo neque liceat consulere, utpote cum id, quod consulere liceat, sit etiam modo praecepti, et cooperari liceat ..... 5to. Si licitum esset, in sensu prioris suadere, aut consulere minus malum ad majus vitandum, liceret etiam determinato adulterari suadere, et consulere, ut simplicem faceret fornicationem, et determinato furari in genere, aut etiam in specie, pauperem, ut furetur diviti, utpote cum furtum factum diviti prae facto pauperi sit minus malum: hoc dicendum non est, ut facile patet ex dictis num. 519; ergo &c. ..... Tandem Deus quidem homines [illegible] sinere dat hominem, quibus peccata permittat [illegible] agnoscat, ut [illegible] avertat, etiam caveat minora, et etiam [illegible], aliisque similibus modis; nunquam tamen minus malum suadet tanquam medium ad majus evitandum; atqui nostrum modum agendi magis, quam possumus, modo divino agendi conformare tenemur, ergo &c. Unde in jure super eo, de usuris prohibetur consulere usuras pro vitando [illegible].

522 Respondeo in primis, quod ex majorem antecedentis absolute probatam non esse veram. Nam, ut dixi in Tract. de Conscientia cap. 2. A. 2. §. 3. a num 62; constitutus inter duo consilia, ut illicita simul, et semel apprehensa non peccat; quorum alterum eligere debet, quod tanquam minus malum omni diligentia [illegible] sibi apparet. Caeterum ea omissa, et concessa minori quoad primam partem, distinguo quoad secundam et ex alia parte absolute consulens, et suadens illud est vera causa moralis illius, concedo: comparative consulens, et suadens est vera causa moralis illius, nego minorem, et consequentiam. Distinctio patet ex dictis. Et hinc licet verum sit quod consilium, et suasio absoluta inter morales causas enumeretur, non enumeratur tamen, si sit tantum comparativa; sicuti etiam falsum est, per consilium comparativum alium induci, et inclinari, et animosiorem [illegible] ad minus malum faciendum; eadem ratione qua [illegible] cum producit per falsos Deos, petendo ex justa seque gravi causa juramentum, eum non inducit, et inclinat et animosiorem facit ad falsorum numinum invocationem, [illegible] sicuti in casu juramentum petens nonnisi [illegible]

... accidens dici sit causa invocationis illius; ita in casu nostro dicendum est.

Ad 2dum omissa, vel etiam concessa majori, 13 negandum est, liberam electionem minoris mali secundum se spectatam esse objectum consilii, et monitionis conditionatae; sed illius objectum est illa electio, prout est medium distrahens, et impediens majus malum, atque ad illud vitandum necessarium; sicut cum quis constitutus inter duo contradictoria apprehensa ut mala eligendo minus illud non eligit ut in se malum, sed ut medium sibi necessarium ad majus malum fugiendum. Unde sicuti electio minoris mali in casu relato non respicit objectum malum, ita et consilium conditionatum, seu talem propositionis non respicit objectum malum, sed bonum. Atque ex his etiam patet ad 3tium; siquidem non licere quidem absolute petere ab alio, quod ipse licite praestare non sit; secus vero, si tantum conditionate petatur, ubi sermo est de duobus; atque a fortiori, quando utrumque faciendum esset, et minus malum petitur.

Ad 4tum, quod attinet ad primam partem, verum quidem est, minus malum non posse praecipi absolute, falsum autem est, non posse praecipi comparative, et ex suppositione, ut patet ex casu relato de constituto inter duo contradictoria, in quo locum habet illud: ex duobus malis minus est eligendum: Atque haec paritas nobis favet. Quod vero ad secundam partem spectat, Salmant. hic Tract. 6. Cap. 6. Punct. 6. num. 8. cum Sanchez, Bonacina, et Vasquez, docet, licitum esse, cum malefactore ad duo mala inferenda alterum numero personae determinato cooperari in minori, dummodo hic sit Dominus illorum bonorum, in quibus damnificandus erat. Unde si Paulus v.g. determinatus esset et ad furandum Petro, et ad illum occidendum, nisi tu velles eum adjuvare in sola pecunia surripienda, tunc juxta laudatos Doctores tibi licitum erit adjuvare Paulum in furto, ut sic desinat occidere, alias jam occisurus. Atque hanc afferunt rationem, quia non solum tunc bene sequitur [illegible], verum etiam tua cooperatio esset pure materialis, cum sit actio bona, et honesta, cum recedat ex toto, et praesumpto consensu Petri, qui ut mortem evitet, censetur dare tibi facultatem adjuvandi furem, ut tali adjutorio ejus occisio evitetur: siquidem et paritas ex hoc capite petita non urget. Caeterum unica pars ea est maxima [illegible], quod inter praeceptum, vel consilium [illegible], et [illegible] consilium conditionatum intercedit [illegible] magnum, et cooperatio habens se, et ex natura sua influens in eam praeceptum, et ab eo, cum quo cooperatur, faciens [illegible] vero consilium conditionatum, ut ex supradictis constat.

Ad 5tum dicere possumus, illud esse extra statum praesentis controversiae. Nos enim, ut constat ex citato num. 5 [illegible], non concedimus, non licere efficaciter determinato facere unum majus malum, consulere, et suadere minus malum inferre alteri personae, ut in objectis casibus contingeret. Caeterum etiamsi omnes fateantur illicitum esse, efficaciter determinato v.g. adulterium committere, furari pauperi, verberare Clericum [illegible], consulere, aut suadere fornicationem, furtum divitis facere, verberare laicum etc. designando personam v.g. hanc mulierem, hunc divitem, hunc laicum etc.; non tamen ita est inter [illegible], ubi particularis persona non designatur, sed in generali diceretur hoc vel simili modo: si vis committere adulterium, potius pecca cum muliere, quae sit libera; si vis spoliare pauperem, potius surripe a divite: si vis percutere clericum, intentus potius esto verberare laicum etc. Quod tamquam

licitum defendunt Thomas Sanchez, Molina, et alij. Contrarium docent cum Palao, Lacroix, Concina, aliisque pluribus satis communiter quia verè ita consulens, et suadens determinavit alium ad inferendum injuriam ei, de quo non cogitabat, et proinde jus illius offenderit.

5'26 Ad ultimum ratio disparitatis est, quia cum in manu omnipotentissima Dei sint hominum voluntates, ita ut quocumque voluerit eas flectere possit, respectu ipsius Dei consilium, vel suasio conditionata ad minus malum non est medium unicum, et necessarium retrahendam hominis voluntatem a minori malo; contra vero respectu nostri fit esse, quinimo non raro est, ut ipsa experientia compertum est. Quod proinde mecum, ut ex dictis nihil mali inde licitum erit, quando via alia nobis non suppetit ad avertendum proximum nostrum a malo.

5'27 Quod autem additur ex objecto juris textu, non est ad rem. In eo siquidem statuitur, quod, cum non sint facienda mala, ut eveniant bona, atque usura ab intrinseca sua natura sit mala, quis non debeat exercere usuras etiam pro eo casu, quo id faciat, ut habeat unde vitam alterius redimat ex quo unica infertur, quod non liceat facere minus malum ad impediendum majus malum alterius, vel etiam, si placet, proprium, quando utrumque vitari fit. Quod verum est, quia in casu faciens illud minus malum ipse libere illud vult, et eligit, quando ab eo debet abstinere. Non fit autem, inde argui, quod alium non liceat si adesse minus malum in sensu propositionis, quia in casu suadens, et consulens illud minus malum per illud non vellet, neque intendit, sed solum vult, et intendit impedire majus malum, quod non potest si per minus. Itaque his responsis obest, si inferas: quod

5'28 ergo etiam consulere, et suadere mulieri praegnanti efficaciter determinatae ad se occidendum, ut sic evitet infamiam, suadere, ut quod abortum, imo et ipsi praeparare, et subministrare pharmacum ad illum procurandum: Quod certe non est dicendum. Nam quod ad primum spectat, Giribaldus hic Tract. 4. Cap. 7. Dub. 5. num. 4. allegans plures Doctores, ac dicens, ita sentire omnes Patronos nostrae sententiae sequelam concedit; advertens tamen in praxi caute procedendum esse, quia, feminae facile dicunt, se paratas esse occidere, ut fugiant infamiam, seu aliud malum evitandum; quod si non faciunt; et proinde rarissime licitum erit tale consilium. Secundum autem absolute negandum est, quia, ut patet, [illegible] praeparare, et ministrare pharmacum ad procurandum abortum est, physice cooperari ad actionem ab intrinseca sua natura malam, quae est procuratio abortus; et adeo est valde, et in tantum tantum [illegible] cum; contra vero, suasio, et consilium conditionatum ad minus malum neque ex se habent influere in illud, neque dicit volitionem mali minoris illius sed unice tendit ad [illegible] a majori [illegible] In consulente ac suadente minus malum. Nam [illegible]

§ 4. De permittente, et offerente peccandi occasionem.

5'29 Duo sunt, quae hic veniunt distinguenda, et singulatim notanda [illegible] inter simpliciter permittentem [illegible] [illegible], et inter offerentem alteri occasionem peccandi [illegible] [illegible] Simplex enim permissio intervenit, quando quis malum neque [illegible] [illegible] alicuius peccatum, [illegible] ponit [illegible]

..., quo alter ad peccandum est obnoxius, ut est, ubi quis sciens assassinum insidiis Pauli ad occidendum neque se opponeret, neque annuit, sed tantum in silentio maneret. Tunc vero quis dicitur alteri peccandi occasionem offerre, quando per suam actionem, aut omissionem alteri exhibet aut modum, aut medium, aut opportunitatem, aut commoditatem, aut quid simile ad peccandum inserviens, aut conducens, ut esset, si Pater, aut Dominus expositum relinqueret pecuniam, aut relinquendo clavem quasi oblitam in scrinio, ut sic fidelitatem servi experiatur. Alterum vero est incertum, motivum, seu causa, et ratio permittendi, aut occasionem offerendi. Quando enim evenit, ut quis alteri permittat, aut occasionem peccandi offerat eo solo animo, et intentione, ut ipse peccet, aliquando ..., aliquando, ut in delicto deprehensus corrigatur, et aliquando etiam, ut ipse permittens, aut occasionem offerens se indemnem servet. Unde et contingere fit, ut motivum, seu causa, ... quæ ... fit, aliquando sit gravis, et aliquando levis.

Illud autem in præsenti certum est, numquam licitum esse permittere, aut offerre alteri peccandi occasionem eo fine, et intentione, ut in peccatum prolabatur. Talis enim ... perversus est, et contra charitatem proximi directe, et immediate pugnans, et esset contra charitatem, ubi nulla, aut nonnisi levis causa adesset ad permittendum, aut ad occasionem offerendam, ut ex supradictis constat. Quare dubium solum esse potest, quando ex alio fine, et causa gravi quis ad permittendum, aut ad occasionem offerendam moveretur. Atque circa hoc ... communiter Doctores, non licere permittere, aut præbere alteri occasionem peccandi ex eo solum fine, et delinquens in peccato deprehensus puniatur. Ratio autem est, quia nulla ... ... causa cohonestans permissionem peccati, nisi sit bona, et ... ..., pœna autem non est sumendum se ..., sed solum supposito peccato; et ideo tanquam consequens ipsum peccatum; ergo ante peccatum commissum pœna inflicenda non ... cohonestare ... peccati permissionem. Quod vero aliud ex eo constat, ... peccatum non sit licita ... nisi ... ..., aut ..., ... ergo in ... peccatum ... sit ..., pœna ... non ... nisi ... peccati ...; quod certe non licet, quia ... ... ergo ...

Atque hinc patet, graviter peccare ... ... charitatem ... ..., aut ..., qui ... ob tantum fine, ut ... ..., aut ... ..., seu ... ... Quod ... ... est, quia si ... ... ex alio fine, ut puta propter ... indemnitatem, et ... ..., ... securitatem, et videlicet alii timeri ... ... comprehendi ... ..., et ... ..., tunc ... ... Bonacina ... ..., et ... peccati non ... ..., ..., ... securitatem intenderit. De quo nunc restat ... permissione, quæ fit ex fine corripiendi delinquentem in crimine deprehensum. Pro quibus ...

532 Dico primo, Personam praesertim privatam non potentem alia via sibi consulere, et se indemnem servare a gravi et incommodo etiam temporali perseatis omnibus notabiliter gravi nisi alterius peccatum permittendo, illud licite posse permittere, si excipias casum, quo proximus peccaturus in extrema spirituali necessitate esset constitutus. Hocque constat ex dictis de Ordine Dne Charitatis a num. 180. usque ad num. 202. inclusive, quibus et rationem limitationis ad personam praesertim privatam, et extremam necessitatem intelliges. Ex quo Palaus, et similiter cum Navarro, Gaspare Hurtado, Sanchez, Bonacina, et alijs inferunt Maritum ex gravibus conjecturis suspicantem uxoris adulterium aut illius secreto conscium suum ipso attribuere posse testes, ut possit adulterium probare, et divortium facere, dum alia via non suppetit, qua sibi possit providere. Nam tunc injuria ab uxore viro irrogata est gravissima, maximumque incommodum cum ea tali cohabitare: quod proinde propulsare licet adhibendo testes et permittendo uxoris peccatum, V.G. mei non vetitando, dum ut parata adire amasium, ipsos tamen interim veluti a longe, et occulte insequendo, ut deprehendatur. Quod et docet S. Thomas in 4. Sent. dist. 35. q. unica A. 2. ad 4um.

533. Dico secundo, pariter licitum esse alienum peccatum permittere eo fine, ut delinquens in crimine deprehensus corrigatur, dum alias merito timetur, ne in delicto perseveret, et ex tali correptione facienda certo, vel saltem valde probabiliter speratur emendatio. Hoc enim videtur, et semper est sufficiens causa cohonestandi permissionem. Atque hinc non videtur damnandus Pater, qui sciens, aut ex gravibus conjecturis suspicans, Filium habere claves falsas [illegible] arcam [illegible] non arripit, sed relinquit, interim inviolatas ut in fragranti eum conveniat, tuncque corripiat, dum hoc medio sperat filium ad bonam frugem reducendum. Atque hoc circa permissionem.

534. Major autem difficultas est circa id, quo quis ex eisdem finibus, nempe vel se indemnem servandi, vel delinquentem corrigendi alteri praevio peccato offert peccandi occasionem, V.G. Pater, aut Dominus [illegible] relinquit clavem in arca, ut filius, aut famulus, a quo timet furtum, experiatur, vel Maritus timens de uxoris fidelitate, [illegible] longe discedere, ut de veritate certioretur ex [illegible]. Et Doctores quidam magni nominis in utramque sententiam partem. Sanchez, Sa, Bonacina, et teste Palao, [illegible] [illegible] tanquam illicitum damnant. Verum oppositam tanquam satis probabile amplectuntur, inter quos sunt Laymann, Vivo, Navarrus, Suarez, Lamberinus, et alij apud [illegible] q. 2. Tract. 3. [illegible] 2. A. 2. num. 58., quibus et ego assentior.

535 Hujus autem secundae sententiae fundamentum primo peti posse videtur ex facto Judith supra relato, quae [illegible] [illegible], dum ornata, quantum fas erat, ad Holofernem [illegible] vis innegabile sit, ornamenta praesertim ad pompam [illegible] in muliere esse occasionem ad eam turpiter amandam, [illegible] ecclesiasticus ex Avalla [illegible] quam a muliere [illegible] ex illis decem viris, qui, ut exponit S. Thomas 2.2. q. 78. A. 4. [illegible], non peccarent, dum, ut legitur Jerem. 41, ne occiderentur

de Ismael dixerunt: Noli occidere nos, quia thesauros habemus in agro. quamvis tali sermone ei praebuerint occasionem tales thesauros injuste diripiendi: Tertio, quia sicuti neque liceret petere ex causa etiam gravissima juramentum ab eo, qui per falsos Deos est juraturus, aut mutuum postulare ab eo, qui nonnisi sub usuris concessurus praevidetur: Quod tamen cum suo Magistro [illegible] contrarium [illegible] probat praefandus [illegible] ore, ad citato: Non potest ergo dici, quod alteri praebere offerre peccandi occasionem sit cum eo peccatum inducere, ac cum eo positive, et formaliter cooperari ad ejus theologicam; sed potius dici debet alicujus peccatum permitti, cum id ex justa, et rationabili, aeque gravi causa fit, et [illegible] probabiliter a nonnullis probatur ex [illegible] Si quis [illegible]. [illegible] Rubricis, in qua Domino permittitur [illegible] saepe sollicitato a fure res, ut ad furem deferat, ut sic [illegible] re furtiva deprehensus puniatur, sicque amplius [illegible] non [illegible] Quod legem nedum pro foro externo [illegible] interno tenere plures doctores contendunt.

36\. Verum doctrinam hanc limitandam, et [illegible] esse ex [illegible] superius dicta de comparatione [illegible] alicujus peccati, ut proinde non liceat alteri peccandi occasionem offerre nisi ex causa, seu motivo omnibus necessitis vere gravi, et ex fine honesto, nempe ut dictum est, vel corripiendi [illegible], vel se a notabili damno indemnem servandi; ita tamen ut et actio, aut omissio, qua alteri fit peccandi occasio, sit actio, aut omissio secundum se indifferens, et [illegible] habeat per se influere in alicujus [illegible] [illegible] in [illegible] talem offerre occasionem esset formaliter alieno peccato cooperari.

37\. Atque hac ratione [illegible] [illegible] esse sententiam nonnullorum apud [illegible] quod quamvis Marito ad adulterum deprehendendum, et [illegible] non liceat suae uxori fidem [illegible] adulterium plures [illegible] licentiam [illegible], ut [illegible] significationes [illegible] annuere, V. G. [illegible], et hora [illegible], et [illegible] [illegible] cum [illegible] et invariat adulterum verbis [illegible], et equivocis, V. G. [illegible] Dicat [illegible], gratum facies mihi, si [illegible] tali hora venies. Fores meae pro te tali hora apertae [illegible] conversationem etiamsi sola numquam dedignabor [illegible] inquam, talem partitam non esse admittendam, [illegible] non solum quia vix in praxi contingere fit, ut Maritus inveniens amasium occulte cum uxore conversantem patienter [illegible] non occidat, aut alterum graviter non [illegible]: aut [illegible] amasius se videns suae [illegible] frustratum, et [illegible] male [illegible] Maritum; verum etiam quia taliter in [illegible] [illegible] proximo [illegible], et [illegible] in malam voluntatem [illegible] uxor [illegible] [illegible] ab [illegible] [illegible]

538. Opera mala ad vitandum scandalum esse omittenda, per se, ut ex superius dictis constat; sicuti et [illegible] [illegible] caritatis [illegible], nunquam licitum esse peccare [illegible] scandalum impediendum. Atque hinc cum ea, quae praeceptis naturalibus negativis prohibentur, sit ab intrinseco sua natura malum, ut nullo modo id possit cohonestari, et tamen talia praecepta semper, et pro semper habeant obligationem, tota controversia praesens reducitur ad omissionem illarum actionum, quae vel secundum se indifferentes sunt, vel etiam bonae, seu vel sub suo consilio cadentes, aut etiam sub praecepto, seu illum affirmativo, seu positivo, vel naturali, [illegible] an videlicet tales actiones dimittendae sint ad alienum scandalum impediendum: in qua in utramque partem sentiunt Doctores. Verum, ut certa ab incertis separentur

24. Atque hinc colligitur differentia, quæ est inter venerationem, et cultum exhibitum imagini Christi, et venerationem exhibitam sanctis, quatenus tales sunt. Nam si imago Christi adoratur, et colitur non adoratur, et colitur ob aliquam excellentiam sibi inhærentem, sed ob excellentiam, quæ in prototypo, seu exemplari reperitur, et quatenus illud respicit, ita ut exemplar sit, quod formaliter adoratur, et cui honorem formaliter promittimus; imagini autem tantum materialiter. At sanctus, qui sanctus est, habet propriam excellentiam distinctam ab excellentia divina, quæ illum dignum honore facit; ac proinde ratione distinctam colitur, et honoratur, distincto cultu ab eo, quo Deus colitur et honoratur.

25. Ad id autem, quod subjungitur, dico, cultum sanctorum, esse religionem, non politicum, et civilem, et primo quia non est naturalis, seu civilis, qualis est, qui defertur Principibus, et aliis in dignitate aliqua constitutis; sed est supernaturalis ordinem dicens ex parte sui in Deum, quæ etiam ratione immediate: tum quia sicuti perfectiones sancti intrinsecæ oriuntur ab excellentia increata divina, ita etiam virtus, qua inducimur ad sanctos colendos propter illorum perfectiones, dimanat ab ipsa virtute, qua Deum colimus: tum etiam quia cultus sanctorum semper resultat in honorem ipsius Dei, qui in sanctis est mirabilis, eo sane modo, quo Regi honorificum est, ut ejus ministri honorentur. Atque hinc dulia semper connectitur honorem

Sanctorum conjunxere cum honore Dei, ut in constructione Templorum, erectione Altarium, institutione Festorum, etc. quae principaliter instituta sunt in honorem ipsius Dei; secundario autem in honorem Sanctorum.

Articulus Quartus

De Virtutis Religionis Praestantia.

26 Virtutem Religionis virtutibus Theologicis non praestare, sed illis inferiorem, et posteriorem esse, vel constat ex eo, quod cum virtutes theologicae habeant Deum pro objecto materiali primario, tum pro objecto formali, et immediate ipsum Deum, seu aliquam Divinam perfectionem, propius attingunt ipsum Deum, insigne intimius nos uniunt, et conjungunt, quam ipsa Religio, quae neque pro objecto formali, neque materiali immediato, sed tantum mediate, seu cui, habet ipsum Deum, seu Divinam excellentiam. Atque hinc solum quaeri fit, an praedicta Religionis virtus primatum teneat supra caeteras virtutes morales? Atque pro hujus dubii solutione sit

27 Propositio. Religionis virtus primum locum tenet inter virtutes Morales, et est illis praestantior. Ita communiter Theologi cum S. Thoma loco supra citato, nempe 2. 2. q. 81. A. 6. in c. atque probatur hoc ratione. Illa enim virtus, quae propius attingit ipsum Deum, nosque ipsi intimius unit, et conjungit, est nobilior, et praestantior iis quae non ita attingunt ipsum Deum, ac nos illi uniunt, et conjungunt, quia, ut laudatus S. Doctor inquit: ea, quae sunt ad finem, sortiuntur bonitatem ex ordine in finem; et ideo quanto sunt fini propinquiora, tanto sunt meliora. Atqui, ut prosequitur idem S. Doctor, religio magis de propinquo accedit ad Deum, quam aliae virtutes morales; quinimo et circa eum digniori modo [illegible], cum jam pro objecto formali mediate, et indirecto Divinam habeat excellentiam, et pro fine cui ipsum Deum; ergo etc.

28. Dices 1°. Ex una parte obedientia, et poenitentia tam prope attingunt Deum, quam ipsa Religio: et proinde haec non habet, unde illis praeferatur; ex alia vero parte ipsa obedientia, et poenitentia praefertur ipsi sacrificio quod est actus praestantior Religionis, juxta illud 1. Reg. 15: Melior est obedientia, quam victimae: et juxta illud Psal. 50, ubi cum de Poenitentia dixisset. Cor contritum, et humiliatum Deus non despicies. subjungitur de sacrificio: Holocaustis non delectaberis. ergo etc. Quod confirmatur. Et ex eo, quod ea virtus dicenda est aliis inferior, cujus actus dimittuntur, ut aliarum virtutum actus exerceantur. Actus autem virtutis Religionis dimitti debent pro exercitio aliarum virtutum, juxta illud Matth. 5: Relinque munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo. ergo etc.

29. Respondeo ad 1um, quod sicuti quamvis Fides, Spes immediatè attingat Deum, sicuti Divina charitas, non ideò est aequalis charitati, ut patet ex illo Apostoli 1. Corint. 13: Nunc manent Fides, spes, et charitas, tria haec: major autem horum est charitas: quia nimirum charitas nobiliori, ac digniori modo Deum attingit: ita etiam obedientia, et poenitentia Religioni non aequiparantur, quia Religio nobiliori modo attingit ipsum Deum, quia nempe Religio nec praeceptum expectat, ut obedientia, nec peccatum supponit, ut poenitentia, adeoque semper major est religionis, quam obedientiae, et poenitentiae nobilitas.

30. Ad 2dum verò dicendum est, obedientiam, et poenitentiam majori actibus exterioribus religionis inordinatè et sine pietate factis, quale fuit sacrificium à Saule oblatum, de quo fit mentio in loco citato, qualis etiam est illorum cultus, de quibus Matth. 15. dicitur: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me; minimè autem majori ipsis Religionis actibus factis eo, quo decet pietate, atque eo tempore, ipsisque in circumstantiis, in quibus illos oportet poni.

31. Ad confirmationem negandum est major absolutè prolata. In practicis enim contingere fit, ut dignioris virtutis exercitium omittatur, aut etiam omitti debeat, cum urget exercitium alterius virtutis minus dignae; aut cum ea, quae nobilior est, dignè exerceri nequit, nisi antea exerceatur ea, quae minus digna est. Sic certè est innegabile, virtutem charitatis esse nobiliorem justitia, quae est ad hominem, et si quis hominem laesit, debet prius eam injuriam reparare, quam actum charitatis exerceat, cum nisi id praestetur, verus charitatis actus elici nequeat. Ex quo jam patet ad textum citatum, nisi enim dicere velis, reconciliationem cum fratre esse necessariam [illegible]. Atque ex his sit.

Caput secundum.
De Devotione.

32. Devotionis nomen à verbo devovere derivat S. Thom. 2. 2. q. 82. A. 1. in C. inquiens = Devotio dicitur à devovendo. Unde devoti dicuntur, qui seipsos quodammodo Deo devovent, ut ei se totaliter subdant. Propter quod et olim apud Gentiles devoti dicebantur, qui seipsos idolis devovebant in mortem pro sui salute exercitus = Quare devotio cum eodem S. Doctore sic definiri potest: Voluntas promptè tradendi se ad ea, quae pertinent ad Dei famulatum. Dicitur autem in primis voluntas, quae non intelligitur ipsa potentia, sed actus virtutis in ipsa [illegible], quo ipsa voluntas elicit promptitudinem; dicitur deinde promptè, quia qui etiam [illegible] seipsos etiam mancipant Deo [illegible], ut sunt Religiosi, et Clerici, devoti verè non sunt, si tardi, et segniter se gerant erga Dei cultum; quod quam nec potius digni sunt [illegible] quam [illegible], qui [illegible] negligentiores. Dicitur [illegible] tradendi se, [illegible] totum et non [illegible].

mentia: quare in rigore non fit Dei devotus, qui unum vel alterum actum ad divinum cultum pertinentem alacri animo, et fervide exercet; sed qui totum se Deo, et ipsius cultui se consecrat. Dicitur item: ad ea, quae pertinent ad Dei famulatum: ad indicandum, quod devotio proprie sumpta non est sita in quadam cordis teneritudine, aut in sensibili affectu, seu lacrymis, sed in prompta, et expedita, et exacta observantia eorum, quae sibi Deo placent, et praesertim ab eo praecepta sunt.

Devotionem autem ita expticatam esse verum religionis actum, nemini dubium esse fit, quia, ut optime argumentatur Angelicus Praeceptor 2. 2. q. 82. a. 2. in c., ad eandem virtutem pertinet aliquid facere, et promptam habere voluntatem ad illud faciendum, quia utriusque est idem objectum: facere autem aliqua, quae ad divinum cultum, seu famulatum pertinet, est ad religionis virtutem pertinet: pertinet ergo etiam promptam habere id faciendi voluntatem, et ita quidem, ut differat a charitate, ut citato loco docet praelaudatus S. Doctor ad primum inquiens =: Quamvis, quod ad charitatem pertinet immediate, quod homo tradat seipsum Deo adhaerendo ei per quandam spiritus unionem. Sed quod homo tradat seipsum Deo ad aliqua opera divini cultus, hoc immediate pertinet ad religionem; mediate autem ad charitatem, quae est religionis principium =. Haec S. Doctor, quibus in responsione ad 3um addit, inter charitatem, et devotionem dari quasi mutuam quandam causalitatem, quatenus charitas causat devotionem, in quantum ex amore aliquis redditur promptus ad serviendum amico; et vicissim charitas per devotionem nutritur, sicut et qualibet amicitia conservatur, et augetur per amicabilium operum exercitium, et meditationem.

34 Quod si quaeras, quaenam sit devotionis causa? idem Angelicus Praeceptor quaest. citata a. 3. respondet, causam extrinsecam, et principalem esse ipsum Deum inquiens =: Causa devotionis extrinseca, et principalis Deus est, de quo dicit Ambrosius super Lucam, quod Deus, quos dignatur vocat, et quem vult religiosum facit: et si voluisset, Samaritanos ex indevotis devotos fecisset =. Deinde eodem in loco causam intrinsecam devotionis docet esse meditationem tum divinae bonitatis, clementiae, aliorumque divinorum attributorum, tum nostrae infirmitatis, et indigentiae sic prosequendo =. Causa autem intrinseca ex parte nostra oportet, quod sit meditatio, seu contemplatio. Dictum est enim, quod devotio est quidam voluntatis actus ad hoc, quod homo prompte se tradat ad divinum obsequium. Omnis autem actus voluntatis ex aliqua consideratione procedit, eo quod bonum intellectum est objectum voluntatis. Unde et Augustinus dicit in lib. de Trinitate, quod voluntas oritur ex intelligentia. Et ideo necesse est, quod meditatio sit devotionis causa, in quantum scilicet homo per meditationem concipit, quod se tradat divino [redacted] obsequio, ad quod quidem inducit duplex consideratio. Una quidem, quae est ex parte divinae bonitatis, et beneficiorum ipsius, secundum illud Psal. 62: Mihi adhaerere

Deo bonum est, et ponere in Domino Deo spem meam: et haec consideratio excitat dilectionem, quae est proxima devotionis causa. Alia verò est ex parte hominis considerantis suos defectus, ex quibus indiget, ut Deo innitatur, secundum illud Psal. 120: Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi; auxilium meum à Domino, qui fecit caelum, et terram: et haec consideratio excludit praesumptionem, per quam aliquis impeditur, ne Deo se subjiciat, dum suae virtuti innititur = Haec D. Thomas, ex quibus se se offert et ipsa ratio.

55 Hinc tria ex Angelico Praeceptore argumenta monet Continuator Tournelij De Religione Part 2. quorum primum est, vitandas nempe esse eas subtiliores meditationes, quae intellectum ita occupant, ut quidem reddant voluntatem, et, ut ita dicam, lac pietatis exsugant. Secundum verò est, quod licet ea, quae sunt divinitatis, ac magnitudinis Dei infinitae, sint secundum se maximè excitantia ad devotionem; ob mentis tamen humanae imbecillitatem, et debilitatem insistendum potius est ijs meditationibus, quae pertinent ad humanitatem, incarnationem nempe, passionem, mortem, et resurrectionem, cum ex talium meditatione veluti manuducamur ad altiora, juxta illud, quod canit Ecclesia: Dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in invisibilium amorem rapiamur: et proinde spiritus Magistri devotis suis [illegible] meditationem eorum, quae Christus pro nobis fecit, et passus est, potius quàm sublimium divinitatis mysteriorum. Tertium tandem est, quod scientia, et ingenium quandoque occasionaliter devotionem impediunt, ubi videlicet ea homo fiducialiter Deo non subjicit, neque donum Dei esse fatetur; et inde fit, ut in simplicibus, et mulieribus magis abundet devotio, quàm in ijs, qui se totos scientiae dederunt, ac [illegible], juxta illud Magni Augustini lib. 3. Confess. cap. 3: Surgunt indocti, et caelum rapiunt, et nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce ubi volutamur in carne, et sanguine.

56 Si tandem quis scire velit, quinam sint praecipui devotionis effectus, consulat praecitatum Angelicum Doctorem Quaest. citata A. 4. in c., atque ex ejusdem doctrina discet, atque percipiet, per se, et regulariter ex devotione oriri cordis laetitiam, et interiorem animi suavitatem, gaudium, et delectationem, cum ex divinae bonitatis, et clementiae consideratione veluti rapiatur in Deum, et divinae bonitatis [illegible], seu affectus experiatur, unde cum Propheta Psal. 76 saepè dicit: Memor fui Dei, et delectatus sum; quamvis [illegible] ista summoveat etiam sanctiores viros [illegible], ut ex nonnullorum sanctorum actis colligitur, et de S. [illegible] in Breviario Romano ad diem 15 Octobris, et de S. [illegible] ad diem 25 Maij legimus, Deo [illegible]. Proinde ex ipsa devotione per accidens [illegible] quandoque tristitia, dum ex eo quod proprios defectus recognoscant, neque illos sibi esse aliquo modo impedit [illegible]

menti in ipso Dei beneplacito [illegible], et tristatur, quod majora pro ipso Deo non faciat vel ex eo, quod se adhuc exulem à caelesti Patria videat, unde saepè exclamat cum Propheta Psal. 119 dicente: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. et cum Apost. ad Rom. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus: quamvis interim tristitia haec levatur per spem omnia subveniendi. Atque circa devotionem, quibus aliquando de ejusdem praesenti [illegible] esset dicendum ut ex dictis de praesenti [illegible], tum [illegible], cum [illegible] tamen constare possit, quandoque illud urgeat, ideo ad alia pergo.

Caput Sextum.

De Oratione generatim sumpta.

Quae hoc in capite expendemus, praecipua sunt sequentia. Dicemus jam primò de natura, et multiplicitate Orationis: 2dò de ejusdem necessitate: 3tiò de tempore, quo nobis orandum est: 4tò de illius efficacia: 5tò de iis, pro quibus à nobis orandum sit: 6tò de iis, qui orare possunt, et debent: 7mò quid à nobis orandum sit: et ultimò pro quibus oratio nostra est [illegible]. sic ergo

Articulus primus.

De natura, et multiplicitate Orationis.

37\. Orationis nomen non uno, sed triplici praesertim modo accipi solet, ut observat S. Bonaventura. Et 1mò aliquando accipitur ad quodcunque bonum opus [illegible]. Quo in sensu Ven. Beda exponit illud Lucae 18 Oportet semper orare, et nunquam deficere. 2dò sumitur pro quovis pio motu et affectu in Deum: quo modo accipit S. Damascenus lib. 3 de fide [illegible], ubi inquit: Oratio est ascensus mentis in Deum; et Auctor [illegible] de spiritu et anima cap. 50. in operibus S. Aug. Tom. 3 dicens: Oratio est conversio mentis in Deum per pium, et humilem affectum. At de Oratione his duobus modis accepta in praesenti non inquirimus, sed de ea dicemus, prout strictè, et propriè sumitur, nempe pro petitione facta à Deo; et oratio ita accepta à D. Thoma 2. 2. q. 83. a. 1. in c. et ex Damasceno definitur hoc modo: Oratio est petitio decentium à Deo. Quae singula explicemus.

38\. Dicitur itaque primò Petitio [illegible] nomine et intimatio sui desiderii alteri facta ad finem obtinendi aliquid ab eo, juxta illud Matth. 7 Petite, et accipietis et juxta illud [illegible] 11. Quidquid orantes petitis. Dicitur 2dò: rerum decentium: quia à Deo sanctitatis et bonitatis omnis fonte, et principio peti debent ea, quae bona sunt, et ad nostram aeternam felicitatem conducunt, et in ipsius Dei gloriam, et honorem cedunt, [illegible] à nobis [illegible] à Deo, quia licet Orationes nostrae non semper immediatè à nobis dirigantur ad ipsum Deum, [illegible] etiam [illegible] ejusdem amicos, illorum patrocinium implorando, nimirum ut pro nobis intercedant, [illegible] solo est omne datum optimum et omne donum perfectum [illegible]

Jacob. 2. ea sane ratione, qua subditus ministrum exorans, ut votum Regi porrigat, non à ministro sed à Rege petit, ut desiderata [illegible] cadat.

Oratio ita exposita, quæ certè est actus internus imperatus à Religione, cum per eam testamur, Deum esse omnium bonorum auctorem, principium, et fontem, sicque ejus excellentiam profitemur, nostrámque indigentiam, et egestatem recognoscimus, quamvis et ad spem pertineat, quatenus per eam aliquid speramus, et expectamus ab ipso Deo, quidquid interim 39. sit, an ea sit actus intellectus practici, an voluntatis? de quo
[illegible] Theologi disputant, Oratio, inquam, dividitur in mentalem, et vocalem. Mentalis est, quæ solis mentis actibus perficitur, de qua intelligitur illud Psal. 26. Tibi dixit cor meum exquisivit te facies mea: et illud Psal 38. In meditatione mea exardescet ignis. Vocalis est, quæ mente concipitur, et verbis exprimitur; et adeò ad vocalem orationem non sufficit verborum prolatio, nisi hæc interiori affectui, et attentioni sit conjuncta juxta illud Xti Math. 15. Populus hic labijs me honorat, autem corum longe est à me. Unde vulgare illud: Si mens non orat, in vanum lingua laborat. Atque de hac oratione [illegible] cedit illud Apostoli Heb. 13. Per ipsum offeramus hostiam laudis Deo, idest fructum labiorum confitentium nomini ejus.

40. Utraque autem hæc oratio suam patitur divisionem: et mentalis quidem dividitur in meditationem, et contemplationem. Meditatio est pia alicujus veritatis vel ad [illegible], vel ad mores spectantis investigatio ad devotionem [illegible] conciliandam: de qua Aug. lib. de spiritu, et anima cap. 70. dicebat: Meditatio parit scientiam, scientia compunctionem, compunctio devotionem, devotio verò perficit orationem. Contemplatio verò ab auctore Operis de modo orandi inter Opera S. Bernardi, describitur: Mentis in Deum suspensæ elevatio, æternæ dulcedinis gaudia degustans. Quare inter contemplationem, et meditationem illud discrimen est, quod [illegible] [illegible] petit, et quærit, ut sibi aperiatur; et contemplatio quæ et fruitur: illa est animi labor, et motus, hæc est fruitio, et quies.

41. Vocalis item dividitur in publicam et privatam. Publica est, quæ fit à publico ministro ad id deputato nomine Ecclesiæ, pro salute populi, ea intentione, ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est Missa, consecratio, et divini officij recitatio [illegible] à clericis, ut suæ satisfaciant obligationi. Privata autem est, quæ à persona particulari, seu privata [illegible] auctoritate sive pro se, sive pro aliis. [illegible] [illegible] horas canonicas recitaret, orationem publicam non [illegible] etiamsi in loco publico recitaret, quia nomine non est minister ab ecclesia deputatus, et adeò nomine ecclesiæ non orat: sicut neque clericus eas [illegible] recitans [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] intentionem recitandi ut minister ecclesiæ, publicam orat orationem. Atque hinc [illegible] [illegible] publica [illegible] hæc requiruntur, nempe primò: ut

talis oratio sit ab ecclesia constituta: 2do ut sit facta ab ecclesiæ ministro: et 3tio ut fiat ex tali intentione eam nomine faciendi, ut est Minister ecclesiæ, sequæ hæc de necessitate [illegible] Orationis. Nunc sic...

Articulus secundus.

De Orationis Necessitate.

+2 Sancta Orationis exercitium et convenientissimum et utilissimum esse omnibus adultis rationis usum habentibus, atque adeo christianæ perfectionis inimicum non esse, constat ex illa in Michaele de Molinos die 20. Novembris 1687. ab Innocentio XI. ordine 14 damnata propositione = Qui divinæ voluntati resignatus est, non convenit, ut à Deo rem aliquam petat, quia nec[e]ssaria est imperfectio, cum sit actus propriæ voluntatis, et electionis, et est velle, quod divina voluntas nostræ conformetur, et non quod nostra divinæ, et illud Evangelii; Petite, et accipietis, non est dictum à Christo pro animabus internis, quæ nolunt habere voluntatem. Immo hujusmodi animæ eo perveniunt, ut non possint à Deo rem aliquam petere =. Præterea et orationem generatim acceptam, prout videlicet abstrahit à vocali, et mentali, sub gravi nobis à Deo præceptam esse, aperta sacrarum testimonia evincunt, et præsertim illud Lucæ 18. Oportet semper orare, et nunquam deficere: hoc est oportet orare frequenter, et perseveranter. et illud Matth. 26. Vigilate, et orate ut non intretis in tentationem: et, aliis omissis, illud Apostoli ad Coloss. 4. Orationi instate vigilantes in ea. et Thessal. 1. 5. Sine intermissione orate. Quæ, ut unanimiter exponunt SS. Patres, rigorosum præceptum important. Quinimo et tale præceptum naturale esse facile constat vel ex eo, quod jure naturæ debe[a]mus Deum quandoque per Religionis actus honorare, et colere. Et quidem naturale præceptum est adeo impressum naturæ nostræ, ut Gentes omnes quantumvis incultæ et Barbaræ, illud agnoverint, et ipso facto comprobaverint, cum nulla Gens unquam [illegible] tam inculta, et Barbara, quæ Deum aliquem sive verum, sive falsum aliquo cultu non honoraret, et coleret, et sic neque per Orationem quæ naturæ obvia maxime indigentiam nostram à Deo primo nostro Principio declarat. Unde Orationem ad salutem æternam consequendam necessariam esse necessitate præcepti omnibus adultis rationis usum habentibus, nemini dubium esse debet, et non solum difficultas esse solum fit, an ea sit etiam necessaria necessitate Medii... Super hoc autem Dubium triplex circumfertur sententia. Nam Silvester, Armilla, Petrus Soto[?], Aragonius, Villalobos, et alii, quos summatim nomine citant Salmanticenses, quamvis necessitatem præcepti fateantur, et propugnent, negant tamen, orationem esse necessariam necessitate medii, quasi Deus in præsenti providentia neminem salvare possit sine +3 Oratione. Contrarium tamen sentiunt Navarrus, Suarez, Joanne à S. Thoma, Lessius, Bonacina, Laymann, Azorius, Filliucius, Sporer, Tamburinus, Roncaglia, Palaus, Sylvius, Antoine, Ferraris et [illegible]

plures, qui licet fateantur, Deum nonnullas gratias, ut sunt inspirationes, auxilia præparantia, et excitantia, aliaque similia concedere, et donare etiam non petentibus; negant tamen, juxta ordinarium modum à Deo constitutum salvandi homines adultos unquam [illegible], ut Deus non oranti det gratiam præsertim ad perseverandum in gratiâ usque in finem, et ad æternam beatitudinem consequendam, et proinde necessitatem medii orationis in adulto rationis [illegible] non quomodocumque defendunt, sed spectatis præsentis providentiæ legibus, et ad obtinendam perseverantiam in gratiâ præsertim usque ad finem, et ad æternam beatitudinem consequendam; [illegible] mentionem tamen hic Tract. 22. Cap. 9. Qu. 3. S. 1. cum Raphaele [illegible], et Prado, quibus consentire videtur Continuator Tourney velut medium tenentes docent, Orationem actualem non esse necessariam necessitate medii; immò neque attentis divinæ providentiæ dispositionibus, si absolutè, et simpliciter, idest nullo [illegible] casu excepto, loquamur, quia licet attentis divinæ providentiæ legibus regulariter verum sit, quod Deus statuerit, auxilia non dare nisi petentibus; non ita tamen hisce legibus alligatus Deus, ut in aliquo raro casu largiri non possit absque præviâ oratione gratias, quibus quis salutem consequatur, et proinde loquendo de iis gratiis, quæ regulariter, et communiter donantur à Deo concedunt, orationem esse necessariam necessitate medii; secus verò de iis auxiliis loquendo, quæ raro Deus largitur. ex [illegible] tam sit

44 Propositio. Attentis præsentis Providentiæ Dei suæ dispositionibus, Oratio sive vocalis, sive mentalis est omnibus adultis rationis usum habentibus absolutè, et simpliciter necessaria, seu est necessaria necessitate medii ad bona spiritualia, præsertim pleraque, et præcipuè ad perseverantiæ donum usque in finem obtinendum, et ad æternam salutem consequendam. Ita cum Lessio, [illegible] Lacroix, et probatur ex [illegible] quod tale speciale auxilium est nobis absolutè, et simpliciter necessarium ad tentationes plurimas superandas, ad [illegible] consequendam, atque ad perseverandum in ea præsertim usque in finem; et per consequens ad æternam beatitudinem consequendam. Atqui in præsenti providentia attentis divinis promissionibus tale speciale divinum auxilium, ad superandas [illegible] [illegible] omnes, et singulas tentationes, ad [illegible] in omnibus à peccatis, et ad perseverandum in accepta gratiâ præsertim usque in finem, et per consequens ad æternam salutem consequendam sine oratione, sive vocali, sive mentali, facta ab, qui orare [illegible], nobis non datur à Deo; ergo &c. Major constat ex [illegible] 6. Can. 22 sic definiente. Si quis dixerit, justificatum sine speciali auxilio Dei in accepta justitia perseverare posse, anathema sit. Minor verò patet ex pluribus Scripturæ testimoniis et præsertim ex illo jam citato Matth. 26 Vigilate, et orate ut non intretis in tentationem; et ex illo Lucæ 11. Ego dico vobis petite, et dabitur vobis: quærite, et invenietis: Pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit, et qui quærit invenit: et pulsanti aperietur: in quibus verbis [illegible] expressè [illegible]

quod petenti dabitur, id saltem implicite innuitur, quod non petenti denegabitur. Quod aperte docet Aug., et Catechismus Romanus. S. Augustinus quidem Lib. de Dono Perseverantiae Cap. 16. inquiens: Constat, Deum alia non orantibus, sicut initium fidei, alia nonnisi orantibus praeparasse, sicut usque in finem perseverantiam: Et Catechismus Part. 4. Cap. 1. num. 3. versus finem, et initio num. 4. in hunc modum: Preces, tanquam instrumentum necessarium nobis dedit (Deus) ad id, quod optaremus consequendum; praesertim cum quaedam esse constat, quae nisi eius adjumento non liceat impetrare: ergo etc.

Dices tamen contra. Si Oratio esset nobis ne-
45 cessaria, vel talis esset, quatenus ipsi Deo patefaceret nostram indigentiam, vel quatenus ipsum Deum nobis conciliaret, eius voluntatem ex nobis infensam mutando in nobis propitiam et amicam. Quod dici non potest. non primum quidem, quia omnia et etiam abscondita cordis nostri ei aperta sunt: non item secundum, quia divina voluntas omnino immutabilis est; et proinde evenire non potest, ut in tempore velit, quod ab aeterno non voluit, ergo etc. Quod vel confirmatur ex eo, quod ipse Deus nonnullos, non jam orantes, sed peccantes, quinimmo ipsum etiam persequentes sua gratia praevenit, et in Ecclesiae sinum vocavit, ut de Apostolo sacrae litterae testantur, ergo etc.

46 Respondeo negando utrumque, et quod ad primum attinet, notandum est, quod oratio nostra non est utilis, aut necessaria eo quia per eam Deus cognoscat quod antea ignorabat, sed quia facit, ut homo verissimam sui nihili cognitionem acquirat, peccata sua coram Deo humiliter confiteatur, et coeleste(?) imploret auxilium imitans exemplum Filii prodigi, qui coram Patre suo, cui tota eius egeni vita nota erat, utiliter in haec erupit verba: Peccavi in coelum, et coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus. Quod vero spectat ad secundum, item advertendum est, quod Deus non promovetur orationibus nostris, quasi nunc incipiat velle quod antea non volebat, sed oramus, ut in tempore concedat quod ab aeterno propter orationes concedendum decrevit, ut exprimit(?) S. Gregorius Lib. 1. Dialog. Cap. 8 inquiens: Obtinere nequaquam possunt, quae praedestinata non fuerint: sed ea, quae sancti viri orando efficiunt, ita praedestinata sunt, ut precibus obtineantur. Et S. Thomas 2.2. Q. 83. A. 2 in c. dicens: Non propter hoc oramus, ut divinam providentiam immutemus, sed ut impetremus, quod Deus disposuit per orationes Sanctorum esse implendum, ut scilicet homines postulando mereantur accipere, quod eis Deus omnipotens ante saecula disposuit donare.

47 Quod in confirmationem subjungitur, non urget. Nos enim, ut constat meditanti praecedentia(?), et verba ipsius nostrae propositionis, non dicimus, orationem ita esse necessariam, ut Deus illam exigat a nobis pro omnibus [illegible] concedendis: Quod quinimmo fatemur cum Angelico Praeceptore

loco citato ad 3tium, quod Deus nobis multa praestat ex sua liberalitate etiam non petita: Quod verò asserimus, solùm est, orationem esse absolutè necessariam ad plura auxilia nobis omninò necessaria consequenda, et praesertim gratiam perseverandi usque in finem.

48. Dictum autem est: Oratio, sive vocalis, sive mentalis est omnibus adultis &c, ne necessitatem orationis generatim sumptae confunderem cum difficultate de necessitate orationis mentalis, seu meditationis, de qua speciatim inquiritur à Doctoribus, an videlicet et haec adultis rationis usum habentibus necessaria sit ad aeternam salutem consequendam. Pro qua vitâ solvenda adnotabis, meditationem bifariam sumi posse; et primò pro praecisâ est seria, et studiosa investigatione rerum, quae ad aeternam salutem conducunt. Secundò autem prout certam methodum, temporis diuturnitatem, specialem reflexionem, et consecrationem [illegible] unam, et alteram importat. Quod diligenter notandum, quia si oratio mentalis, seu meditatio hoc secundo modo spectatur, utilem quidem esse; non tamen necessariam, omnes fatentur Doctores [illegible] difficultas est de oratione mentali, seu meditatione in illo modo considerata, atque de ea loquendo [illegible]

49. Dico, Orationem mentalem, seu meditationem sumptam pro seria, et studiosa investigatione rerum, quae ad aeternam salutem conducunt, omnibus adultis rationis usu praeditis necessariam esse ad salutem. Nam ex supradictis Oratio ut sic, et jam viva, efficax, et vehemens ad aeternam salutem nobis est necessaria: talis autem oratio absque meditatione aliqua esse non potest. Nam ad vivam, et efficacem petitionem earum, quibus indigemus, necesse est, ut homo animae suae plagas agnoscat, intellectus sui tenebras, cordis infirmitatem, pericula sua, et continuam Dei protectionis necessitatem perspiciat, ita ut cum Psalmista exclamet: Salvum me fac Deus meus; de necessitatibus meis erue me: Porrò [illegible] manifestum est, haec [illegible] [illegible] à nobis cognosci non posse absque aliqua meditatione, et reflexione, cum hoc sedulo similes simus, ut habetur [illegible] [illegible], viro consideranti vultum nativitatis suae in speculo, qui [illegible] [illegible], et abiit, et statim oblitus est, qualis fuerit: Unde [illegible] [illegible] est cum [illegible] [illegible] modo orandi apud S. Bernardum: Quis [illegible] [illegible], si nec meditationem, quae [illegible] sunt, videat, nisi Orationis auxilio, et Dei gratiâ ad ea [illegible] convalescat? Quomodo autem esset sollicitus ad postulandum nisi mens eum accenderet meditatio? Quae omnia consonant [illegible] [illegible], et [illegible] illi [illegible]. 3. Quae [illegible] [illegible], [illegible] cogita [illegible]: et Jeremiae [illegible] [illegible]. Desolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui recogitet corde; ergo [illegible]

50. Atque haec speciali quadam ratione vera sunt de Religiosis Personis, de quibus S. Bonaventura [illegible] de Perfectione cap. 5. [illegible] de mentali Oratione [illegible]: Revera Religiosorum [illegible] [illegible] non frequentans [illegible]

non solum est miser, et inutilis, quinimo coram Deo fert animam mor-
tuam in vivo corpore. Quo utinam Clerici omnes, et Sacerdotes sub ocu-
lis semper habeant, utpote qui in saeculo viventes copiosioribus, ac
potentioribus divinis indigent auxiliis, ut et semetipsos, et populum,
cui tanquam viva fax praefulgere debent, à peccatis avertant, et
sanctificent. Unde et in nostris Synodalibus Constitutionibus cap. 19.
de Celebrat. Missarum inter caetera praescribitur, ut Sacerdotes ce-
lebraturi non omittant praemittere aliquam piam meditationem
maximè ex Xti Domini Passione.
51. Neque dicas primò, inveniri homines
idiotas, quibus ita incumbit jugum Filiorum Adae, ut neque die, neque
nocte habeant spatium quiescendi: 2dò et esse ita rudes, ut vix alicu-
jus reflexionis sint capaces: et proinde huic generi personarum esse
impossibilis meditatio: Unde his sufficere debet auditio sola ver-
bi Dei juxta illud Lucae 11. Beati, qui audiunt verbum Dei, et cu-
stodiunt illud: ergo &c.
52. Respondeo ad primum id falsum esse. Nam hu-
jusmodi homines satis temporis inveniunt ad peccandum, ad prau-
dia, et furta committenda, ad serviendum ebrietati, ad turpes cogi-
tationes in corde suo fovendas, et similia mala exercenda: quo-
modo ergo non poterunt aliqua momenta invenire, quibus
ad semetipsos reversi statum animae suae recogitent, et ad Deum
toto suo corde convertantur, enixe petentes, ut sibi in oppor-
tunitatibus sit adjutor? Ceterum nulla est tam laboriosa actio, in cujus
initio, et progressu mentem suam ad Deum non possint elevare,
ut sibi benedicere dignetur. Quod si id fiat, optima erit me-
ditatio.
53. Secundum autem ad summum verum
est de meditatione diurna, sublimi, et methodica; falsum
autem est de meditatione, quae praecisè sit seria, et studio-
sa reflexio eorum, quae ad aeternam salutem sunt necessaria, vel
conducunt; cum quisque homo rationis usu praeditus sit va-
leat suam indigentiam recognoscere, coram Deo ingemere, atque
animae suae ulcera ostendere, ut ea sanare dignetur. Haec
jam est perfecta meditatio, cujus forte capaciores sunt idiotae,
quam litteris, et subtilitatibus instructi.
54. Ad 3tium dicendum est, eam se enim
lectionem, et auditionem verbi Divini prodesse ad salutem,
quam comitatur, et sequitur mentis affectus, quia alioquin
semen verbi Dei cadit in petrosa, et statim rapitur ab avi-
bus. Lectio autem meditatione nullius est pretii vacua mentis
affectu, ut optime observavit Auctor libri de modo orandi
inquiens: Quid prodest lectionem in tota tempus consumere
sanctorum gesta, et scripta transcurrere, nisi ea etiam masticando, et
ruminando succum eliciamus, et transglutiendo usque ad cordis in-
tima transmittamus. Atque ex his de orationis necessitate
in genere dictis sit

Articulus Tertius.

55. ## De tempore, quo orandum est.

Scripturae testimonia supra relata, et iis similia, in
quibus dicitur semper, et sine intermissione orandum esse, non

esse ità intelligendo, et importare strictam, et rigorosam obligationem quovis tempore, et singulis momentis proprie orandi, quemadmodum teste Aug. Haeresi 57, nonnulli Haeretici contendebant, nunc omnes fatentur Catholici Doctores duce Angelico Praeceptore 2. 2. q. 83 art. 14 in C. ubi sic discurrit =. De Oratione dupliciter loqui possumus. Uno modo secundum seipsam, alio modo secundum causam suam. Causa autem Orationis est desiderium charitatis, ex quo procedere debet Oratio, quidem in nobis debet esse continuum vel actu, vel virtute: manet enim virtus hujus desiderij in omnibus, quae ex charitate facimus. Omnia autem debemus in gloriam Dei facere; ut dicitur primo Corint. 10; et secundum hoc Oratio debet esse continua. Sed ipsa Oratio secundum se considerata non pot esse assidua, quia oportet alijs operibus occupari =. Haec S. Doctor, ex quibus et ratio apparet, tale namque praeceptum assiduè orandi esset impossibile, et proinde non datur.

56 His tamen non obstantibus saepe, et frequenter orandum esse, suadent nedum scripturae testimonia supra relata, similia illis, quae jam primi fideles de vera Oratione intellexerunt, ut constat ex illo Actor. 1. erant unanimiter perseverantes in Oratione, tum etiam ipsi SS. Patres, quibus ipsas scripturas interpretari datum est; suadent, inquam, nedum scripturae testimonia; verum etiam evincitur ex eo, quod saepe, et frequenter occurrunt conjiciuntur quos ad Deum ejus praecidentiò compagere oportet; quorum primo est, ut ipse mundet nos à peccatis, gratiam sanctificantem cum suis donis infundat, simulque Spiritum Sanctum innovet in visceribus nostris. Secundo est, ut nos semel justificatos faciat crescere de virtute in virtutem, quia non progredi est regredi. Tertio tandem, ut vincamus tentationes, et sic usque in finem in accepta justitia perseveremus: quae sine oratione, eaque frequenti à nobis in praesenti providentia non obtinentur, ut patet meditanti supra dicta de necessitate Orationis.

57 Et quamvis hoc communiter ab omnibus admittatur; loquendo tamen de obligatione per se tali Orationis per minimum inducta, ex ipso praecepto Orationis ex Religionis motivo nobis imposito, non ita convenit inter Doctores. Nam Salmanticenses hic Tract. 21. cap. 9. Pun. 3. S. 1. num. 17. cum nonnullis asserunt, praeceptum Orationis per se obligare in primo morali instanti usus rationis, in articulo mortis, et saltem semel in anno. Quam sententiam non probant Suarez, Castro, Lacroix, Joannes à S. Thoma, Prado, Petrus Soto, et alii quamplures graviter culpam asserentes in eo, qui per mensem ad Deum per orationem non converterit, cum singulis diebus tot occurrant tentationes, tot pericula, tria gravia evitanda, accedunt, ut divinum speciale auxilium sit ad hoc Doctorum necessarium, quod vix sine maximo periculo dicitur denegari, illi, qui per integrum mensem à Deo non postulavit.

58 Nonnulli vero alij Doctores non contenti laudata doctrina contendunt, praeceptum orandi saltem semel in hebdomada per se suam inducere obligationem, quinimo P. Lacroix cum Dicastillo q. 6 n. 8 post lib. 2 de Religione Cap. 5. num. 9 ... et aliis, ... ac certa ... orandum esse, ut ... certo orandi satisfiat. Atque tum firmant ex eo, quod nostra oratio debet esse talis ut praeciputè plurias nobis in saeculo licitis in... sint, ut non possit dici moraliter interrupta, cum semel in ... orandum. ... saltem semel in

hebdomada orat, non fit in vigore diei ejusdem orare moraliter continuata, ergo Deum.... Secundum vero eruitur videtur ex eo, quod hoc ipso festivis diebus, festis debet colere Deum in spiritu, et veritate; et adeo vacare debet ijs, et sanctis operibus, quae in Dei cultum, et honorem cedunt, inter quae maxime locum habet oratio, utpote quae est praecipuus Religionis actus. Atque videtur esse mens Angelici Praeceptoris in 4to Dist. 15 q. 4 a. 2. Quaestiun 3. dicentis =: Omnibus etiam qui Ecclesiae ministerio non fungentur, videtur ab Ecclesia determinatum tempus orandi statutum esse, cum ex Canonum statuto teneantur diebus festis divinis officijs interesse, ut ministris orantibus pro Populo suam intentionem conforment =. Haec ille Doctor, quae et maximam vim acquirunt ex ipsa fidelium timoratorum praxi, qui dubium sibi facerent, si ultra id temporis orare differrent. Haec de obligatione per se tali.

59. Loquendo vero de obligatione per accidens tali Doctores communiter sequentes assignant casus; et primo quando adest obligatio Deum gravi per mortale peccatum amissam recuperandi. 2do quando gravis adest tentatio, et periculum succumbendi. 3tio cum opus aliquod arduum, V.g. martyrium est subeundum. 4to cum mortis periculum immineret. 5to cum proximus versatur in periculo graviter peccandi, et aliunde, puta consilio, monitione, exhortatione, aliove simili modo ei succurrere non possumus. 6to cum Respublica, aut Communitas aliqua necessitate gravi sive spirituali, sive corporali premitur. His enim in casibus, et similibus quisque a Populo orare tenetur vel sub gravi, vel sub levi culpa prudentum judicio taxanda juxta gravem, vel levem casus indigentiam, et urgentiam. Quod diligenter notandum, quia respectu aliquarum particularium personarum aliunde fit esse orandi obligatio et praecipue in quatuor casibus sequentibus. et primo quando adest specialis status sive ordinis sacri, sive Beneficij; sive Religionis professio. 2do quo adest speciale votum. 3tio quando intervenit speciale pactum. et 4to cum intervenit speciale praeceptum vel superioris, vel confessario impositum. Atque haec de orandi obligatione sit.

Articulus Quartus
De Orationis efficacia.

60 Orationes nostras debito modo factas esse posse meritorias, satisfactorias, et praecipue impetratorias, uno ore docent omnes Theologi Orthodoxi. Et primum quidem constat ex eo, quod oratio nostra debito modo facta est opus honestum, et bonum in ordine supernaturali, estque actus liber, ab homine viatore emissus in obsequium ipsius Dei. Quod ad meritum de condigno sufficit. Item et fieri fit ab homine existente in gratia, et quidem etiam ex [illegible] charitatis, et tandem [illegible] si fiat ab homine [illegible] promissa est a Deo aeterna merces [illegible] de condigno meritorium aeternae vitae.

61. Secundum vero, scilicet et quod orationes nostrae debito modo factae, sint satisfactoriae pro peccatis nostris definivit Trid. Sess. 14 Can. 13. his verbis: Si quis dixerit, pro peccatis, quoad poenam temporalem, minime Deo per [illegible] merita satis-

fieri ..... jejunijs, Orationibus, eleemosijnis, et alijs etiam pietatis operibus .... anathema sit. Et ratio est, quia oratio recte facta nedum est opus honestum, laudabile, et meritorium, sed etiam penale, et laboriosum juxta illud Ecclesiastici 12: Frequens meditatio carnis est afflictio: et proinde tale est, ut si fiat animo placandi Deum, non possit non esse satisfactorium, si praesertim fiat ab existente in gratia.

62\. Jactum tandem, nimirum quod et oratio nostra debitis associata conditionibus sit impetratoria, et quidem infallibiliter, manifestum est ex ipsis scripturis, in quibus Deus promisit, se orationes nostras exauditurum. Sic Propheta Psal. 49. inquit: Invoca me in die tribulationis, et eruam te, et honorificabis me. et Psal. 90. Clamavit ad me, et ego exaudiam eum; cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, et glorificabo eum: et Christus ipse Marc. 11. Omnia quaecumque orantes petitis, credite, quia accipietis, et evenient vobis: et proinde cum ipse Deus, ut habetur 2. Timot. 2. fidelis permanet, et negare seipsum non potest, infallibiliter impetravimus, quod bene, et recte per orationes nostras ab eo postulamus. Unde S. Aug. exponens illud Psal. 65: Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam, et misericordiam suam a me: inquit: Securi de pollicitatione ipsius non deficiamus orando .... cum videris non a te amotam deprecationem tuam, securus esto, quia non est a te amota misericordia ejus. Atque hinc restat, ut exponamus conditiones, quibus nostra oratio conjuncta esse debet, ut sit infallibiliter impetratoria.

63\. Has autem exponit Angelicus Praeceptor 2.2 q. 83. A. 15. in c., quem communiter sequuntur Theologi, et sunt quatuor sequentes. Prima est, ut a Deo non petantur nisi necessaria, et conducentia ad nostram aeternam salutem. Nam in orationibus nostris a Deo petere non debemus nisi ea, quae divinae voluntati sunt conformia, et Christo Domino placita: Divina autem voluntas est, ut non petamus nisi necessaria, et conducentia ad nostram aeternam salutem, ut habetur 1. Thessal. 4. Haec est voluntas Dei sanctificatio vestra: sicuti et talium petitio tantum placita est Christo Domino juxta illud Joan. 16. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Quem locum explanans S. Aug. Tract. 102. inquit: Non petitur in nomine Salvatoris, quidquid petitur contra rationem salutis. Atque ex hoc capite reprobata fuit a Christo Domino, ut habetur Matth. 20, petitio Matris Filiorum Zebedaei petentis, ut duo filii ejus, unus ad dexteram, et alter ad sinistram sederent in Regno ejus. Non sunt ergo a Deo petenda bona sive spiritualia sive corporalia, nisi ea conducant ad nostram aeternam salutem. Quae si petantur, caeteris adimpletis conditionibus infallibiliter exaudiemur juxta illud Joan. 5: Quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos.

64\. Cavendum igitur est, ne quidquam mali, et peccaminosi a Deo in orationibus nostris petamus, quamvis solum talis petitio non exaudiatur. Sed etiam graviter peccaminosa erit esset etiam de re graviter mala, ea tamen ratione quia perjurium, et iniquitas ... de re graviter mala esset, peccatum grave ... non minorem injuriam irrogaret Deo, qui eum ... et ... peccati auctorem ... levissimi ... quam qui existimaret eum esse peccatorem ...

mendacii. Quinimo neque licet petere a Deo res spectatis omnibus in-
differentes, nisi ad finem honestum sint ordinabiles, et ordinentur, ut
docet S. Aug. in Psal. 85: inquiens: Si invocas, ut veniat ad te pecu-
nia, (V. E. excludo) Deum tibi adjutorem ponis cupiditatis, non ex-
auditorem desideriorum. Quidquid porro est, an tale peccatum sit
grave, an leve, quod eximius Suarez non audet definire.
63 Altera conditio est, ut postulata pie petan-
tur, cum fide scilicet, spe, et humilitate. Cum fide quidem, et spe, quate-
nus firmiter tenere debeamus, nos certo exaudiendos pro omni casu
quo petitio, seu oratio nostra habebit omnes conditiones, sub quibus
Deus promisit, se orationes, et vota nostra auditurum. Hocque est,
quod Christus dixit Matth. 21. illis verbis: Si habueritis fidem, et non
haesitaveritis, non solum de ficulnea facietis, sed et si monti hu-
ic dixeritis: Tolle, et jacta te in mare, fiet. Et omnia, quaecunque
petieritis in oratione credentes, accipietis: et legitur Jacob. 1. Postu-
let in fide nihil haesitans. Qui enim haesitat, similis est fluctui
maris, qui a vento movetur, et circumfertur. Non ergo aestimet
homo ille, quod accipiat aliquid a Domino. Cum ergo ad orandum
accedimus, altius insideat menti nostrae illud Apostoli Hebr. 4. Ad-
eamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae, ut misericordiam consequa-
mur, et gratiam inveniamus. Quamvis semper cum timore, et tre-
more debeamus operari nostram salutem, ut idem Apostolus mo-
net Philipp. 2., quatenus semper timere debemus, ne nostra ora-
tio a nobis fiat, sicuti oportet; et adeo defectus sit ex parte no-
stra. Deinde et cum humilitate orandum est
64 quia, ut legitur Psal. 101, Respexit Deus in orationem humilium,
et non sprevit preces eorum: et, ut habetur Ecclesiast. 35; ora-
tio humiliantis se nubes penetrabit: et missis aliis, ut dici-
tur Jacob. 4; Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.
Et de facto, ut legitur Luc. 18; Oratio Pharisaei, et aliorum, qui
in se confidebant tanquam justi, rejecta fuit.
65 Tertia conditio est, perseverantia, quia
licet non raro contingat, ut prima vice, qua postulamus, Deus vo-
ta nostra accipiat; tamen saepe fit, ut ipse velit, ut pulsemus, et
repulsemus, antequam aperiatur nobis, ut ipse Christus Luc. 11.
docuit exemplo petentis media nocte tres panes ab amico primo
renegante, ac deinde concedente, inquiens: Et si ille perseve-
raverit pulsans: dico vobis, et si non dabit illi surgens, eo quod
amicus ejus est, propter improbitatem tamen ejus surget, et dabit
illi, quotquot habet necessarios: et ego dico vobis. Petite, et
dabitur vobis, quaerite, et invenietis: pulsate, et aperietur vobis.
Unde S. Aug. Tract. 73 in Joan. inquit: Quaedam, quamvis in
nomine ejus petamus, non tunc, quando petimus, facit Deus;
sed tamen facit. Differtur enim, quando petimus, non nega-
tur. Veruntamen orantes tanquam seminantes non cesse-
mus; tempore enim suo metemus. Perseverantiam ergo in
66. orando habeamus, ut petita consequamur.
Ultima tandem conditio ad infalli-
bilem efficaciam orationis nostrae, requisita est, ut pro se ipso fiat,

ut expressa est Magnus Aug. tract. 102. in joan. inquiens =: exaudiuntur oēs pro seipsis; non autem pro omnibus exaudiuntur, vel amicis, vel inimicis suis, vel quibuslibet alijs; quia non utcunque dictum est, dabit, sed dabit vobis =. Atque id raddi fit vāo, quia nempe ij, pro quibus oramus, saepe non sunt idonei ad accipiendum id, quod pro ipsis à Deo petimus, utpote qui in peccatis sordescunt, et se dīā grāa indignos efficiunt. Hacque de causa S. Joanes Chrysostomus Hom. de Progressu Evang. carpit eos divites, qui eleemosynis preces pauperum sibi conciliant, et interim ipsi orare negligunt, ac se ad fructū percipiendum nequeunt disponere. Nihilominus tñ non est desistendū ab oratione etiam pro aliis, sed orandū pro ipsis etiam quantumcumque peccatoribus juxta illud Jacob. 5. Orate pro invicem, ut salvemini, quia, ut subjungitur: multū valet deprecatio justi assidua. Quinimo si casus erit, quod ij, pro quibus fit oratio, conentur se disponere ad emendationem suae vitae, tunc oratio nostra pro ijs facta erit infallibiliter impetratoria, ubi caeteras habeat conditiones, ut post Laymann, Reiffenstuel, et alios notat P. Lucius Ferraris.

57. His quatuor necessariis conditionibus praerequisitis ad efficaciam infallibilem orationis nonnulli addunt charitatem seu statum grāe, innixi auctoritati xti joan. 15. dicentis: Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, et fiet vobis. Et joan. 9. ubi dicitur: scimus, quia Deus peccatores non audit. Ast haec tanta non sunt, ut oporteat recedere à communi sententia, praesertim cū pluries in scripturis nulla facta distinctione inter homines justos, et peccatores, dicatur, quod omnis, qui petit, accipit, et pulsanti aperietur. Atque hinc dicendū est, illud joan. 15. intelligendū eē in sensu positivo, non exclusivo: illud verò joan. 9. intelligendum est de peccatoribus quâ talibus, qui videlicet etiam, dum orant, affectum nutriunt ad peccatū, et necessaria, vel utilia ad aeternam salutem non petunt.

58. Neque hactenus dictis obest factū Pauli, qui ut habetur 2. Corint. 12. oravit Deum utilia ad salutem, ut nempe carnis stimulis liberaretur; et tñ non obtinuit. Nam procul dubio Apostolus in oratione sua exauditus fuit, dum grām obtinuit, qua confortatus carnis illecebras superavit, et pugnando maximum meritorū cumulum sibi comparavit, ūnō forte talis liberatio minorius fuisset, et non obscurè innuunt verba illa: Ne magnitudo revelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae Angelus Satanae, qui me colaphizet. Quare factum Apostoli non est contra doctrinā nostram, quae non est, ut oratio nostra infallibiliter obtineat ea, quae licet secundū se sint bona, aut conducentia ad aeternam salutem, sunt tñ melioris, et majoris boni impeditiva. Sed jā sit

Articulus Quintus.

Quibus Orationes nostrae sint fundendae.

6[illegible] Triplici modo tñ eleum Orationes nostrae dirigi posse, docet S. Thomas 2. 2. Q. 83. A. 4. in c., et monet Catechismus Romanus Part. 4. cap. 6. num. 3. et unanimiter adstruunt oēs Theologi. Primò nempe modo, cum Deū con contingimus tanquam ad auctorem, et Dominum singularū rerum concedere omnia, quae postulamus, et liberare nos à malo, à quo petimus liberari. Secundo modo cum ad illud

nuerimus, ut tanquam habens gratiam apud Deum omnium tenorum, pro no-
bis suum patrocinium interponat, et nostri causam patrocinetur. Quomodo
si priori modo fiat difficultas, an perdere liceat orationes nostras, certum
[illegible] [illegible] esse [illegible] Deum, utpote qui solus
[illegible] [illegible]

3 ℞ 3
9 ℞ 3

1 ℞ 3
9 ℞ 3
2 ℞ 2

6 | 1 1 1
12 7 | 4 1

1 ℞ 1
℞ 3 1/2
1 ℞ 4 1/2

2 ℞ 1
1 ℞ 4 1/2
℞ 2 1/2

1 1
1 2 6

Qual nel profondo del mio cor si segga
Del commesso delitto alto dolore.

Ma quanto piangerete il lungo errore?
Fin che lo spirto queste membra regga.
Al mio cor no da voi mai non si chiegga
Tregua, o pupille, all' affannoso umore.

Vengan le notti; ed io starommi a canto
Del mio dolor, sicchè diran: costui
Or non parla, or non pensa altro, che pianto.

Occhi, io peccai, piangete; esca del petto
Sorgente a voi di pianto. Ah! se reo fui,
Perenne il pianto mio bagni il mio letto.

IN UDINE Per Antonio del Pedro CON LICENZA DE' SUPERIORI.

PEL SECONDO DISCORSO MORALE

DEL SIGNOR ABATE

GIROLAMO CONTE TRENTO

NEL TRIDUO FATTO

NELLA METROPOLITANA DI UDINE

DOPO LA DOMENICA *IN ALBIS* MDCCLXXV.

SONETTO.

» *Occhi, piangete; accompagnate il core.*
Occhi, io peccai, piangete; e fuor ſi veggà
Qual nel profondo del mio cor ſi ſegga
Del commeſſo delitto alto dolore.

Ma quanto piangerete il lungo errore?
Fin che lo ſpirto queſte membra regga.

68
24
272
136
1632
32
12

20
1 81½12

110516
81512
2914

302518
201

81512
20
16120
220
20

35
46 1

78
4
312

68
4
272

68
13^12
81512

78
15^12
93^12

81512
93^12
17^74
1 302518
204
004

100
4
424

1004
2114
12714

35
173 1
4318
30354

16058
255
108
48

18574
12314
110516
41914
302518
101010

68
78
106
282
373
79

e nos i modo, a quo … liberari. Secundo modo cum ad illud

necessitates, ut tanquam habens gratiam apud datorem omnium bonorum pro nobis suum patrocinium interponat, et nostri causam patrocinetur. Si vero priori modo fiat difficultas, cui fundare liceat orationes nostras, certum est de fide esse, eas dirigendas esse ad solum Deum, utpote qui solus est bonorum omnium sive spiritualium, sive temporalium, sive naturalium, sive supernaturalium auctor, principium, et causa, ac nullus est sive in coelo, sive in terra, qui aliquid boni habeat, aut habere possit nisi ab ipso Deo. Atque in sensu intelligendum est illud Exodi 20. Non habebis Deos alienos coram me.: et illud primae Timot. 1. Soli Deo honor, et gloria. Quare difficultas solum esse fit an secundo modo explicato liceat orationes nostras fundere, et dirigere ad BB. Virginem, Angelos, ac Sanctos, ac Beatos cum Deo felicissime in coelis regnantes. Sed ante hujus solutionem

70 Quaeres primo, an liceat orationes nostras, et supplicationes dirigere uni Personae SS. Trinitatis, quin ad alias dirigantur?

Respondeo, neququam licitum esse invocare unam SS. Trinitatis Personam cum aliarum exclusione; et proinde cum unam Personam oramus, saltem virtualiter et duas alias orare debemus. Nam cum trium Personarum una sit Deitas, Majestas, et omnipotentia, atque opera Trinitatis ad extra sint communia, et indivisa, ut fert Theologorum indubitatum principium, una Persona sine alia donare non sit, quae postulamus, et proinde nedum stulta; verum etiam injuriosa esset nostra petitio illi, vel illis Personis Trinitatis, quas a petitione nostra excludere intenderemus. Quod diligenter notandum, quia cum SS. Trinitatis Personae, licet inter se realiter distinctae, licet solliciter expresse dirigere orationem nostram ad unam SS. Trinitatis Personam, quin solliciter expresse alias nominemus, ut vel patet ex praxi, et consuetudine ecclesiae in suis collectis modo exorantis Patrem, modo Filium, et modo Spiritum Sanctum, nec non in Litaniis dicentis: Pater de coelis Deus, miserere nobis: Fili Redemptor Mundi Deus, miserere nobis. Spiritus Sancte Deus, miserere nobis.

71. Quaeres 2do, an priori modo jam supra explicato liceat orationes nostras dirigere ad Christum Dominum?

Respondeo affirmative, quia Christus Jesus est verus Deus, et homo simul; et adeo ejusdem potentiae, et Majestatis cum Patre, et Spiritu Sancto. Unde Hebraeor. 1. dicitur Adorent eum omnes Angeli ejus: et Philipp. 2. In nomine Jesu omne genu flectatur, coelestium, terrestrium, et infernorum. Sed jam ad difficultatem propositam, pro qua

72 Quaeres 3tio, an liceat confugere per orationes nostras ad BB. Virginem, Sanctos Angelos, et Beatos in coelis cum Deo felicissime regnantes, ut nos patrocinentur, et pro nobis intercedant apud ipsum Dominum?

Respondeo, nedum licitum esse, sed etiam pium, honestum, et laudabile, immo nobis utile, et salutare taliter orare BB. Virginem, Sanctos Angelos, ac Beatos, ut certa Catholica veritas tenet contra Haereticos plurimos ab Ecclesia damnatos, et ultimo in Trid. Sess. 25. in Decreto de invocatione, et veneratione Sanctorum, et sacramenta ... Mandat Sancta Synodus omnes Episcopos, et juxta Catholicae, et Apostolicae Ecclesiae usum, a primaevis Christianae religionis temporibus receptum, Sanctorumque Patrum consensionem, et sacrorum conciliorum decreta in primis de

Sanctorum veneratione, invocatione, Reliquiarum honore, et legitimo Imaginum usu fideles diligenter instruant, docentes eos, Sanctos una cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre, bonum, atque utile esse suppliciter eos invocare, et ob beneficia impetranda à Deo per filium ejus Jesum Christum, Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor et Salvator est, ad eorum orationes, opem, auxiliumque confugere: illos vero, qui negant, Sanctos aeterna felicitate in coelo fruentes invocandos esse, aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non orare, vel eorum, ut pro nobis etiam singulis orent, invocationem esse idololatriam vel repugnare cum verbo Dei, adversarique honori unius mediatoris Dei, et hominum Jesu Christi; vel stultum esse, in coelo regnantibus voce, vel mente supplicare; impie sentire. Hucusque Tridentinum, ex cujus doctrina nedum constat nostra responsio; verum etiam saltem in debitus adesse praeceptum invocationis justorum Sanctorum, ut patet ex mediocri verbo illa Sanctos aeterna felicitate in coelo fruentes invocandos esse: quae idem sonant ac haec. Debere invocari eos à fidelibus q. 83 A. 4 hac redditur ratio, quia nempe Deus nostrae aeternae salutis eum constituit ordinem, ut inferiores ad salutem perveniant implorato superiorum subsidio. Atque haec circa Sanctorum invocationem, pro cujus complemento

73 Quaeres ultimò, an nobis liceat orationes nostras dirigere ad justorum animas in Purgatorio degentes?

Respondeo, quod quamvis non desint, nec desint Theologi, qui negativam tueantur sententiam duce praefatum auctoritate Angelici Praeceptoris 2.2. Q. 83 A. 4 ad 3um, et A. 11 parte ad 3um; nihilominus tenenda est tanquam magis pietati, et persuasioni fidelium consona sententia affirmans, quam defendunt Bellarminus, Gotti, Syrus, Laymann, Petavius, et alii quamplures et immo quia non sunt convincentes rationes, quas Patroni oppositae sententiae afferunt: Non prima quidem, quod nempe animae illae Purgatorii Deum non videant, et sic non habeant medium, quo indigentias nostras cognoscant. quia etiam animae SS. Patrum in limbo degentes Deum non videbant; et tamen pro vivis Deum orabant, ut Machabaeorum 2 cap. 15. legitur de Jeremia, qui multum orabat pro populo, et universa Sancta Civitate et proinde dici potest, Purgatorii animas nostras indigentias agnoscere mediis Angelis custodibus suis etiam nostris. Non secunda, quod nempe in tormentis, et à Deo in poenis, quia à Deo non ut inimico, sed ut amico, et sponso puniuntur, [illegible] malius et aurum purgantur, atque dolor, quo afficiuntur, rationem, et judicium non perturbat. Non tertia, quod nimirum non sint in statu merendi; et proinde nec impetrandi sive pro se, sive pro aliis; quia etiam Beati non sunt in statu merendi; et tamen utiliter à nobis invocantur. Quod pro se impetrare non possint, provenit à Deo decreto, quo statuit ut nihil pro se impetrent omnia ut ad rigorem nisi à nobis juventur [illegible] decreto [illegible] non sit, ne possint impetrare pro nobis. Non tandem, quod animae illae sint nobis inferiores, et proinde [illegible] inferiores pro superiore [illegible] orare, ut, [illegible] sunt nobis inferiores ratione passionum, superiores si [illegible] [illegible], [illegible], in qua sunt [illegible] morti. Nulla ergo ratio [illegible] et [illegible] non [illegible] per orationes nostras ad illas Sanctas animas recurrere, et pro nobis Deum orare: Quod [illegible] plurimis etiam passate pro liceitate talis recursus, inter quas illa est quod

in Sancta anima grata sunt pro beneficijs acceptis ab ijs, qui pro illis orare et adhuc ferventi charitate nos amant, et ad vitam [illegible] nostram aliis, et suum suum patrocinium pro nobis susceptum quamprimum Deo placare, quorum de facto beneficia solum oratoribus [illegible] nore, ut refert S. Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 40. de animabus Defunctis, et [illegible] adhuc detentis in Purgatorio, [illegible] miracula pro hominibus adhuc in hac vita degentibus. [illegible]

Articulus sextus.

De subjecto Orationis.

74 Per orationis subjectum ij intelliguntur, qui orare possunt. ut autem scias, quinam ij sint, quaeras primo, an [illegible] orare, aut orare possit?

Respondeo, certum esse, nec Deum, nec ullam SS. Trinitatis Personam quidem orare [redacted] posse, quia oratio est actus Religionis inferioris indigentis ad superiorem potestatem concedere postulata. Deus autem, vel ulla Trinitatis Persona nec superiorem agnoscit, nec unquam rei indiget. ergo [illegible] ex quibus patet, Deum Exod. 32. Moysi dicentem: *Dimitte me, ut irascatur furor meus.* proprie non orasse Moysem servum suum, sed hoc modo locutum esse, ut videlicet ostenderet, quantum apud se valeant servorum suorum preces. Sicuti etiam constat, [illegible] Rom. 8: *ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* ita intelligendum esse, ut ipse Spiritus Sanctus efficiat donis gratiae suae, ut utiliter gemamus ad Deum nos convertendo.

75 Quaeres 2do, an Christus, quatenus homo est, in caelis orat Patrem suum pro nobis?

Respondeo, quod quamvis Ecclesia nunquam [illegible] [illegible], ut apud Patrem pro nobis orat tanquam homo et Mediator, [illegible] et misericordiam nostri, ne occasionem tribuat existimandi, [illegible] non esse verum Deum, nec posse virtute sua omnia concedere, [illegible] [illegible] [illegible] videtur, etiam nunc in caelis orare pro nobis suum Patrem, ut colligitur ex illo Joan. 14: *ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis.* [illegible] Hebr. 7. *semper vivens ad interpellandum pro nobis.* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non desint aliqui Theologi, [illegible] [illegible] [illegible] Patrem [illegible] aliud esse [illegible] continuam [illegible] Passionis, ac meritorum suorum, existimantes.

76 Quaeres 3tio, an Beati, et Sancti in caelo [illegible] felicissime regnantes orationem fundant ad Deum?

Respondeo, si loquamur de oratione, [illegible] pro nobis oratoribus, constare ex supradictis, [illegible] [illegible] Sanctos, ac Beatos in caelis existentes orare pro nobis atque [illegible] [illegible] fusa legimus in ipsis Scripturis sanctis [illegible] [illegible] oratione [illegible] facta [illegible] certum est, Beatos orare non posse pro se in ijs, quae pertinent ad essentialem beatitudinem; bene vero in ijs [illegible] accidentalem [illegible]. Atque ratio primi est [illegible], quia oratio est petitio rei non possessae, aut [illegible] amittendae, periculum adest. Beati autem vel in uno instanti possident, quidquid ad [illegible] beatitudinem spectat cum certitudine eam nunquam amittendi,

ergo &c. ... Secundò verò ratio est tum; quia Beati à Deo petere possunt, ut numerus prædestinatorum impleatur, ut sic eorum gloria accidentaliter cr[e]scat, et augeatur, tum quia petere possunt suorum corporum glorificationem. Quamvis enim sciant, illam sibi infallibiliter dandam; petere tamen illud 80
novo titulo sibi dari; vel potius, ut illa petitione protestentur, quod illam semper esse sub Dei dominio, et voluntate, quamvis illam se daturum promiserit.
77 Quæres 4tò, an animæ in Purgatorio adhuc detentæ orare possint, et de facto orent?
Respondeo, ex supra dictis jam patere, Animas illas sanctas pro nobis apud Deum orare. Unde difficultas hucusque est, an etiam pro seipsis orent? Ad quod responsio est affirmativa, et probatur ex eo, quod ex una parte licet ipsæ non sint in statu merendi, possunt tamen impetrare, seu petere à Deo, ut hominibus viatoribus jam in statu merendi existentibus inspiret eam charitatem qua moveantur ad orandum pro ipsis, cum ad hanc impetrationem status viæ non requiratur, ut patet in Sanctis multa pro nobis tam impetrantibus: ex alia verò parte multum verisimile est, quod illæ sanctæ animæ suam pænam, et miseriam agnoscentes, et suam [illegible] ratio[nem] [illegible] intensissimè desiderantes, atque sperantes talia quæ [illegible] rogant ipsi Deo. Quod certum dicit P. Sporer cum alijs.
78. Quæres 5tò, an dæmones, et damnati veram, et propriè dictam orationem facere possint?
Respondeo negativè, hocque tanquam omnino certum tenendum est, atque constat tum ex eo, quod careant fide supernaturali jam necessariâ ad veram orationem juxta illud Rom. 10. Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt: tum quia nullum ad Deum affectum habent, sed summo odio Deum continuò persequuntur. Cum quo tamen stare pôt ut aliqua à Deo, vel à Sanctis petere possint ut legitur Job 1, et 2, ubi Diabolus petivit à Deo, ut sibi permitteret tentare Job, et Lucæ 16. Dives in tormentis positus petivit, ut Lazarus ad fratres suos mitteretur.
79 Quæres tandem, an quilibet viator homo, sive justus sive injustus utiliter orare possit?
Respondeo, omnes homines viatores, dummodo fidem habeant, sive vitam sint justi, sive injusti, seu peccatores, utiliter, et salubriter orare posse, ut vel constat ex [illegible] supernaturalis [illegible] [illegible] Orationis, [illegible] [illegible] omnibus [illegible], quod non sit non esse de re utili, et conducente ad nostram æternam salutem. Unde Clemens XI [illegible] [illegible] propositionem 59 extractam ex libro Reflexionum moralium, quæ est hujus tenoris: Oratio impiorum est novum peccatum, et quod Deus illis concedit, est novum in eos judicium. [illegible] ergo orant peccatores, quicumque sint, dummodo fide [illegible] [illegible], à Deo [illegible] postulant conversionis gratiam ... [illegible] [illegible] Psal. 106. [illegible] [illegible] eloquia Dei, et consilium [illegible] irritaverunt .... clamaverunt ad Dominum cum [illegible] tribularentur, et de necessitatibus eorum liberavit eos: quia [illegible] peccatoribus non licere quotidie dicere: Dimitte nobis debita nostra. [illegible] jam patere [illegible] [illegible] et Patrem [illegible], et reprehendendam [illegible] [illegible] [illegible] orationes sive [illegible] [illegible] fiunt, et cum affectu ad peccatum: [illegible] de subjecto orationis

Articulus septimus.

De bonis per orationem petendis.

80 Bona, quæ per orationem à Deo petere possumus, alia sunt spiritualia, et alia temporalia: Et inter spiritualia quædam sunt, quæ nobis absolutè, et simpliciter necessaria sunt ad æternæ beatitudinis consecutionem, sicuti sunt Divina gratia sanctificans, fides, spes, et charitas, et aliarum virtutum opera sub præceptum cadentia, Divina auxilia actualia necessaria ad superandas tentationes, et evitanda peccata: Alia verò sunt sine quibus adhuc æterna salus obtineri potest, cujusmodi sunt donum miraculorum, gratia sanitatis, et alia hujusmodi. Inter temporalia item alia sunt, quæ sunt simpliciter moraliter necessaria ad vitæ rationalis conservationem, cujusmodi sunt sanitas, membrorum integritas, victus, et vestitus, et opes moderatæ, scientiæ, et artes, quibus necessaria ad victum comparantur, et hujusmodi alia. Quædam verò sunt, quæ ad vitæ conservationem non sunt necessaria, qualia sunt, quæ consistunt in excessu, et superabundantia, ut sunt ingentes divitiæ, magni honores, dignitates, &c. quibus notas.

81 Dico primò, bona, quibus homo abuti non potest, cujusmodi sunt bona spiritualia nobis necessaria ad æternam beatitudinem comparandam, à nobis absolutè, et adeò ne implicita quidem aliqua apposita conditione, petenda esse à Deo; ita ut illis oppositum petere nefas sit. Et ratio est manifesta, quia homo creatus à Deo conditus est ad finem, ut hîc in terris declinando ab omni peccato ei serviat, eumque laudet, benedicat, et glorificet; hisque veluti mediis ad æternam perveniat beatitudinem, certè absolutè potest desiderare æternam vitam, et media ad illam obtinendam ordinata, ut, nec se ratur Dominus ipse Deus petenti prout oportet, suam æternam salutem, et media ad ipsam conducentia, et præsertim necessaria, efficaciter velit tribuere et concedere, ut jam eam procurare per media illa, nobis servare præcipiat: Porrò id, quod nobis absolutè desiderare licet, et Deus vult efficaciter concedere et tribuere, licet etiam absolutè, et nulla adjecta conditione vel implicita petere ab ipso Deo, ut ostendit D. Aug. Epist. 162. ad Probam: ergo &c. Unde Propheta Regal sub nulla conditione intermixta ajebat: Unam petii à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini &c. Et Christus Matth. 6. instruens suos Apostolos, et in ipsis nos omnes inquit: Sic vos orabitis: Pater noster, qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum, Adveniat Regnum tuum &c.; ubi ne vestigium quidem ullius adjectæ conditionis invenitur.

82 Dico 2do per se licere à Deo petere bona temporalia nobis simpliciter moraliter necessaria ad vitæ nostræ conservationem, licet sub adjecta implicita conditione consistente in animi præparatione, qua iis carere volumus, si saluti animæ sint noxia. Est, tota jam communis sententia, quæ non obscurè colligitur ex illo Proverb. 30. Mendicitatem, et divitias ne dederis mihi; sed tantum victui meo tribue ne-

necessaria: et ex illo Orationis Dominicae: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. utpote cum haec orandi formula sine absoluta; etiam confirmatur ex praxi Ecclesiae, quae sine ulla expressa apposita conditione frequenter orat pro aeris salubritate, frugum proventu, et hujusmodi. Et ratio est, quia talia bona per se non sunt ruinae spiritualis occasio; quod quinimo inter naturales hominis perfectiones, et bona merito annumerantur; et proinde sicuti nata ipsa; ita et illa sunt per se appetibilia, et consequenter a Deo petuntur, ut citato dixit. Rd. Pissbal (?) cum 6. ostendit d. Aug.

83. Dico 3tio, bona temporalia, quae simpliciter moraliter necessaria non sunt ad vitae conservationem, cujusmodi sunt abundantia divitiarum, honores, dignitates etc. non nostra sub tali excessu licita peti absoluta a Deo; sed tantum conditionata, nempe sub conditione, quod conducant ad aeternam beatitudinem, et deserviant ad virtutum actus. Quae est mens Angelici Praeceptoris 2. 2. q. 83. A. 5, et 6. in c. Et suadetur vel ex eo, quod hujusmodi bonorum abundantia ex se multum periculosa est, ut constat ex illo Xti Matth. 19: Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in Regnum caelorum: et ex illo Apostoli ad Timot. 6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et laqueum Diaboli, et in multa desideria inutilia, et nociva, quae mergunt homines in interitum, et perditionem. Cui periculo non obviatur per propositum talibus bonis bene utendi, cum experientia teste talis, ac tanta sit hominis imbecillitas, ut propositi vel ipse cito obliviscatur. Quapropter semper erit nostrae petitioni praedictorum bonorum apponenda conditio: si nobis conducant ad aeternam vitam: ne nobis contingat, quod ajt d. Aug. tract. 73. in joan. ut videlicet Deus nobis concedat iratus, quod propitius dare non vult. Atque etiam vera sunt loquendo de bonis spiritualibus, etiam supernaturalibus, sine quibus quis vitam vere xtianam ducere nequit, et justus, et perfectus esse, ut est gratia miraculorum, sanitatis etc. haec videlicet conditionata a Deo petenda sunt, ut recte observat Laymann, cum non raro contingat, ut illis non auxiliis vel saltem sint superbiendi occasio.

84 Dico ultimo, quod quamvis nec sibi, nec aliis liceat absoluta petere a Deo mala temporalia, qualia sunt aegritudo, dolores, mors, paupertas etc.; licitum tamen est ea conditionata petere, sub conditione nempe, quod ad nostram, aut proximi salutem spiritualem conducant. Deus enim his malis physicis aliquando utitur, tum ut convertamur, tum ut peccata quae aurum in fornace purgamur, et perfecti evadamus; unde et Propheta Psal. 82. sic Deum orabat: Imple facies eorum ignominia, et quaerent nomen tuum Domine. Verum, ut monent communiter Doctores, in hujusmodi petitionibus cautio procedendum est, ne oratio nostra instantia potius, odii, vindictae et invidiae, aut livoris quam charitatis sit partus, sed ... et proinde abstinendum videtur ... animi ... modo turbatum ... At ad his sit

Articulus Ultimus.
Pro quibus orandum est.

85. Unumquemque pro semetipso orare posse, et petere à Deo sibi necessaria, et è contra, nullum dubium esse fit, ut constat tum ex praecepto charitatis, quo semetipsum diligere propter Deum tenetur, tum ex praecepto orationis pluries in Divinis litteris nobis intimato. Hinc difficultas est circa alios, ut beatos, damnatos, Animas in Purgatorio detentas, et homines viatores.

86. Quaeres itaque primò, an nobis liceat orare pro sanctis, ac Beatis in Caelo cum Deo regnantibus?

Respondeo, certum esse, pro beatis non licitum orare ipsis à Deo petendo beatitudinem aeternitatis, ejusque conservationem. Hanc enim possident cum certitudine nunquam perdendi; et proinde qui eam illis peteret à Deo, inutiliter oraret; quinimò et ipsis injuriam faceret, ut De celebrat. Missae capit. Cum Martha, Innocentius III. inquiens: Injuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre, idem est ratione consimili de aliis sanctis sentiendum. Cum quo tamen stat optimè, ut pro eorum gloria accidentali orare possimus, sicut idem Innocentius III. in laudato capit. ex multorum sententia refert, et non improbat, imò indicat, juxta illam posse intelligi aliquas orationes ecclesiae, quibus Deo sacrificium offert, postulat ut prosit sanctis ad gloriam, sicut nobis prodest ad tutelam.

87. Quaeres 2dò, an liceat orationes nostras fundere Deo pro iis, quos in damnatorum numero esse nobis constat?

Respondeo, id omnino illicitum esse, ut certa habet sententia, et habetur in Capit. In praesenti saeculo, causa 13. q. 2, et constat vel ex eo, quod pro iis nullo modo orandum est, qui precibus nostris nullo modo juvari possunt; quales certè sunt damnati, utpote in perpetuum exclusi à beatitudine, et sempiternis poenis excruciandi, ut patet ex illo: In inferno nulla est redemptio: et ex illo: Ibunt hi in supplicium aeternum. Ubi tamen notanda sunt verba illa: In damnatorum numero esse constat: quia pro iis, quos certò non constat ex hac vita impaenitentes migrasse, sub conditione vel explicita, vel etiam implicita, quod sint suffragii capaces, licitum esse orare, ostendit ecclesiae praxis, dum hujusmodi ecclesiastica sepultura donantur cum solitis exequiis.

88. Neque his obstat historia celebris, quae narratur, quomodo S. Gregorius miratus statuam Trajani imperatoris repraesentantem, quando ex equo desiliit, ut audiret querimonias viduae, petentis vindictam mortem innocentis filii sui, misericordia super clementissimo Principe commotus, ad S. Petri Basilicam penetravit, ibique tot lacrymas pro Principis salute fudit, ut sequenti nocte responsum acceperit, se fuisse exauditum. Nam licet à

nonnullis tanquam vera admittatur historia illa; quamplures
imò Moderni communiter eam inter fabulosas annumerant: im-
mò & ipsi, qui illam tanquam veram defendunt, dicunt id fac-
tum fuisse non de ordinaria, sed absoluta, et extraordinaria Dei
potentia. Ex quo jam non sequitur, pro reprobis licitã oran-
dum esse, cum ibi ipsi qui pro veritate talis historiæ stant, inter
quos sunt Joannes Diaconus, et Auctor Orationis de Fidelibus Defun-
ctis, quæ tribuitur S. Joanni Damasceno, asserant, S. Gregorium
post obtentã salutẽ Trajani monitũ fuisse, ne ulterius
pro ullo Pagano post ejus mortẽ oraret. Sed jã

89. Quæris 3tiò, an pro Animabus in Purgatorio
detentis liceat orationes, et preces fundere, ut à pœnis liberentur.

Respondeo, nos non solùm salubriter orare
pro illis sanctis Animabus; verùm etiã nos teneri preces nostras
fundere Deo pro ijs præsertim, quæ sunt nobis conjunctiores, cu-
jusmodi sunt animæ Parentum, Filiorũ, Fratrum, et Benefacto-
rum. Et quoad primã partem, quæ est de Fide, rapporsit patet
ex illo 2. Machabæorum: Sancta, et salubris est cogitatio pro de-
functis exorare, ut à peccatis solvantur: Atque in plurimis Con-
ciliis, et præsertim in Trid.° definita est, ut constat ex eius
decreto sess. 25., ubi hæc leguntur: Cum Catholica Ecclesia, Spi-
ritu Sancto edocta, ex Sacris litteris, et Antiqua Patrum tradi-
tione, in sacris Conciliis, et novissimè in hac œcumenica Synodo
docuerit, Purgatorium esse; animasque ibi detentas, Fidelium
suffragijs, potissimũ verò acceptabili Altaris sacrificio juvari,
præcipit S. Synodus &c. Unde in Canone Missæ, dicitur: Memen-
to etiam Domine famulorũ, famularumque tuarũ, qui nos præ-
cesserunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis.

90. Quoad secundam verò partem, probatur
ex eo, quod ex una parte illæ sanctæ animæ, sunt vere pro-
ximus noster, et sunt capaces, ut nostris bonis operibus adju-
ventur; et ex alia parte earum necessitas est valdè gra-
vis, imò gravissima, et talis quidem, ut à nobis viatoribus
tantũ in præsenti providentia juvari possint: Atqui ex ca-
ritatis, et misericordiæ lege, cum possimus, tenemur sub-
venire proximo nostro, præsertim propinquo, et conjuncto nobis
in tali necessitate constituto; ergo &c. Ex quibus patet ve-
rò à Concionatoribus, et Rectoribus animarũ objurgari illos, qui im-
memores vivunt defunctorum suorũ, nec vix aliquod suffra-
gium procurantes. Quod et dicendum est de ijs, qui quidem
ad aliquod tempus orant pro suis Parentibus, et post illud
recordantur bonũ putantes, jam transijsse ad gloriam: ig-
notum sit nobis tempus, quo sanctæ illæ Animæ ibi deti-
neantur; quamvis nunc universim à Theologis rejiciatur
sententia Soti existimantis Animas in Purgatorio ultra
decennium non torqueri.

91. Quæres ultimò, an pro omnibus vi-
atoribus sive justis, sive iniustis, sive fidelibus, sive infide-
libus nobis orare liceat; imò etiam teneamur quandoque
reamur?

Respondeo affirmative quoad utramque partem. Et quoad liceitatem constat ex illo Apostoli 1. ad Timot. 2: Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus..... Hoc enim bonum est, et acceptum coram salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri: Quoad obligationem vero patet ex illo Jacob. 5: Orate pro invicem, ut salvemini: et Math. 5: Orate pro persequentibus, et calumniantibus vos. Et ratio est, quia vi praecepti divini charitatis debemus bona spiritualia, et praesertim aeternam beatitudinem exoptare, et pro nostris viribus procurare cuilibet nostro proximo, eumque adjuvare, ubi aliquam patitur indigentiam praecipue spiritualem. Quam certe quisque patitur, et nos per orationes nostras levare possumus; ergo &c. Unde Xtus instruens nos orare non docuit ut diceremus: Pater meus: Panem meum: sed: Pater Noster: Panem nostrum. Quod tamen optime componitur, ut quis possit aliquando saltem in particulari orare pro se aut pro amico, vel inimico, conjuncto, vel extraneo &c. hocque quidem exemplo Xti, qui non solum oravit pro omnibus, sed etiam pro discipulis suis in particulari; quinimo, et pro solo Petro.

92. Neque his obstat illud Jerem. 7. Noli orare pro populo hoc: et illud 1. Joan. 5: Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis: sicuti non obest, quod plures esse inter viatores certo scimus, qui in numero reproborum erunt; et proinde quod oratio pro illis facta sit inutilis; adeoque omittenda. Nam

93. Quod ad Jeremiae textum attinet, Deus ipsi non prohibuit, ne pro Populo oraret in bonum spirituale ejusdem; sed ne oraret pro avertendis ab eo temporalibus miseriis, quae eidem efficaci Dei decreto praeparatae erant. Vel etiam forte neque hoc prohibuit Deus, sed solum talibus verbis usus est ad ostendendam suam magnam indignationem, ut sic excitaret Prophetam ad magis, et magis orandum, ut exponit Salmat. Textum vero S. Joannis, in quo est sermo de impoenitentiae finalis peccato, ita exponit Cornelius à Lapide, ut jam non prohibeatur oratio pro tali peccatore; sed ut orans pro eo non promittatur, quod adeoque petit, sit impetraturus.

Ad ultimum autem dicendum est, nefas esse, à communibus nostris orationibus aliquem tanquam reprobum excludere, cum de nullius salute omnino, dum vivit, sit desperandum, ut docet S. Aug. lib. de Corrept. et grat. et de facto plures, qui erant maximi peccatores, ante mortem conversos legimus; unde sicuti nemo quantumvis maximus peccator, cessare debet ab oratione pro se; ita neque pro aliis, sicuti docet S. Aug. lib. citato Cap. 15: inquiens: Nescientes quis pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, ut omnes velimus salvos fieri. Et ex his de oratione generatim dictis sit

Caput quartum.
De Horis Canonicis.

Nihil antius, et utilius divino officio excogitari potest ad Deum laudandum, eique gratias agendas, mentem illuminandam, et voluntatem in Dno amore inflamandam, cum ex eo, quod illud plenum est verbis à Spiritu Sancto dictis, sanctorum Patrum sententijs, et exemplis, et tam admirabili ordine compositum, ut vel ex eo facilè colligi possit, Spiritu Sancto specialiter inspirante compositum. De hac ergo tam praeclara oratione, praesertim quod attinet ad ejus privatam recitationem, modo dicendum est, et ut clariori, ac planiori methodo, qua possumus, id pertractemus, primo dicam de ejusdem natura, et partibus, et praecepto: 2do de Personis ad talem recitationem obligatis: 3tio de qualitate Officij recitandi: 4to de loco, et tempore, quo recitandum est: 5to quomodo debeat recitari: 6to de genere talis obligationis: 7mo de causis à recitatione excusantibus; et ultimo de poenis non recitantibus appositis. Sit itaque

Articulus primus.
De natura, partibus, et praecepto divini Officii.

95. Officium, de quo modo dicturi sumus, aliquando, ut in cap. Volentes, de celebrat. Missarum, dicitur Officium divinum, quia nempe ad Dei cultum est institutum: aliquando, ut in Clement. 1. de celebrat. Missarum, vocatur Officium ecclesiasticum, quia nomine Ecclesiae persolvitur: aliquando appellatur officium canonicum, et Horae canonicae, quia certis horis juxta sacrorum canonum praescriptum debet recitari: aliquando appellatur Breviarium, quia est breve compendium, et admirabile veteris, et novi Testamenti, Patrum sententiarum, et vitae sanctorum: et alijs nominibus aliquando dicitur Orarium ab orando, quia magna ex parte constat varijs precibus, seu petitionibus factis ad Deum, ijsque potissimum Deum oramus, et invocamus per ipsum, et cum Laijmann lib. 4. Tract. 1. Cap. 2. definiri potest hoc modo: Horae Canonicae sunt publicae, et statutae preces ex sacris canonum decreto ab ecclesiasticis Personis nomine Ecclesiae ad Deum persolvendae. Quae definitio per se patet.

96. Divinum Officium ità sumptum primo dividitur in Nocturnum, et Diurnum, ut ex sacris Canonibus, et nominatim citata Clement. 1, et citato Canit. Volentes patet, ubi [illegible] dicitur: Praecipientes, ut divinum officium nocturnum pariter, et diurnum, quantum eis Deus dederit, studiosè celebrantes ac devotè. Nocturnum est Matutinum, cui juxta morem Romanae Ecclesiae, adduntur Laudes, et ità appellatur, eo quod de nocte olim celebrari consueverit, et adhuc apud plures Religiosos celebratur. Diurnum verò sunt reliquae partes

Officij; atque ita vocantur, eo quia de die et persolvuntur, et persolvi semper consuevit.

Integrum autem divinum Officium, prout nempe amplectitur et nocturnum, et diurnum, a nonnullis Doctoribus dividunt ad Matutinum, et Laudes tanquam in duas partes, seu horas, eo quia Matutinum, et Laudes habent distinctos hymnos, et inchoantur a versiculis illis: Domine labia mea aperies: et Deus in adjutorium meum intende, sicut inchoantur reliquae horae; et quia antiquitus Laudes dicebantur separatim a Matutino, et nunc in Nocte Nativitatis Domini dicuntur, interposito Sacrificio Missae, inter quod, inquam, divinum Officium dividunt in octo partes, nempe in Matutinum, Laudes, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperas, et Completorium. Quae tamen divisio communiter ab alijs rejicitur, dum volunt Matutinum, et Laudes unicam horam constituere; et proinde numerum Horarum canonicarum numero septenario includunt, juxta illud Psal. 118. Septies in die laudem dixi tibi. Qui septenarius numerus (subjungit Concilium Agathense relatum in Capit. 1. De celebrat. Missarum) a nobis impletur, si Matutini, Primae, Tertiae, Sextae, Nonae, Vesperae, et Completorij tempore nostrae servitutis officia persolvamus. Nam de Nocturnis vigilijs idem ipse Propheta ait: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Ergo his temporibus laudes Creatori nostro super judicia suae justitiae referamus. Atque ratio insuper est, quia unica Oratione terminantur Matutinum, et Laudes, et initio Laudum non dicitur Oratio Dominica, sicuti fit in omnibus alijs Horis, atque insuper separatio Matutini a Laudibus in nocte Nativitatis Domini non fit ergo ad multiplicitatem horarum, sicuti de facto Nocturna Matutini olim dividebantur, licet non essent horae inter se distinctae.

Hujus vero septenarij numeri Horarum rationes congruentias assignat Glossa in citato Capit. 1. De celebrat. Missarum Verb. septenarius, quia nempe septem sunt dona Spiritus Sancti, septem sunt dies saeculi, id est quibus completa fuit Creatio Mundi, septem sunt aetates, quibus completis finietur mundus, septem sunt Psalmi Poenitentiales, septem sunt Diaconi; septem sunt candelabra; septem sunt petitiones Dominicae Orationis; et praesertim septem sunt praecipua Dominicae passionis mysteria, in quorum proinde commemorationem septem Horae canonicae recitantur juxta illos vulgatos versiculos a Glossa citato loco relatos, nimirum sequentes.

Haec sunt septenis propter quae psallimus Horis.
Matutina ligat Christum, qui crimina purgat.
Prima replet sputis. Causam dat Tertia Mortis.
Sexta Cruci nectit. Latus ejus Nona bipertit.
Vespera deponit. Tumulo Completa reponit.

His autem ita expositis circa naturam, et partes divini Officij, quaeres, an Ecclesiasticis Personis sit praeceptum sub gravi obligans ad Horas canonicas recitandas, et an illud sit divinum, an ecclesiasticum?

Respondeo, circa primum nullam esse difficultatem, cum pene omnes certum sit, tale dari praeceptum, et quidem sub gravi obligans, ut ex infra dicendis etiam constabit. Quare so-

in dubium esse fit, an illud sit divinum, an ecclesiasticum tantum. Divinum quidem esse volunt Panormitanus, Angelus, Tabiena, et apud Bonacinam hic Disp. 1. Quaest. 1. Punct. 2. num. 1. ex his praeceptionibus, et primo quia non constat de tempore, quo ab ecclesia horae canonicae fuerint institutae; 2do quia de illis mentio fit in sacra Psal. 118. verbis illis: Septies in die laudem dixi tibi; et 3tio quia passim appellantur Officium divinum.

100 Verum his non obstantibus Bonacina loco cito cum Bellarmino, Filliucio, Suarez, Azorio, et alijs, quos sequitur Castropalaus, vult tale praeceptum esse mere ecclesiasticum, licet quoad substantiam Officij loquendo, antiquissimum, et jam à tempore Apostolorum suam trahens originem, ut colligitur ex illo Actor. 3: Petrus et Joannes ascendebant in Templum ad horam orationis nonam: et ex S. Clemente Papa 1. lib. 8 constitutionum Apostolicarum Can. 34 ibi expresse dicente: Precationes facite mane, hora tertia, sexta, et nona, et vespere, atque ad Galli cantum. Suam autem sententiam probat tum ex eo quod neque ex scripturis, neque ex ecclesiae traditione neque ex SS. Patrum testimonio colligitur, canonicas preces jure divino esse institutas; tum ex eo, quod communiter appellantur canonicae, quia per sacros canones praescriptae, et institutae sunt ad laudandum, et colendum Deum exemplo Davidis, qui septies in die laudem dicebat Deo. Atque hinc ad rationes oppositae sententiae respondet et ad primam fatetur, non constare de tempore, quo divinum officium quoad formam, et ordinem, et dispositionem, qua nunc recitatur fuerit inchoatum; secus vero, si sermo sit de eodem officio quoad sui substantiam. Ad 2dam vero dicit, factum Davidis exemplum esse, non praeceptum importare, quia sancti Reges omnes tenerentur, divinum officium recitare. Ad 3tiam vero respondit, horas canonicas nominari officium divinum, non quia de eodem recitando extet praeceptum divinum, sed quia institutum est ad cultum divinum.

101. Atque hinc idem Bonacina cum Filliucio et alijs pluribus infert, summum Romanum Pontificem posse dispensare cum clerico sacris initiato, vel cum beneficiato circa obligationem recitandi divinum officium, etiamsi aliud onus non injungat, quia nimirum summus Pontifex dispensare valet per se in lege mere ecclesiastica, qualis est ex dictis lex de recitando officio in clerico, aut beneficiato. Quod tamen dici non potest de quolibet inferiore ipso Romano Pontifice, quia in jure communi, et universali totius ecclesiae, solus Romanus Pontifex dispensare valet non alius, nisi delegatus ab eodem summo Pontifice fuerit. Sed jam sit

Articulus secundus.

De Personis obligatis ad Divinum Officium recitandum.

Obligatio horas canonicas recitandi ex praescripto ecclesiae, triplici ex capite oritur; et primo ex Ordinis sacri susceptione, 2do ex beneficio ecclesiastico, et 3tio ex Professione Religiosa choro addictae. Atque de his singulis modo separatim dicemus.

§ 1 De Obligatione ex Ordine sacro.

102 Cum quaestio sit, an proprius Episcopus obligare possit clericos suos in minoribus tantum Ordinibus constitutos, de quo in utramque partem disputant Doctores? Illud tamen tanquam omnino certum tenendum

et, attento jure communi eos non teneri per ipsam in tali sumptionem Ordinum ad canonicarum horarum recitationem, ut vel ipsa praxis ostendit, quamvis ex decentia, et honestate multo magis, quam Laici deberent orationi, utpote qui in sortem Domini vocati sunt. Unde restat, ut ostendamus, an praeceptum de recitandis Horis canonicis extendatur nedum ad Presbyteros, verum etiam ad Clericos ordinibus sacris initiatos, Diaconos scilicet, et Subdiaconos. Et pro hoc

Dico, omnes, et singulos Presbyteros, et Clericos sacris Ordinibus sponte initiatos, etiamsi beneficiati non sint, sub mortali teneri ad divinum Officium sive in choro, sive extra Chorum recitandum. Est communissima sententia, quae e pluribus probatur ex variis Canonibus, ut ex Capit. Presbyter. de celebrat. Missarum, et ex Capit. Dolentes, eodem Titulo et ex Capit. Si quis Presbyter, Dist. 92. Verum cum primum Capitulum exponatur de Presbytero Rectore ecclesiae, et non de Diacono, et Subdiacono, duo vero posteriora non de privata, sed publica recitatione; et adeo de Clericis choro obligatis loquantur, iis omissis, suadetur ex Concilio Basileensi sess. 21. quod, ut notat Vasquez, Continuator Tournely, et alii, ante schisma fuit celebrata, sub titulo Qualiter extra Chorum horae canonicae dicendae sint § Quicumque sic decreta: Quicumque alibi beneficiatos, seu in sacris constitutos, cum ad horas canonicas teneantur, admonet haec sancta synodus etc. Quae sane verba clare supponunt, ante id temporis tale praeceptum fuisse aut in aliis juribus fundatum, aut in antiquissima consuetudine tam in Occidentali, quam Orientali ecclesia recepta, ut videlicet nedum Presbyteri omnes, verum etiam Clerici in sacris Ordinibus constituti quotidie horas canonicas recitarent, quae consuetudo certe vim legis habet ex Capit. Cum dilectus, de consuetudine: ergo etc. Dixi primo omnes, et singulos, quia tenentur sacris initiati ad dictam recitationem teneantur, etiamsi sint suspensi, interdicti, excommunicati, aut etiam degradati, et depositi; quia ex una parte verum est, eos jam contraxisse obligationem horas canonicas recitandi, et ex alia parte nullo privilegio eximuntur a tali onere, et obligatione recte contracta, aut alterius generis ecclesiastica contracta, quinimmo Ecclesia licet nolit praepositum et communicandum ejus nomine orare, et suum Officium exercere, non intendit tamen aliquod commodum eis conferre, quia sacris ex sua improbitate commodum reportarent, quod est contra utrumque jus, canonicum nempe, et civile. Quam doctrinam communiter Doctores extendunt ad Clericos damnatos ad Carceres, et ad Triremes, et Captivos apud Infideles, nisi ob impotentiam excusentur, aut ex recitatione Divini Officii periculum vitae immineret, aut aliud simile contingeret. Quamvis loquendo de damnatis ad Triremes, atque de Captivis apud ipsos Infideles, et quibus Ferraris Verb. Officium Divinum num. 23 testatur, et valde probabile opinatur, cum sacra Congregatio Concilii die 13. Augusti 1707, et die 18 Augusti 1708, et die 13 Decembris 1719 noluit decidere, utrum damnatus ad Triremes teneatur recitare divinum officium, immo neque Clemens XI, cui sacra Con

gregatio tale dubium solvendum reservaverat, ut ex Usaja notat idem Ferraris. Quod si dicendum non est de Clerico in sacris constituto, qui, Summo Pontifice dispensante, duxit uxorem, nec etiam a recitatione Officii fuerit dispensatus, quia dispensatio, pote odiosa, stricte est explicanda.

105. Dixi 2do. Sacris Ordinibus sponte initiatos, quia si quis non sponte, sed omnino coacte ordinatus fuisset, non teneretur divinum officium recitare, nisi postmodum ordine suscepto voluntarie uteretur, quia nempe gravis obligatio, qualis est onus recitandi horas canonicas invito imponi non fit; nisi voluntarie inde consentiat in eam, ut fieret, ubi libere suscepto ordine uti vellet. Quod idem dicendum est de Ordinato ante pubertatem, ut satis communiter notant Doctores.

106. Dixi 3tio: In Choro, sive extra Chorum, ut indicarem, Clericos satisfacturos suae obligationi in ordine sacro suscipiendo contractae, sive accidat, ut in choro cum aliis, sive extra Chorum, privatim [vel solus, vel cum socio alternatim] attente, et devote, et debito tempore horas canonicas persolvant, ut ipsa praxis comprobat.

107. Sed Quaeres, an Subdiaconus teneatur recitare totum officium ea ipsa die, qua ordinatur?

Respondeo, post propositionem ordine 5tam inter damnatas ab Innocentio XI. quae est: Qui non potest recitare Matutinum et Laudes, potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem: rejiciendam esse sententiam Gaudii existimantis, Subdiaconum probabiliter ad nullam divini officii partem die suae ordinationis teneri; sicuti et rejiciendam esse sententiam illorum, qui volunt, Subdiaconum tali die ad totum divinum Officium recitandum teneri; et proinde cum communi sententia dicendum esse, Subdiaconum die suae Ordinationis obligari tantum ad recitandam eam divini Officii partem, quae correspondet tempori, quo insignitur Ordine sacro, et proinde si ejus Ordinatio completa est hora tertia, Officium pro tali die assignatum ab hora tertia incipere debet; non autem tenetur recitare Matutinum, Laudes, et Primam. Ratio est, quia tota obligatio recitandi horas canonicas in Subdiacono est ab Ecclesia Ordinatione, et Ecclesia variis diei partibus assignans suas partes Officii [illegible] postulat, ut qui primo suscipit Breviarii recitandi onus, exsolvat eam Officii partem, quae correspondet tempori, quo idem onus subit; et proinde non retrotrahit suam obligationem ad tempora praecedentia, quibus nondum habebat condicionem obligationis, [illegible] retroactivam, nisi id [illegible] expresse declaratum. [illegible] non urget paritas [illegible] a Sacerdote, qui mane non recitavit Matutinum, et [illegible] enim tenetur resumere illud, et illas recitare, quia [illegible] tempore, quo recitatio fieri debebat, jam tenebatur recitare, et [illegible] non est [illegible] tempus ab Ecclesia assignatum pro [illegible] quo quis omiserit suae satisfacere obligationi.

108. [illegible] de Subdiacono qui ante [illegible] Ordinaretur, totum recitavit Officium assignatum pro ea die, qua Ordinatur.

Respondeo, circa hoc dissidere Doctores, [illegible] nihilominus in praxi tenendam censeo sententiam asserentem;

talem subdiaconum suæ obligationi non satisfecisse, et proinde teneri repetere partem officii suæ obligationi correspondentem. Atque ratio est, tum quia non fit esse actus satisfactorius, et obedientiæ, qui exercetur, antequam sit contracta obligatio, et debitum, ac praeceptum sit impositum, tum quia Officii recitatio, quam ecclesia a subdiacono exigit, ejusdem nomine persolvi debet, talis autem non fit a recitatione facta **ab initiando**, antequam ordinetur subdiaconus, cum minister ab ecclesia deputatus fiat per ipsam Ordinationem; ergo &c. Ex quo proinde patet, non urgere paritatem petitam ab eo, qui mane communicavit, aut audivit sacrum in loco, ubi non erat festum de praecepto, et deinde venit in patriam suam ante meridiem, ubi est festum de praecepto, et adhuc sacrum celebratur, aut vespere incidit in periculum mortis; quod videlicet iste non teneatur denuo sumere sacram eucharistiam, et iterum sacrum audire, sicuti etiam patet, non urgere, quod tempus assignatum pro recitatione divini officii sit a puncto mediæ noctis ante mediam noctem **consequentem**; quia videlicet nullo modo efficitur, quod clericus antequam ordinetur, horas recitet nomine ecclesiæ; licet de audiente Missam verificetur, quod attente, et devote audiat sacrum, et de mane communicante, quod tempore morti vicino sancte, et religiose sumat sacram eucharistiam: quod sufficere videtur ad satisfaciendum praecepto missæ audiendæ, et praecepto communicandi in periculo mortis, ubi vere tantum, quod praeceptum urget, praestatur. Sed jam

Quæres 2do, an clericus teneatur recitare septem Psalmos Poenitentiales, Litanias, Nocturna, aut alias preces, quas in sua Ordinatione semel, aut bis recitandas ei injungit Episcopus?

Respondeo, teste Palao, omnes Doctores fateri, praedictos clericos sub levi aliqua obligatione ad id teneri. Unde difficultas solum est de obligatione gravi, ubi preces injunctæ sacrum ... quæ ob se gravis materia sunt: Atque in hoc variant Doctores. Quamvis amplectenda videatur sententia gravem asserens obligationem, prout tenet Bonacina, et Sirboldus cum Suarez, Azorio, Laymann, et pluribus aliis, quia namque tale praeceptum est conforme statui clericali, et episcoporum potestatem non excedit, et est juxta praescriptum Pontificalis Romani tales preces mandantis eo modo, quo alias ceremonias peragendas praecipit. Atque hæc de clericis, modo sit.

§. 2. De Obligatione ratione Beneficii.

Beneficiatos omnes, etsi sacris ordinibus non initiatos, sub gravi teneri ad recitandum divinum officium, seu horas canonicas, Doctores probant ex variis juris textibus, et praesertim ex cap. Gravis, de celebrat. Missarum, et ex cap. Quia per ambitiosam de rescriptis in 6, et certum est ex Concilio Lateranensi V sub Leone X. Sess. 9. ubi sic decernitur: Statuimus, et Ordinamus, ut quilibet habens beneficium cum cura, vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio divinum officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus suos non faciat pro rata omissionis &c. Quod decretum confirmans, et expli-

cans S. Pius V. in Constitut. incipiente Ex primó subjunxit: Item si (Beneficiatus) qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusaverit, grave peccatum intelligatur commisisse. Quare solum dubium esse fit, quid veniat nomine beneficij ecclesiastici, cui obligatio illa horas canonicas recitandi est annexa. Unde pro hujus solutione

111. Queres, primó, quid nomine beneficij ecclesiastici in praesenti intelligatur?

Respondeo, nomine Beneficij ecclesiastici venire Episcopatum, Abbatiam, Archipresbyteratum, Rectoriam, Canonicatum, Dignitatem, Praeposituram, Parochiam, et similia; quae de hoc nullus dubitat, esse verè beneficia ecclesiastica. Sed de Praestimonijs, Capellanijs, Vicarijs, Pensionibus, Commendis, et Coadjutorijs solùm aliqua dubitatio esse potest, an scilicet veniant nomine beneficij ecclesiastici; et adeò an talia possidentes teneantur ad pensum horarum canonicarum? Pro quo

112. Queres 2dó, quid sint Praestimonia, et an ea obtinentes teneantur ad divini officij recitationem?

Respondeo, Praestimonia esse portiones quasdam ex beneficij fructibus deductas, et Adolescentibus assignatas, ut in studijs sustententur, ut sic eruditi tandem possint ecclesiae deservire. De hoc autem provisos, sive ea sint verè, et propriè beneficia, sive non sint, de quo à nonnullis dubitatur, teneri ad horas canonicas recitandas, constat ex citata Constitutione S. Pij V. ita decernentis: Declarantes, Praestimonia, praestimoniales portiones, et qualiacumque alia beneficia, etiam nullum omninó servitium habentia obtinentes, cum praedictis pariter comprehendi. Quae verba cum sint indefinita non sunt limitanda, cum nonnullis apud Laijmann Lib. 4. De ecclesiasticis Beneficijs Cap. 5. num. 5. ad obtinentes Praestimonium in titulum perpetuum; et proinde dicendum est, taliter provisos de Praestimonijs etiam ad tempus, v.g. usque dum ad sacerdotium fuerint promoti, aut studiorum cursum perfecerint, teneri ad horas canonicas recitandas. 14

113. Queres 3tiò, an possidens Capellaniam sit ad horas canonicas recitandas obligatus?

Respondeo, pro hujus solutione adnotandum esse Capellaniam aliam esse collativam, et aliam non collativam, seu temporalem, dictam etiam manualem. Capellania collativa ea est, quae Episcopi auctoritate erecta est; et ab ipso confertur licet, 25.
amplè ex laicorum patrimonio sit instructa, ac ipsis nominatio seu praesentatio sit reservata. Atque de hoc Capellaniae genere provisus utpote possidens verum beneficium ecclesiasticum, quod nempe confertur ab episcopo Personae ecclesiasticae et ad officium ecclesiasticum, tenetur divinum officium recitare, quidem per semetipsum ut constat ex hac ordine 21 ab Alexandro VII damnata propositione: Habens Capellaniam collativam aut quodvis beneficium ecclesiasticum, si studio litterarum vacat, satisfacit suae obligationi, si officium per alium recitat. Quod tenendum est etiam pro eo casu, quo haec Capellania non est perpetua, sed ad nutum amovibilis, ut notat Lacroix

hic Tract. 7. Disp. 2. Dub. 1. §. 2. num. 3. cum Azorio, Garzia, Suarez et alijs, quia pro tempore, quo quis talem possidet capellaniam, habet verum jus percipiendi fructus illius; et ideo debet habere et onus recitandi officium, ut qui sentit commodum, debeat sentire et onus, et insuper hoc quod est ad perpetuum, ut notat Laijmann, est differentia tantum accidentalis beneficio, cum beneficia ecclesiastica per Papae voluntatem, vel immemorialem consuetudinem, possunt fieri temporalia, seu ad nutum amovibilia. Hocque idem dicendum pro casu, quo talis capellania conferretur puero ante pubertatem, hunc scilicet ad horas canonicas per semetipsum obligari, ut constat ex propositione damnata modo relata, nisi forte cum eo à summo Pontifice fuisset dispensatum, quamvis interim satisfaciat per alium in Missis dicendis, quia obligatio ad has non est annexa essentialiter personae Beneficiati. Secus vero dicendum de proviso de capellania non collativa, sive ad tempus, sive in perpetuum, de capellania nempe, quae in titulum non datur à Praelato ecclesiastico, sed à Laico confertur cum onere tot sacra quotannis celebrandi, doctrinam Christianam docendi, pueros instruendi etc. Hic nempe non tenetur ad divinum officium recitandum, nisi forte talis capellaniae institutor expresse ponat in fundatione talem obligationem.

14. Quaeres 3tio, quid sentiendum sit de obtinentibus Vicariam?

Respondeo primitus notandum, Vicarios alios esse, qui, congrua redituum beneficialium portione ipsis assignata ab Episcopo, aut alia ecclesiastica persona, cui tale jus competit, investiuntur, et praeficiuntur ecclesiae Parochiali unitae, et annexae Cathedralibus, Collegiatis, seu alijs ecclesijs, vel Monasterijs, Collegijs, aut alijs pijs locis, ut in eadem praestent ea, quae ad Animarum curam pertinent, vel titulo perpetuo, vel etiam non perpetuo, prout ab initio institutionis melius visum fuerit Ordinarijs, ut decernit Trid. Sess. 7. Cap. 7. de Reformatione: Alios vero esse Vicarios, qui aut praeficiuntur ecclesiae vacanti, usquedum de legitimo Pastore providetur; aut praeficiuntur ecclesiae non vacanti ob aliquam justam causam, v.g. ob absentiam, infirmitatem, graves occupationes, suspensionem beneficiati, item et ob ejusdem ingressum in Religionem, durante tempore novitiatus. His autem positis

Dico, Vicarios primi generis vi Vicariae, quam obtinent, teneri ad horas canonicas recitandas, ut tenet satis recepta sententia, et constat ex capite Postulasti, de Rescriptis, ubi dicitur, quod talem Vicariam obtinens non debet dici carere beneficio. Et ratio est, quia taliter provisus habet jus percipiendi fructus beneficiales propter officium ab ipso praestitum, aut praestandum. Loquendo vero de Vicarijs secundi generis Salonius, Laijmann, Suarez, et plures alii docent, illos non teneri vi talis Vicariae, si unum, vel alterum casum excipias, quia tales Vicarii nullum jus, seu titulum beneficij habent, sed meram administrationem et custodiam ad tempus, et propterea nullo modo beneficiati dici possunt; et ideo vi talis Vicariae non obligantur ad horas canonicas recitandas, si unum vel alterum casum excipias, ut dixi; inter quos casus P. Paulus Laijmann enumerat sequentes:

et primo ubi quis specialiter deputatus esset ad canonicum officium vice alterius in choro canendum: 2do si Vicario plena administratio beneficij cum consensu, et auctoritate Episcopi, tantum ad tempus, vel cum potestate amovendi, committeretur, puta si ubi commendetur Ecclesia, donec beneficiatus puer, aut [illegible] se orare non sit addiscat, aut si Parocho, qui ob incurabilem [illegible] infirmitatem beneficio nullo modo consulere possit, Vicarius seu Coadjutor ab Episcopo deputetur tali modo, ut ipse habeat administrationem beneficij etiam in temporalibus, et solum aliquam congruam portionem Parocho infirmo relinquere debeat. His enim tribus casibus, aut similibus tales vicarias certe ea saltem conditione committi jure censentur, ut ad eum pertineat praestare omnia officia, quae a principali praestari tenentur, inter quae non ultimum locum obtinent horae canonicae [illegible] [illegible] citato loco cum Abbate, et Suarez et alijs quamplurimis.

12 Quaeres 4to, quinam dicantur Pensionarij, et an isti divinum Officium recitare teneantur.

Respondeo in primis, quod ad nomen attinet, pensionem esse certam quotam reddituum beneficialium solvendam ab eo, qui obtinet, et possidet beneficium, vel in subsidium resignantis beneficium, vel ob aliam causam. Atque hujusmodi pensio alia est laicalis, et alia clericalis. Laicalis est, quae ob ministerium temporale, seu laicale confertur, puta pro organis pulsandis, pro aperiendis aulaeis, fornicibus, pro horologio gubernando, pro pueris docendis sive in cantu, sive lingua latina, seu alijs de causis: Atque haec etiam laicis conferri [illegible]. Clericalis autem est, quae auctoritate superioris ecclesiastici justis de causis concedi solet clericis, ipsisque ecclesiasticae [illegible] sit [illegible] is, cui confertur, saltem clericali tonsura [illegible] initiatus. Immo vero loquendo de pensione laicali, certum est horas minores, de qua praemisso, ad horas canonicas aut alias [illegible] persolvendas, non teneri: loquendo vero de [illegible] pensionem clericalem pariter certum est [illegible] teneri ad recitandum Officium parvum B. Mariae Virginis in supracitata constitutione. Et primo decrevit S. Pius V [illegible] quicumque pensionem, fructus, aut alios res [illegible] [illegible] modo praedicto dicendum Officium parvum B. Mariae Virginis [illegible] obligatum, et pensionis [illegible] amissioni obnoxium. Quae tamen [illegible] [illegible] ut Clericus pensionarius [illegible] [illegible] pro eo eam, quae locis Officij Parvi B. Mariae [illegible] Officium canonicum velit recitare, quia S. Pius V. mandans Pensionarijs recitationem praedicti Officij parvi B. Mariae [illegible] [illegible] ad orandum [illegible] a [illegible] mens, [illegible] est recitandi Officium canonicum. Quod et [illegible] est pro eo [illegible] [illegible] ratione Ordinis sacri [illegible] horae [illegible] tenerentur, satisfacit namque utrique [illegible] [illegible] recitatione, ut advertit Bonacina [illegible] [illegible], [illegible] et alijs, et patet ab exemplo plurium [illegible]

ompatibilia obtinentis. Quinimo, ut advertit Pelaez cum Garzia et alijs, Pensionarius qui sacris initiatus non est, si afficiatur [illegible] et Ordinis Militaris, cum indulto retinendi pensionem, satisfaciat suae obligationi, si orationes Dominicas et Angelicas à ea Religione praescriptas recitet, et proinde officium parvum B. Mariae Virginis recitare non tenetur, quia nempe S. Pius V. solum voluit obligare ad dictum Officium B. Virginis eos pensionarios, qui alias ad [illegible] illos suos proventus nomine ecclesiae, [illegible] obtinent [illegible]. Quaeres 5to, an obtinentes Commendam ad Divinum officium recitandum teneantur.?

Respondeo, habentem Commendam perpetuam, seu titularem censendum, et enumerandum esse inter provisos de beneficio ecclesiastico; et proinde ad horas canonicas recitandas teneri. Nam licet talis Commenda non sit proprie beneficium ecclesiasticum; talis tamen commendatarius subire debet omnia onera, et obligationes annexas beneficiato, cum habeat etenim jus percipiendi fructus beneficiales, et ipsi commendatur ecclesia, et illius beneficium, ut omnia illius onera subeat in perpetuum, seu ejus vita durante; et proinde quoties [illegible] variis beneficijs commendatis [illegible], ut constat ex Trid. Sess. 24. cap. 17. de Reformat., ubi quis prohibetur habere plura beneficia, etiam commendata. Hoc tamen ut optime intelligas, adnotabis, commendam esse titulum, quo alicui committitur custodia ecclesiae, et jurium illius. Hujusque duplex est, antiqua nempe, seu temporalis, et moderna, seu perpetua. Commenda antiqua, seu temporalis est, qua quis ad certum tempus praeficitur ad custodiam ecclesiae, ejusque administrationem, donec de idoneo Rectore provideatur. Et hujusmodi olim erant commendae, quibus [illegible] vacantibus ecclesijs Curatis providebant, ne animae detrimentum paterentur, et ecclesiae jura ab alijs usurparentur, cum interim de novo Rectoris electione provideretur ab eo, ad quem spectabat. Ast hujusmodi Commendae, omnino jam non habent locum, cum nunc in ecclesijs Curatis vacantibus debeant deputari Vicarij, seu Oeconomi juxta formam ab eodem Trid. praescriptam Sess. 24. cap. 18 de Reformat. Quos jam non teneri in talis Vicaria aut Oeconomia ad horas canonicas recitandas jam diximus supra. Commenda autem moderna, seu perpetua est ea, qua in perpetuum à Summo Pontifice Personae qualificatae, ac benemeritae, confertur custodia ecclesiae ut ex fructibus talis beneficij, cujus curam habere debet, commodius possit sustentari. Atque haec dicitur concessa [illegible] alicui in favorem, et utilitatem Commendatarii, sed dicitur non commenda temporaria quae [illegible] alicui conceditur in favorem, et utilitatem ecclesiae.

Quaeres 6to, an Coadjutoria sit ecclesiasticum beneficium; et proinde an de eo [illegible] teneantur [illegible] praesertim ubi à Summo Pontifice instituta sunt cum futura successione, ac ipsis assignata aliqua portione pro congrua sustentatione.?

Respondeo, si excipias unum, vel alterum casum, Coadjutores, quicumque sint, ad divinum officium recitandum vi coadjutoriæ non obligari, ut satis recenter tenet sententia. Nam coadjutoria non est beneficium ecclesiasticum etsi sit cum titulo futuræ successionis, nec Canonicus Coadjutor est vere Canonicus, ut testantur Suarez, Bonacina, et sæpe apud Laloux [illegible] neque [illegible] assignata in congruam sustentationem ea habet vel tanquam [illegible] testimonium, vel tanquam pensio, sed tanquam [illegible] laboris, quem ob beneficiatum subit: Qui autem de beneficio ecclesiastico, aut de aliquo alio nomine beneficii ecclesiastici habente provisus non est, ad Canonicum officium [illegible] beneficii non tenetur, ergo [illegible] Itaque maxime quia etiam [illegible] datur Coadjutor, adhuc ille tenetur ad divinum officium [illegible] recitandum: quod certe dici non posset, si talis onus esset penes Coadjutorem, utpote cum et idem numero beneficium duo non possint ad horas canonicas obligari.

1. [illegible] Dixi autem: si excipias unum, vel alterum casum. Et primo quia si portio fructuum beneficialium ipsi Coadjutori assignetur per modum annuæ pensionis, sicut capiti [illegible] marij, ad officium B. Mariæ Virginis recitandum, aut [illegible] [illegible], prout volet, divinum tenebitur: 2do quia illi Coadjutores qui [illegible] perpetui, cum plena jura administrandi, et futura successione a Papa constituuntur, v. g. ob beneficiati amentiam aut [illegible] infirmitatem, cum iis omnia tenentur, quæ sunt [illegible] [illegible] tenebuntur et ad divinum officium recitandum sicut et ipsi tenentur illi Coadjutores, qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad propinatam [illegible] [illegible] ut nempe horas canonicas [illegible] [illegible] Atque hæc circa beneficiatos ad horas canonicas obligatos, modo

2º Quæres modo, an ad inducendam obligationem recitandi divinum officium sufficiat solus titulus [illegible] [illegible] alicui beneficium sit collatum, an vero etiam [illegible] [illegible] possessio ejusdem beneficij?

Respondeo, Doctores [illegible] communiùs ab aliis [illegible] Nam ante [illegible] tam [illegible] non est quis proprie dici habere beneficium, [illegible] [illegible] ex proximo S. [illegible] v., ubi imponitur Beneficiatis non [illegible] [illegible] officium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] menses ab [illegible] beneficio non recitato [illegible] [illegible] non [illegible] nisi post adeptam [illegible] [illegible] [illegible] ante [illegible] [illegible] non [illegible]

[illegible] beneficium obtinuisse, et proinde nec ad divinum officium recitandum teneatur; cum ex hac ratione beneficii obtenti teneatur. Deinde ante possessionem adeptam de beneficio nominatus, et electus nullum beneficii fructus percipere fit, fructusque distributiones, ac nullos proventus percipere [illegible], [illegible] non est, ut ejus onera subeat, juxta Reg. 55 juris in 6. Qui sentit onus sentire debet et commodum. Itaque eo magis, quia multa possunt occurrere impedimenta, quominus provisus possessionem acquirat.

Neque his obstat, quod saepe contingat, ut fructus [illegible] in [illegible], et [illegible] ad beneficium a die acceptae collationis, etiamsi possessio requiratur ex quamvis [illegible] et ulterius de [illegible] [illegible]; et adeo beneficiatus a die acceptae collationis ad divinum officium teneatur, cum justum sit, ut qui sentit commodum, sentiat et onus: et eo magis quia [illegible] [illegible] servitio [illegible] privarentur. Non, inquam, hoc argumentum quidquam probat, [illegible] etiam, quod electus ad beneficium [illegible], [illegible] fructus reservantur, [illegible] a die [illegible], [illegible] [illegible] officium persolvendum pro eo tempore, quod [illegible] possessionem praeiret quod et [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible]. Atque hinc sicuti [illegible] est obligatio pro tali tempore intermedio, [illegible] nullus est qui tale obtineat beneficium; ita et dicendum est in casu nostro, [illegible] simplicem collationem qui non [illegible] [illegible], ut [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] Reg. [illegible] in 6. Neque hinc [illegible] [illegible] [illegible] dubio, cum ea sit beneficii [illegible], ut [illegible] [illegible] [illegible], et tantum obligationem [illegible] officium recitandi.

22 Quaerimus hic nova [illegible] difficultas, an possessio beneficii debeat esse pacifica et [illegible] an [illegible] ubi duobus idem beneficium fuit collatum, et uterque, vel alteruter possessionem obtinuit, ad divinum officium recitandum teneantur ambo, vel saltem possessionem habens, non obstante lite sibi ab [illegible] intentata?

Respondeo cum distinctione, in casu namque observandum est, an utriusque jus sit vere dubium, et incertum an neuter eorum neque per sententiam adjudicatam sibi habeat possessionem talis beneficii, ejusque administrationem, an saltem per aliquod tempus tranquille illud possederit. Si enim possidens vel per aliquod tempus pacifice possedit beneficium, fructusque percepit, simulque fundamenta, et rationes etiam [illegible] graves, et [illegible] habeat, probabilius tenetur; sicuti et tenetur, ubi beneficii possessio per sententiam fuit adjudicata, et administratio commissa vel etiam si haec non interveniat, certum est, eo [illegible] possessionis legitimitatem judici ostendere, et proinde [illegible] [illegible]: secus vero, ubi possessio nec ab initio fuit pacifica, et jus pro utraque parte possidente est dubium et neutri per sententiam fuit adjudicata possessio, et administratio talis beneficii. Et ratio est, quia neuter possessionis una simul cum fundamentis, et rationibus gravibus et mo-

mentem, quae tales sunt etiam commorata in rationibus partis ex-
inea, retinent jus eatenus in possessore, ut judex ei causam adjudi-
care debeat juxta illud: melior est conditio possidentis: certum
autem de legitimitate possessionis beneficii; divinum officium reci-
tare tenetur; ergo etc. Ratio vero 2di est quia is, cui per sententiam 25
adjudicata fuit beneficii possessio, et commissa administratio, et
ergo auferat ut causa excidat in petitorio; nihilominus habet
jus servandi fructus perceptos partem, quae labori suo in
terminis practico correspondent: Partium vero constat ex ratio-
ne pro primo. Ultimi vero ratio est, quia tunc incertum est cui
beneficium sit adjudicandum, et per consequens etiam cui fructus sunt
applicandi; pro pura autem incerto non videtur aequum imponere
eatenus, quaelibet est obligatio horas canonicas recitandi; ergo etc. Ita
ex his [illegible] Quaeres decimo, an qui beneficium, valde

123. tenue, sacrificii possidet, nihilominus ad horarum canonicarum pen-
sum teneatur. Respondeo, non obstante quacumque tenui-
tate, et aliisquibuscumque oneribus eidem beneficio annexis et
horas canonicas recitare teneri, ut nunc communissimo te-
net sententia. Ratio autem est, quia beneficium, quantumcumque tenue
est vere, et proprie beneficium fundans verum titulum fructus be-
neficiales percipiendi, et proinde cum juxta dicta num. 110 quivis
beneficiatus teneatur ad divinum officium recitandum, tenetur et ti-
tulum habens tenuem sicuti jam, ut constat ex Trid. sess. 23 cap.
1 de Reformat., et tenet communissima sententia, obtinens benefi-
cium habens annexam curam animarum residere tenetur, etsi bene-
ficium tenue, et, ut pluries a sacra Congregatione decisum fuit,
et statuit Benedictus XIV. in Constitut. Cum semper oblatas, om-
nibus diebus Dominicis, et festis de Praecepto pro Populo sacri-
ficium offerre tenetur; adeo ut non possit pro deobligatione appro-
ficitium tenuitatem, ut ab onere eximatur, ac sanctorum
quia, ut ait Glossa in capite Clericus, dist. 91, vir tenetur minis-
trare necessaria uxori, quae tamen est talis, quod ei debitum red-
dere non valet; quia eo magis quod non coactus, sed libere ac-
cepit, et retinet tale beneficium. Sed

124. Quaeres nono, an beneficiatus qui nullos omnino
percipit fructus beneficiales, adhuc recitare horas canonicas te-
neatur. [illegible] Respondeo, pro recta hujus resolutione advertendum
esse, an id proveniat ex propria culpa, aut libera electione
[illegible] non [illegible] ex quo est ex communi [illegible]
[illegible] vel [illegible] et ecclesiae suae, non vult, [illegible]
[illegible] opera sua [illegible] et [illegible] praestare servitium, [illegible]
[illegible] quia accipiens beneficium ex resignatione
[illegible] vel ex [illegible], vel in perpetuum [illegible]
[illegible], vel [illegible], aut aliis donavit etc. an
vero id non [illegible] sed [illegible] sine [illegible] absque ulla cul-
pa [illegible] Si nulla non proveniat [illegible]
[illegible] est, [illegible] ad divinum officium recitandum 25
tenetur. [illegible] quia [illegible] ex parte sua stipendium
suspendit [illegible] titulo servato non [illegible] annexam
obligationem [illegible] quia aequum non est, ut ecclesia, [illegible]

servari debet, retrahendus servitio sibi debito et malitia, et ultra beneficium retinentis. Sicuti difficultas est solum pro secundo casu, ubi nempe beneficiatus absque ulla culpa propria et sine suo consensu, et electione nullos percipit fructus."

Hinc autem distinguendum est inter casum, quo beneficiatus de praesenti nullos accipit fructus; juxta tamen sperat deinde post annum percipiendos; et inter casum, quo neque hic, et nunc ullos percipit fructus, neque ullam spem praedictos habet deinceps consequendorum. Si jam primum accidat, tunc communiter vero casum dicit Palaus, adesse in beneficiato obligationem recitandi, quia nempe illa certa spes fructus percipiendi aequivalet jam perceptis; alioquin certe nullus beneficiarius in primo anno suae praesentationis obligatus esset recitare, cum sequentur fructus, perceptio ad finem anni differatur, quinimo stante sterilitate, aut bello, quo ita agri devastantur, ut nullus fructus percipiatur, non esset obligatio recitandi, quousque agri fertiles fiant. Quod tamen est omnino falsum. Atque hinc tenebitur [illegible] persolvere divini officium statim ab obtenta pacifica possessione canonicatus ecclesiae, in qua statutum est, ut nihil primo anno concedatur beneficiario, sed omnes fructus illius reserventur post mortem ejus sui haeredi expendendi, quia vere lucratur fructus et [illegible] honor ille est sufficiens stipendium officii recitandi, ut tenent doctores communiter cum Palaus cum Azorio, Sotto, Suarez, Garzia, et aliis pluribus. Quod et dicendum probabilius videtur pro casu, quo in aliqua ecclesia est consuetudo qua cavetur ut primo vel secundo anno beneficiarius nullos fructus acquirat, sed eius neque post mortem illi reserventur, sed distribuantur inter pauperes, vel applicentur fabricae ecclesiae, vel alteri pio operi; et primo quia [illegible] beneficium voluntarie suscipit obligationem ecclesiae inserviendi eo tempore sine stipendio: secundo quia si ibi fructus antiquis beneficiis applicantur, hinc datur compensatio, cum et ipse postea percipiat fructus canonicatus post illius transeuntium: tertio quia si praedicti fructus applicentur fabricae, liberatur ab oneribus illius subeundis in fabricae restauratione: denique quia si fructus in pios usus convertantur, partem certe fructus spiritualis ex iis reportabit. Quae tamen communiter sic ubi viget, in jure reprobatur, et praesertim in Trid.° sess. 24 cap. 14 reformat., et in constitut. [illegible], S. Pii V. circa annum 1570. et est 206 in Bullario. Quam doctrinam extendunt etiam ad eum, quo beneficiarius etiam ad certas missas celebrandas tenetur, quas per se celebrare non potest, etiamsi omnes beneficii fructus pro illarum celebratione expendere debeat, tunc nempe beneficiatus tenebit nihilominus horas canonicas recitare, quia et vere beneficiatus est, et vere acquirit fructus qui dantur et ob missas celebrandas, et officium recitandum, quoque sui anni, ubi per semetipsum celebrabit.

Si vero secundum contingat, idest ut neque hic et nunc ullos fructus percipiat neque percipiendi spem [illegible]

-cipiendi habeat, vere in utramque partem satis probabiliter putant Doctores. Est tamquam probabilior amplectenda videtur sententia negans, tum quia Beneficiati neque ex sua, neque ex fundatoris intentione ad aliud ea officium obligant, nisi ad quod persolvuntur, aut saltem persolvenda sint stipendia; tum quia Beneficij fundatio est quidam contractus ex utraque parte onerosus, quo unus dat, ut ei ipsi detur; et adeo si unus partem suam non impleat, v.g. fundator non det stipendium, alter nec beneficiatus non tenetur alteram partem implere, nempe dictum persolvere officium; tum denique quia tale beneficium amplius non est verum beneficium, cum non sit jus percipiendi fructus ob aliquod ecclesiasticum Officium. Ex his autem, quibus propositum dubium solutum habes.

127 Quaeres decimo, an plura possidens beneficia teneatur pluries in die horas canonicas recitare.

Respondeo negative cum Giribaldo, Bonacina, ~~Navarro~~, Garzia, et alijs apud Salam, qui hoc ex eo dicit. Et ratio est, quia ea videtur esse intentio, et mens Ecclesiae, ut nolit multiplicare obligationem per novum titulum, sed eam de novo titulo imponere; adeoque beneficiatus omnibus illis obligationibus satisfacit unica Officij recitatione, sicut de facto satisfacit ordinibus sacris initiatus habens beneficium vel pensionem, et unica sacri auditione satisfit [illegible] praecepto audiendi missam in festo v.g. S. Petri cadente in diem Dominicam. Quod tamen ita intelligendum est, ut optime notat Giribaldus hic Tract. 5. cap. 3. §. 3. num. 39, quod quamvis ille beneficia habens pluries in die Divinum Officium recitare non teneatur, illis tamen diebus, quibus commemorationes fiunt, tenetur facere commemorationes illorum Sanctorum, in quorum honorem beneficia erecta sunt, vel a quibus Ecclesia illa titularis nomen accepit, quia in Rubrica Breviarij dicitur, ut fiat commemoratio Patroni, vel Titularis Ecclesiae, cujus quis habet; et consequenter eadem ratione, tot sunt commemorationes faciendae, quot sunt beneficia; ita tamen ut si Patronus sit ~~s. Stephanus~~ aut S. Laurus, aut B. V. Virgo Maria, sufficit commemoratio, quae suo loco habetur in Breviario. Sed [illegible]

128 Quaeres ultimo, an obligatus ad recitandum Divinum officium tum ratione Ordinis sacri, tum ratione beneficij pluries recitatione illud omittendo unicum tantum, an plura peccata specie distincta committat?

Respondeo, quod quamvis omnes fateantur, beneficiatum sive sit, sive non sit Ordinibus sacris initiatus, graviter peccaturum contra Religionem, ubi notabilem partem Officij culpabiliter omitteret, etiamsi intentionem habeat animo vel non percipiendi vel restituendi fructus, quia adest praeceptum Ecclesiasticum sub gravi obligans, quia beneficium ea sola de causa habens recitare: immo etiam peccatum graviter peccaturum, ubi haberet animum non restituendi, vel consequenter beneficiales fructus in magna quantitate sibi ob omissionem minime debitos, quia de facto retinet vel vult retinere, tamquam non factos suos, de sibi [illegible]

Ut constat ex dictis num. 110, dissident tamen Doctores inter se pro eo casu, quo beneficiatus omittendo horas canonicas minime intenderit persolvere, aut retinere fructus sibi ex recitatione debitos, an videlicet tunc non solum peccaret contra Religionem, ut omnes concedunt, verum etiam contra justitiam? Et quidem hunc non peccaturum contra justitiam tenent Palaus, Garzias, Salas, Antonius a Spiritu Sancto, Salmanticenses, et plures alij apud S. Ligorio hic Cap. 2. Dub. 2. A. 1. num. 126., quibus et ipse adsentitur hanc sententiam vocans probabiliorem, eamque probans, quia ex eo quod hujusmodi obligatio, nempe recitandi horas canonicas ex [illegible] beneficiato non possit aliunde probari, quam ex pacto [illegible] inter beneficiatum, et fundatorem [illegible], vel ecclesiam intervenisse, ut videlicet fundator, vel ecclesia dat fructus, beneficiatus vero persolvat officium: quod tamen, ut ipse inquit, probari non potest; non quidem ex parte fundatoris, quia [illegible] ecclesia non potuisset eximere beneficiatos non recitantes primis sex mensibus ab obtento beneficio ab obligatione restitutionis fructuum perceptorum pro tali tempore: non item ex parte ecclesiae, cum illud nullo certo jure, et ratione constet. Et proinde principium illud: Beneficium datur propter Officium ita explicatur, ut beneficium datur ab ecclesia sub obligatione Religionis non autem rigorosae justitiae, cum obligatio [illegible] non oriatur ex beneficio, sed ex praecepto ecclesiae [illegible] beneficiis imposito ex motivo Religionis.

Verum haec sententia rejicitur a pluribus alijs, inter quos Suarez, Sanchez, Lessius, Laymann, et alij plures sunt existimantes, obligationem recitandi divinum officium beneficiatis esse ex rigorosa justitia, et non tantum ex ecclesiae praecepto; adeoque intervenire rigorosum pactum implicitum inter fundatorem, vel ecclesiam, et inter beneficiatum: sicuti de facto intervenit inter Populum, et beneficiatum habentem curam animarum relate ad sacramenta administranda, ubi si talis beneficiatus culpabiliter nolens sacramenta administrare, violet jus strictum alterius. Quod non obscure colligitur ex memorato Concilio Lateranensi V. sub Leone X., in quo Sess. 9. dicitur, quod qui post sex menses ab obtento beneficio culpabiliter divinum officium omiserit, fructus tanquam injuste perceptos pro rata omissionis restituere debeat. Atque hinc hujus sententiae Patroni dicunt, ecclesiam non exemisse ab obligatione restituendi fructus perceptos non recitantes horas canonicas sex primis mensibus obtenti beneficij, sed solum determinasse, quod si beneficiatus post sex menses ab obtento beneficio aliquibus diebus sua culpa omiserit recitare divinum officium, non possit facere fructus suos, etsi alijs diebus omissas horas recitaret, nihil vero determinando circa sex primos menses, an omissas horas recitando etsi extra debitum tempus satisfiat obligationi quantum ad fructuum retentionem. Quod aperte [illegible] [illegible] videtur exemplo sacerdotis acquirentis dominium stipendij sibi dati, etsi tempore suo non celebraverit, si tamen [illegible] celebraverit. Atque haec de beneficiatis.

§. 3 De Obligatione ex Professione Religiosa

130 Omnes, et singulos Regulares professos in Religione approbata, et Choro addictos, seu ad chorum deputatos, etsi non in sacris Ordinibus constitutos, vel in Choro, vel extra Chorum sub gravi teneri ad divinum Officium, seu horas canonicas recitandas, nisi cum illis fuerit legitime dispensatum, communis tenet sententia contra nonnullos, suos Theologos laxiores opinionis, Joannem Sayrum, et alios, illorum sententiam a nonnullis erroneam, ac temerariam, ab aliis scandalosam, ab aliis perniciosam saluti animarum, et ab aliis plane improbabilem; atque ab Universitatibus Hispaniarum, scilicet Hispalensi, Salmanticensi, et Conimbricensi reprobatam, et a P. Mutio Vitellesco Praeposito Generali Societatis Jesu prohibitam, ne quis eam tanquam probabilem doceret; imo jussu summi Pontificis erasam e libro Emmanuelis Sà; et proinde attenta Doctorum auctoritate, quae tum omnium, aut fere omnium est, non sine evidenti ratione deseri sit, tenendum tanquam omnino indubitatum est, teneri Religiosos ad horas canonicas teneri, quidquid sit, an hoc debitum magis ex alio fonte, quam ex universali consuetudine ... se obligandi introducta in praedictis Religionibus, proveniat, de qua litigant Doctores.

131 Dixi autem primo: Omnes, et singulos Regulares professos in Religione a S. Sede approbata: ut exciperem Novitios cum communissima sententia eos deobligante, utpote qui nondum se ad onera Religionis se obligaverint, et adeo licet gaudeant ... muneribus Religionis, quia favores convenit ampliari, cum sit ... eos esse obligatos ad ea, ad quae tenentur Professi, cum juxta Juris regulam odia sint restringenda ...

Dixi 2do: et Choro addictos, seu ad Chorum deputatos: ut pariter cum communi sententia ... conversos etiam professos, quia isti per professionem non se obligant, et deputantur ad ... sed recipiuntur ad exercitia corporalia, et opera manualia Monasterii, ... quamvis si in Regulis sui Ordinis contineatur, quod recitent certas quasdam preces, eas recitare debeant, si Regula id constituens sit praeceptiva ...

Dixi 3tio: vel in Choro, vel extra Chorum. ut indicarem eos ... in privatim recitare pro casu quo sive culpabiliter, sive inculpabiliter a Choro abessent; adeo ut graviter peccent, qui notabilem divini Officii partem culpabiliter omitterent, etsi ... ... fecerint, quidquid aliter senserint nonnulli alii ... vi ... ubi semel, vel iterum tantum omitterent privatim recitare, quia lex obligans praedictos Religiosos ad divini Officii recitationem eos obligat ad instar eorum, qui sacris Ordinibus sunt initiati, aut de Ecclesiastico beneficio provisi, ... sicuti hi vel semel horas canonicas omittentes ... peccant; ita et peccant Religiosi professi Choro addicti.

Atque haec, quae de Religiosis viris dicta sunt, ... Monialibus professis, et ad Chorum ... in Religione, ubi viget ... horas canonicas in ... recitandi ... majori horum intelligentia

Quæres primò, an Religiosus Professus nondum in Sacris constitutus, cum quo à Summo Pontifice dispensatum fuit, ut à Religione exiens ducere possit uxorem, ad horas canonicas recitandas teneatur?

Respondeo, prædictum Religiosum simpliciter dispensatum, seu nulla factâ mentione de horis canonicis in ipso Apostolico Diplomate, ad eas recitandas non teneri, ut testatur P. [illegible] Ferraris passim tenent Doctores, quia Papa dispensans in Professione censetur dispensare etiam in iis, quæ ex professione sequuntur, juxta Reg. 42. juris in 6: Accessorium naturam sequi congruit principalis. Quam doctrinam idem P. Ferraris Verb. Divinum Officium Art. 2. numero 2. et seq. extendit cum pluribus aliis primò ad Religiosum nondum in sacris constitutum, qui obtinuit Pontificiam dispensationem perpetuò vivendi extra Monasterium, quia licet in casu maneret Religiosus; non tamen maneret Religiosus chorista, nec choro obligatus; et proinde cum obligatio recitandi horas canonicas privatim in tali Religioso sit sequela obligationis eas recitandi in choro, hac ablata per Pontificiam dispensationem debet censeri ablata etiam obligatio privatim recitandi, utpote accessoria ad illam, ut citata regula juris in 6 habetur. Quod tamen limitat ad casum, quo cum prædicto Religioso dispensatum est, ut extra claustra viveret sine habitu Religioso; quia vult eum teneri ad Divinum Officium pro casu quo viveret cum habitu, quia tunc verè esset, et maneret Religiosus chorista, licet alioquin à choro exemptus. 2do extendit ad Religiosum sacris non initiatum, qui ex simili dispensatione Pontificia transiret de Clericatu ad statum conversorum, aut ad Religionem, in qua Religiosi non sunt ad chorum professi, et obligati. Ubi tamen notabis, hæc procedere non posse de Religiosis in ordine sacro constitutis, quia hi adhuc tenerentur ad horas canonicas, licet ut supra cum ipsis esset dispensatum, quia Ordini sacro est annexa recitandi obligatio, ut supra notatum est. Similiter neque procedunt de eo Religioso, cui ad tempus permissum esset à Summo Pontifice manere extra monasterium, quem teneri Divinum officium recitare communiter tenent Doctores.

Quæres 2do, an Religiosus fugitivus, aut per sententiam judicis à Monasterio ejectus adhuc teneatur ad Divinum officium, ubi sacris Ordinibus non est initiatus?

Respondeo cum magis recepta sententia, utrumque teneri. Nam uterque adhuc manet verè Religiosus, nec obligationem, quæ ejectionem ex[illegible] ab omnibus professione annexus, cum fugitivus redire teneatur, et ejectus debeat se habilem, ut iterum in Religionem recipiatur, nec interim ex suis delictis commodum reportare. Qui verò dici debeat de Religiosis professis excommunicatis, suspensis, interdictis, [illegible] [illegible], [illegible], aut triremibus damnatis, etsi sacris Ordinibus nondum initiatis; tibi constabit relegenti dicta num. 109; cum de his Religiosis eodem modo dicendum sit ac de Clericis sacris Ordinibus initiatis. Interim tamen sit

Articulus Tertius

De qualitate dñi Officij recitandi.

134. Omnes tum saeculares, tum Regulares Ecclesiasticos ho-
ras canonicas recitandas obligatos teneri eas persolvere juxta
formam Breviarij Romani jussu S. Pij V. editi, constat ex ejus-
dem Sanctissimi Pontificis Bulla, quae incipit: Quod a nobis. septimo
Idus Julij anno 1568. edita; in qua tn excipiuntur Ecclesiae par-
ticulares, seu Diaecesis, Capitula, et Monasteria, quibus conce-
ditur recitare ex proprijs Breviarijs, quae a ducentis an-
nis citra consueverint, ita tn ut et ipsis fiat facultas recitandi
Breviarium Romanum, dummodo Episcopus et Universum Capi-
tulum in eo consentiant, illudque amplectantur. Quod si se-
mel acceptaverint, non possunt amplius suum antiquum resumere,
ut communissime notant Theologi, quia nempe, postquam prima
renuntiatum est, aut consuetudo interrupta, lex universalis quae
est condita a prelaudato summo Pontifice Pio V., suam urgeat obliga-
tionem. Quare qui vivunt, seu commorantur, et sunt in Eccle-
sijs, aut Monasterijs, in quo jam receptum est Romanum
Breviarium, et adeo amplius non viget laudata consuetu-
do ducentorum annorum diversi Breviarij, quae etiam aliquando
viguerit, tenentur recitare juxta formam Breviarij Romani
et illud quidem, ut juxta nunc recentiorem sententiam graviter, ut aliqui
ut vel patet ex his verbis citatae Bullae Pij V. sic severe
praecipientis: Statuentes ...... ad dicendum, et psallendum
hoc in perpetuum horas ipsas diurnas, et nocturnas, ex hujus
Romani Breviarij praescripto, et ratione omnino teneri, neminem
ex ijs, quibus hoc dicendi, psallendique munus necessario im-
positum est, nisi hac sola formula satisfacere posse: Haec
verba Bullae: Qui autem non satisfacit obligationi recitandi, qui
vitare nequit, si id integre vel voluntarie faciat; ergo tn

Verum cum Clemens VIII. ut constat ex
134. ejusdem Bulla: Cum in Ecclesia, Breviarium Romanum a S. Pio
V. editum, ex processu temporis in multis depravatum, iterum
examinari, et in statum pristinum restitui, illudque sic re-
stitutum imprimi: idque et denuo fecerit Urbanus VIII ut
constat ex ejusdem Bulla: Divinam Psalmodiam: hymnos
metri, et latinitatis regulas revocans, dubium esse fit, an nunc
adsit obligatio recitandi juxta Breviarium Romanum recognitum
et emendatum ab eodem Urbano VIII.

Respondeo, in Choro recitantes tum debere
tius hoc Breviario ab Urbano VIII recognito, et emendato teneri
eo uti, et juxta illud recitare, ut semper uniformitas ab om-
nibus retineatur. Quod et dicendum est de privatim re-
citante, si nempe ejus ea tale habeat Breviarium
non solum, quia talis fuit mens laudati summi Pontificis, sed
etiam quia adest obligatio horas canonicas magis correcte
quo possumus recitare. quod non fieret, ubi ex Brevia-
rio vel jussu Pij V., vel Clementis VIII editio recitaretur.
Superest dubium solum in eo casu, quo quis omni eo ha-
beat tantum Breviarium sub Pio V., vel Clemente VIII edi-

et nonnisi emendo habere possit illud Urbani VIII.? Hocque in ra-
re Giribaldus, Gamburinus, et alij existimare, non tamen emen-
dum, etiamsi commode possit; et adeo censent, illum satisfacere
suae obligationi, si recitat ex Breviario vel jussu Pij V.,
vel Clementis VIII. edito. Quod probant ex hisce Bullae citatae
Urbani verbis = Nolumus tamen his litteris Breviaria, et alia praedicta,
quae impressa sunt hactenus, prohiberi, sed indemnitati omnium consu-
lentes, tam typographis, et bibliopolis vendere, quam ecclesiis, cleri-
cis, alijsque retinere, atque iis uti Apostolica benignitate permitti-
mus, et indulgemus =. Ast pro majori dictorum intelligentia

Quaeres primo, an obligatus ad recitandum ho-
ras canonicas juxta ritum Romanum, non potens habere nisi
Breviarium Dominicanum, vel Ambrosianum, vel aliud, ex illo reci-
tare teneatur?

Respondeo, de hoc dubitare Doctores. Salmanti-
censes quidem, Giribaldus, et alij talem negant obligationem,
[illegible] quia S. Pius V. ut constat ex verbis ejusdem Bullae, su-
[illegible], absolute asserit obligatum recitare juxta Brevi-
arium Romanum hac sola formula satisfacere posse; et, proin-
de aliorum Breviariorum respectu illius non, praesertim ad ho-
ras canonicas, ad quas ullo modo est obligatus. Contra tamen
[illegible] plures alij, inter quos sunt Leander, Antonius a Spiri-
tu Sancto, et P. Daniel Concina dicens hanc sententiam non solum
probabiliorem, imo unice sibi probabilem, ea praecipue
ratione, quod praecepto obligans ad recitandum illud Officium
ritu Romano [illegible] est, unicum praecipiens recitare horas,
seu ipsum officium, quod commune et universale est; alterum praeci-
piens formam, sub qua debeat recitari. et adeo illud primum respicit
substantiam officij praecepti; secundum vero ejusdem modum. Porro
ubi praeceptum adimpleri potest quoad sui substantiam, licet non
possit adimpleri quoad modum, nihilominus adimplendum
est, ut constat [illegible] proposit. damnata 54. ab Innocentio
XI. [illegible] qui non potest recitare Matutinum, et Laudes,
potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur, quia major pars
trahit ad se minorem. [illegible] hinc [illegible] Patronis hujus
sententiae dicere potens ad argumentum [illegible] ex verbis S.
Pij V. Summum Pontificem per illa verba nihil aliud inten-
disse, quam quod nemo satisfacere possit integre suae obligati-
oni, nisi servet praedictam formulam, [illegible] quod non sa-
tisfaciat [illegible] suae obligationis, etsi sub tali formula [illegible]

Quaeres 2do. an Clericus ad titulum [illegible] Patri-
monij ordinatus, nec servitio alicujus Ecclesiae addictus, privatim
recitando ex Breviario Romano suae obligationi satisfaciat,
[illegible], et Domicilium habet in [illegible] in qua [illegible] ritus
[illegible] a Romano [illegible], et Domicilium habet Mediolani,
ubi Ambrosianus [illegible] adhuc servatur?

[illegible]
[illegible] Fr. [illegible]
[illegible] Sancto, [illegible] et alij [illegible] sententiam probabilem [illegible]
[illegible] Giribaldus, et alij, licet [illegible] probabiliorem [illegible] opposita

Illisque videbantur ex eo, quod ex una parte lex praecipiens unum idemque Officium juxta formam Breviarii Romani est universalis, ex alia parte nullum per clausulam eandem [illegible] fit, quo teneantur Ecclesiae conformari in privata horarum canonicarum recitatione clerici habentes, et servantes alium ritum a Romano, cum verba [illegible] Bullae Pii V.: Sic aliarum (Ecclesiis a ducentis annis [illegible] Breviarium particulare) si forte hoc nostrum, quod modo [illegible] [illegible] est, magis placeat, dummodo Episcopus, et universum capitulum in eo consentiant, ut id in Choro dicere et psallere possint, permittimus: verba, inquam, haec loquuntur de publica Officii recitatione; sicuti et de eadem loquuntur capit. [illegible] [illegible] Plauit, dist. 12. Quae sunt jura, quibus praecipue innititur opposita sententia. Porro ubi contra [illegible] universalem non [illegible] [illegible] clarum opposita, ea servanda est; ergo &c. Quod additur [illegible] dicendum est, quia recitans Officium Romanum etiam in ecclesia vigente usu alterius Breviarii, adhuc fit dici, quod se conformet [illegible] suae ecclesiae, utpote cum se conformet ecclesiae Romanae, quae est omnium Mater.

137 Ast opposita sententia tanquam probabilior in praxi tenenda videtur, tum quia Summus Pontifex S. Pius V. in [illegible] Bulla nihil statuere, aut immutare voluit [illegible] [illegible] [illegible], nisi accedat consensus Episcopi, et Capituli, et proinde [illegible] in talibus ecclesiis, illisque subjecti [illegible] recitare, sicut antea recitabant: tum quia falsum est [illegible] [illegible] capit. [illegible] his, et Plauit loquantur solum de recitatione publica; [illegible] enim, et absolute praecipiunt uniformitatem suae Ecclesiae in [illegible] Officio persolvendo, tum denique [illegible] [illegible], et superflua forent [illegible] [illegible] in Clement. 2. [illegible] [illegible] Missarum generis, et Monachis Conventualibus [illegible] et Episcoporum, ut cum ipsis possint divinum Officium recitare, [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] Episcopi, et Cardinales regulares [illegible] [illegible] ex Breviario Romano. Hanc sententiam, teste [illegible] [illegible] [illegible] Sebrateorem [illegible] Episcopi [illegible] [illegible] suis [illegible] [illegible] [illegible] recitare juxta ritum suae [illegible] [illegible] [illegible] S. Carolus Borromaeus, cujus [illegible] refert Bonacina [illegible] [illegible] 3. [illegible]

138 Quaeres tertio, an Clericus Diocesis habens [illegible] Romanum, v.g. Mediolanensis [illegible] [illegible] quae Romano more recitat, possit ibi ex proprio Breviario [illegible]; an vero teneatur recitare juxta formam Breviarii Romani; et aut e contra an Clericus habens ritum Romanum [illegible] [illegible] ecclesiam alium ritum servantem, v.g. Mediolanensem [illegible] possit, et teneatur ex Breviario Romano [illegible] [illegible] [illegible]

Pro solutione huius difficultatis [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] in aliena Diocesi beneficium obtinenti, atque [illegible] [illegible] [illegible] animo illud retinendi, et ibidem manendi. Nam [illegible] [illegible] mansionem, seu [illegible] [illegible] ecclesiae, hac, illius ritum in recitando officio sequi, et servare debet juxta [illegible] [illegible] [illegible]. Hinc [illegible] [illegible] fit [illegible] de Clerico non [illegible] [illegible], et hoc in casu distinguendum est, et [illegible] [illegible] [illegible] an talis Clericus commoretur in aliena Diocesi [illegible] [illegible] [illegible] domicilii [illegible] [illegible] nec notabili [illegible] [illegible]

ibi commorandi? an animo tantum ibi brevi, et per modum transitus
manendi? Si enim extraneus veniat in alienam Diœcesim animo ibi
figendi domicilium, et perpetuò manendi, illius Diœcesis ritum
servare tenebitur, cum desierit esse suæ Diœcesis membrum, et alte-
rius Diœcesis pars factus fuerit. Si verò extraneus in alienam Diœ-
cesim veniat animo ibidem non manendi, neque domicilium
figendi, tunc si sermo sit de Clerico servante alium ritum à Ro-
mano adveniente in ecclesiam ex Breviario Romano reci-
tantem, nedum ipse poterit licitè se conformare ritui Roma-
no, et suum deserere, cum quisque possit licitè se conformare
moribus eorum, inter quos vivit, nisi aliquid efficax obstet in
oppositum, sicuti in casu non obstat; verum etiam mihi proba-
bilius videtur cum Pelao, et alijs tunc teneri pro tali tempore
Romano more recitare, sive interim mora sit longa, et
per notabilem anni partem, sive etiam sit sub brevi tempore.
Nam ex una parte lex lata à S. Pio V. recitandi juxta Bre-
viarium Romanum est universalis, et quantum est de se ampla-
ctens omnes ecclesias Christiani Orbis; ex alia verò parte fa-
cultas facta particularibus ecclesijs retinendi ritum à ducen-
tis annis conservatum est privilegium immediatè afficiens il-
los ecclesias quà tales, et his mediantibus tantum respectivos
illarum subditos, ut patet meditanti verba Bullæ, quæ loquuntur
tantùm de ecclesijs, et Monasterijs: Atqui subditus loci exempti à
lege universali, si pergat in locum non exemptum, legem illam
universalem observare tenetur, nisi privilegium sit etiam per-
sonale, quale in casu non est; et proinde sicuti cives Me-
diolanenses quatuor primis quadragesimæ diebus existentes Ro-
mæ jejunare tenentur, quia Privilegium concessum ecclesiæ Me-
diolanensi non jejunandi in dictis quatuor diebus non est
personale, sed locale tantùm, ità et Clericus &c.

Quod si sermo sit de Clerico Roma-
no ritu recitante adveniente in ecclesiam alium ritum ser-
vantem, v.g. in Mediolanensem, ipse poterit licitè recitare
vel ex suo Breviario Romano, vel ex Breviario talis Diœcesis
in quam venit, si mora sit aliquod notabile tempus dure-
ra erit; si verò mora brevis erit, Romano ritu recitare
tenebitur, ut tenet laudatus Pelaus cum pluribus alijs hic tract.
7. Disp. 2. Dub. 2. num. 5. Ratio autem primi est, quia tunc talis
Clericus poterit dici Clericus Romanus ratione domicilij
sui, quod adhuc servat in ecclesia sua ritu Romano reci-
tante; et etiam dici poterit Clericus ecclesiæ, intra cujus confi-
nia degit, nempe ratione habitationis in illud notabile
tempus. Ratio verò secundi est, quia nemo fit uti privilegio
locali, quod est contra legem communem, nisi saltem mo-
raliter fiat pars illius loci, qualis quis certè non fit, qui
brevem moram in tali loco [illegible]: privilegium autem à S. Pio V.
concessum particularibus ecclesijs, ut alio ritu à Romano
recitent nostrum divinum officium ut supradictum est, non
est personale, sed locale; ergo &c.

140\. Quæres 4to; an plura habens beneficia in variis Diœcesibus diverso ritu divinum officium recitantibus teneatur Romano ritu recitare.?

Respondeo cum distinctione. Nam vel talis beneficiatus in neutro residet beneficio, vel tantum in uno ex illis, vel partim in uno, partim in alio residet. Primo vero si in neutro residet beneficio, vel eo quia illa non exigunt residentiam, vel eo quia cum eo legitime à Summo Pontifice fuit dispensatum; tunc mihi probabilius videtur, teneri recitare ex Breviario Diœcesis, in qua habitat, et Domicilium habet, quia potentius videtur vinculum Domicilij, et habitationis, quam beneficij, cum valde honestum, ac congruum sit, ut nos accommodemus moribus eorum, inter quos vivimus, et reputemur tanquam veræ Communitatis partes. Si vero secundum accidat, videtur obligatus recitare juxta ritum Ecclesiæ, in qua residet, quia vinculum habitationis, et beneficij fortius est solo titulo, seu vinculo beneficij, itaque exigit uniformitatem in ritu cum ijs, cum quibus vivit. Si tandem tertium eveniat, secundum ritum alterutrius Ecclesiæ poterit recitare pro tempore respectivæ residentiæ, considerato, cum quisque possit conformare ritui suæ Ecclesiæ, in qua residet tanquam beneficiatus, nisi quid specialiter obstet in oppositum, sicuti non obstat in casu.

141\. Quæres 5to; an Monialium Director, sive sit Sæcularis, sive sit Regularis teneatur, aut saltem licitè possit, se in divino officio persolvendo conformare ritui talium Monialium, etsi à suo diverso?

Respondeo, quod quamvis praxis sit, ut talis Director recitet juxta ritum suæ Diœcesis, in qua commoratur, vel juxta ritum suæ Religionis; et proinde hoc attento non sit obligandus ad recitandum juxta ritum illarum Monialium; nihilominus tamen valde probabile sustineri potest cum Salmanticensibus, Continuatore Diurnelij, et alijs, talem Directorem licitè posse recitare ex Breviario proprio illarum Monialium, si ipse sit etiam obligatus Missam conventualem celebrare. Et ratio fundamentum petitur ex Bulla S. Pij V. edita in Missalis Roman, et ex prima Rubrica ejusdem Missalis, in qua præscribitur, ut Missa, quantum fieri potest, conformetur Officio, quod recitari debet. Quod nunquam Director ille præstare posset, ubi ritus talium Monialium esset à Romano diversus, et ritus Breviarii. Deinde si Regularis V.G. præficiatur Ecclesiæ Sæcularium Romanum servanti, procul dubio huic se conformare potest, ritu suæ Religionis licet à ritu Romano diversus; ergo et laudatus Director potest se conformare ritui suarum Monialium, cum pro tempore illarum Ecclesiæ præficiatur, sitque veluti earum Pastor, et Rector. Neque hic circa qualitatem divini officij recitandi occurrit ratio ritus diversi. Modò restat, ut solvamus nonnulla dubia circa recitantes Romano ritu.

142\. Quæres ergo 6to; an Clericus, prædictus non beneficiatus, V.G. Utinensis, modo in Utinensi, modo in ... Civitatensi, modo in Conetarum, aut Concordiensi commoratus, debeat tamen recitare juxta Kalendarium Utinensis Ecclesiæ

Respondeo, si talis Clericus Utinensis alio, seu in alienam Diœcesim non petat animo ibi figendi domicilium, communiter conveniunt Doctores, quod in privata recitatione possit quicunque est Utinensis Ecclesiæ Ritum, et Ordinem servare, ubi per notabilem anni partem in Utinensi Diœcesi moratur, cum per talem absentiam non desinat esse subditus Utinensis Archiepiscopi. Quare difficultas solum esse potest, an ipsi liceat se conformare ritui, et Ordini alienarum Ecclesiarum, in quibus commorabitur, si juxta Breviarium Romanum horæ canonicæ ibi recitantur, etsi cum [illegible] suam reliquerit Ecclesiam, juxta proprium Kalendarium velit recitare? Atque hoc in casu (?) Clericum posse se conformare pro ratione moræ, ritui, et Ordini talium Ecclesiarum, communior tenet sententia; immo si quis diuturniori tempore in aliena Diœcesi, quam in sua versatur, rationabilius videtur, ut se ritui talis Diœcesis conformet. Et ratio primi est, quia si non præceptum, saltem optimum consilium est se conformare moribus eorum, inter quos vivitur, nisi aliquid obstet in oppositum, etsi mora apud illos brevis esset, ut docet in Tract. de Legibus Cap. 5. §. 5.; et proinde cum nihil in casu nostro obstet in oppositum, Clericus V.E. Utinensis etsi ad aliquot dies commoraturus in Diœcesi Concordiensi (?) juxta illius Kalendarium poterit recitare: quemadmodum, ut hic notat Continuator Tournelii (?) Cap. 2. Sect. 3., satisfaceret obligationi recitandi Clericus unius Parochiæ invitatus a Parocho alterius Parochiæ ad celebrandum festum sui Patroni, ubi cum tali Parocho solemniter horas canonicas cantabit. Secundi vero ratio est, quia talis Clericus ratione talis moræ fit vere subditus Episcopi, in cujus Diœcesi moratur: Subditus autem duobus Episcopis melius certe faciat, si recitat juxta ritum Diœcesis, in qua majori anni parte versatur, ergo &c. Sed

Quæres 2do, an existens in loco, ubi de feria recitatur, in crastinum venturus in locum, ubi de Sancto recitabitur, possit licite recitare vesperas de tali Sancto?

Respondet Guribaldus (?) hic Tract. 5. Cap. 3. num. 160. cum Lambertino, Antonio a Spiritu Sancto, et aliis, talem vesperas licite recitare posse, quamvis non teneatur, quia, cum in crastinum futurus sit peregrinus in tali loco, licite poterit sequi ritum illius loci in recitatione omni Officii, præsertim quamvis alioquin non teneatur; atque vesperæ sunt saltem quodammodo pertinentes ad Officium diei subsequentis. Est tamen probabilior mihi videtur opposita sententia, quia non alia ratione Officium diei subsequentis in casu poterit recitari, nisi quatenus erit peregrinus in tali loco; atqui sub vesperis hic peregrinus non est, ergo ipsum recitare non poterit. Qua ratione convincit, neque posse sub vesperis recitare matutinum de illo sancto pro sequenti die, quamvis postea sequenti die profectus loco, ubi de eo sancto celebratur, forte poterit reliquas horas recitare de illo sancto, etsi melius faciat continuando de feria, de qua jam capitulare matutinum recitando.

144. Quæres 8tavò, cum jam adsit obligãõ recitandi Divinũ Officium secundum Kalendarij Distributionem, an, et quomodo peccat, qui advertenter, et absque justa causa Officium proprium Diei in aliud permutat Officium?

Respõdeo, hac super re quatuor esse Doctorum sententias, quarum prima docet, talem mutationem fore tantũ peccatum veniale, etsi officium longius in breve mutetur. Hujusque sententiæ præcipuũ est fundamentũ, quod ad implendum præceptũ Divini Officij, quantũ ad culpã gravem declinandã, sufficit, ut impleatur quoad substãm, quæ servatur, ubi septem horæ canonicæ recitantur. Secunda verò sustinet, grave peccatum fore, ubi officium longius mutaretur in notabiliter breve; leve verò, ubi in æquale, aut breve æquale permutaretur, quiã ut ejus defensores ajunt, Summus Romanus Pontifex in assignanda forma specifica pro Breviarii recitatione potius respexit ad quantitatem tanquã formã substantialem, quã ad Officij qualitatem, quæ est forma accidentalis sive modus recitandi. Tertia tenet, graviter quidem peccare eũ, qui officiũ frequenter mutaret; venialiter verò illum, qui id rarò faceret, V.G. ter, vel quater in anno, quiã nempe per frequentem mutationem notabiliter ordo præscriptus invertitur; secus verò, ubi nonnisi rarò accidit mutatio. Quarta tandem absolutè damnat peccati gravis advertenter, et culpabiliter permutantem unũ in aliud officiũ, sive illud sit æquale, sive sit inæquale, nisi justa, æquè gravis causa illum excusaret. Hæcque sententia tenenda est saltem tanquam longe probabilior cũ Salas, Continuatore Tournelij, Concina, et aliis, unde S. de Ligorio hic Lib. 4. Cap. 2. Dub. 2. A. 4. num. 162. Sicut vel patet meditanti Verba Bullæ S. Pij V., quæ sub num. 134 afferebam, ubi dicitur, non satisfacturum suæ obligationi recitandi Divinũ Officium, qui non recitaverit sub formula ibidem præscripta, et proinde talis forma pertinet non ad modũ, sed substantiam præcepti. Et hoc præsertim verum est, ubi officiũ in notabiliter inæquale mutaretur, ut constat meditanti propõem 34. ab Alexandro VII. damnatam: In die Palmarum recitans officium Paschale satisfacit præcepto. Unde prima sententia amplius non manet probabilis.

145. Dixi autem: Advertenter, et culpabiliter permutantem: quiã, ut docent P. Dominicus Viva, Continuator Tournelij, Concina, Laijmann, et plures alij locis citatis apud S. de Ligorio, non videtur obligandus ad officium proprium Diei recitandum, qui ex inadvertentia omninò inculpabili aliud Officium attente, et devotè recitasset, si duo illa officia essent moraliter æqualia. Quod et dic pro eo casu, quo aliquam partem Officij tantũ, V.G. matutinũ tantum recitasset, hic namque ad matutinũ proprium Diei repetendum non tenetur, quamvis reliquas horas talis Diei proprias debeat persolvere. Hocque probatur ex eo, quod rectè præsumitur, Ecclesiam nolle, aliquem uno Die bis ad æquale onus, quale est illud recitandi officium, obligare. Unde tandem consiliũ optimũ erit, tunc majorem officii Diei recitare

obligatio solum erit commutandi, ubi Officium proprium diei esset longius, ut optimè advertit continuator Tournelij, Laijman et Bonacina cum aliis, atque eâ propter, si quis V.G. loco Officij de Dominica, inadvertenter recitasset Officium de Sancto, satis pro vitanda culpa faciet, si novem Psalmos primi nocturni, et reliqua omissa in horis, nempe sanctorum commemorationes, symbolum Quicumque, et preces recitabit.

Dixi 2dò: nisi justa, neque gravis causa id faciendi accusaret. Sicuti enim gravis causa excusat ab horarum recitatione; ità certè, imò potiori jure licitam facit commutationem officij unius in aliud; atque hinc, ut optime infert P. Dominicus Viva in expositione relatae propositionis ab Alexandro VII damnatae, impotens ratione aegritudinis, studij, aut itineris necessarij, mediae noctis imminentis, curae infirmo praestandae, &c. integrum officium longum recitare, poterit aliud breve, quod potest, integrum recitare, cum praestat implere substantiam omnium horarum cum aliqua imminutione, quam officium debitum notabiliter mutilare: imò Villalobos apud eundem Viva in casu sub praeceptum cedere existimat. Quod tamen nimium videtur.

Quaeres 2dò, an qui hodie V.G. ex errore recitavit de Sancto postridie occurrente, teneatur adhuc, die sequenti ejusdem Sancti Officium recitare? an vero ejusdem loco officium omissum possit recitare?

Respondeo, tunc recitandum esse eadem die sequenti Officium pro tali die in Kalendario assignatum, ut tenet communior, atque probabilior sententia, licet opposita sua gaudeat probabilitate. Ratio autem est, quia per legem Ecclesiae, tale Officium pro tali die est determinatum, ac ipsi ità assignatum, ut talem ordinem non liceat invertere sine justo titulo, qualis non est error praeteritus, aut quod bis de eodem Sancto recitari deberet, aut prior Sanctus, cujus Officium ex eodem errore recitandum erat, deberet illo aliàs sibi debito eo anno carere, ut notat tum ex eo, quod Ecclesia per suas rubricas tunc solum praecipiat Officium aliquod transferri, cum est impeditum à Dominica vel Officio majori; tum ex eo, quod etiam ille, qui ob infirmitatem non potuit recitare Officium alicujus Sancti, certè possit nona die non impedita illud recitare, aut ille, qui jam legit Missam alicujus Sancti, eam non possit amplius legere omnium Regulariorum alia die de tali Sancto celebrantes ubi praeceptum praecipit, se amplius eo anno non lecturum de Sancto, de quo juxta proprium Kalendarium dicta legenda fuit, cum et tunc Sanctus tali honore privaretur. Ex quo etiam patet, non licere transferre in diem non impeditum Officium alicujus Sancti aliàs per errorem omissum suo proprio die, ut docet communior, et probabilior sententia.

Quaeres ultimò, an qui recitant divinum Officium juxta formam Breviarij Romani, teneantur ad Psalmos Graduales, Penitentiales, Officium parvum B. Virginis, Officium defunctorum, et Litanias sanctorum in festo S. Marci, et Rogationum?

Respondeo, non teneri, si excipias Officium De-
functorum in die commemorationis omnium fidelium Defunctorum, et Litanias
Sanctorum cum suis precibus in festo S. Marci, et diebus Rogationum,
constat ex citata Bulla: Quod a nobis. S. Pii V., in qua tollit prae
obligationem, quae erat in choro recitandi istos psalmos, et de-
inde hortatur, ut eadem recitentur, propositis indulgentiis
iis dierum recitantibus Officium parvum B. Mariae Virginis, et De-
functorum, et quinquaginta dierum recitantibus Psalmos poenitentiales
et Graduales, quando Rubricae eo praescribunt.

149. Dixi autem: si excipias Officium Defunctorum
die commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, et Litanias Sancto-
rum cum suis precibus in festo S. Marci, et diebus Rogationum. Nam
cum satis recepta sententia contra nonnullos tenendum est, obli-
gatos ad divinum Officium recitandum sub gravi obligari ea
suis propriis diebus in Rubricis praescriptis recitanda, ut constat
ex Rubrica ad Feriam 2am Dominicae 5ae post Pascham, ubi legi-
tur: Hoc triduo qui non intersunt Processionibus Rogationum
privatim post Laudes dicant Litanias cum suis precibus, et Orationem
sive Psalmis Poenitentialibus: Quod idem ad diem primam Novem-
bris post vesperas ordinatur de Officio Defunctorum: Verbum autem illud
dicant rigorosum praeceptum importare, nedum communis sen-
sus, sed etiam consuetudo ubique recepta satis ostendit, et
evincit declaratio Sacrae Congregationis, quam ex Gavanto refert
P. de Gregorio loco supra citato, in qua dicitur, eos, qui processioni 53
interfuerunt, et non cecinerunt, teneri repetere Litanias, pri-
vatim recitare, et proinde adesse obligationem omnino tenendam esse.
Sed jam sit . . .

Articulus Quartus.

De Loco, et tempore, quo divinum Officium est recitandum.

150. Choro addictos debere statutis diebus in choro recita-
re, et quidem juxta praescriptum Rubricarum, v.g. stando, se-
dendo, genuflectendo &c. cum juxta Rubricas standum aut
sedendum, aut genuflectendum est &c., certum est apud omnes
et constat ex Capit. 1. De celebrat. Missarum, et ex Clement. 1. eodem
titulo. Quare difficultas est circa eos, qui ad publicam horarum
canonicarum recitationem non obligantur, an peculiarem
locum eligere debeant ad officium recitandum? et an certam
corporis compositionem, et situm servare teneantur? Atque
in primi solutione

151. Dico, quod quamvis optimum sit consilium
ut Clericus horas canonicas privatim recitaturus in cubiculum
suum se recipiat, ibique quantum fieri fit devote, et attente divinum
suum reddat juxta illud Xti Matth. 6: Tu autem, cum oraveris
intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora Patrem tuum in abscon-
dito. Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. quamvis 52
et in praecepto sit, saltem sub veniali, se subtrahere a locis strepi-
tui distractioni expositis, puta in locis, ubi sunt clamores, tu-
multus, et strepitus profani, ut regulariter contingit in locis
publicis, in Foro, in Platea, et ubi est plurium concursus, quia
velle in hujusmodi locis se exponere, est velle se exponere

periculo distractionis; et proinde malum est, ubi commodè alibi recitari potest; nihilominus tamen nullum peccatum erit, quibuscumque in locis distractioni non expositis, praesertim si excipias sordida, et immunda, divinum officium privatim recitare, cum nullus locus per ecclesiam statutus, aut determinatus sit pro privata Breviarii recitatione, et supra laudatum testimonium Xti Matth. 6, ut exponit Catechismus Romanus Part. 4 Cap. 8. num. 5, intelligendum est de cubiculo, quod est cor hominis, quod et ingrediendum est, et occludendum, ne quid in ipsum animum, vel influat ad attentionem impediendam.

Notanda tamen sunt verba illa: praesertim si excipias sordida, et immunda: quia sunt nonnulli Doctores, qui culpae venialis redarguunt, qui absque justa causa in praedictis locis horas canonicas recitant. Quod tamen communius negant alii, inter quos est Sanchez, Lacroix, et Viribaldus hic Tract. 4 Cap. 3. Dub. iii. cum aliis pluribus. Et ratio est, quia quolibet in loco Deus à nobis laudari, et benedici licitum sit juxta illud Psal. 102. In omni loco dominationis ejus benedic anima mea Domino et juxta illud Apostoli ad Timoth. 2: Volo viros in omni loco orare. Quod non est limitandum ad solam mentalem orationem, quia si vel in locis sordidis, et immundis Deus à nobis mente orari sit, ut omnes concedunt, non est cur et ore voce laudare non possimus.

153 Dico 2do, quod quamvis etiam in privata Officii recitatione optimum, ac laudabilissimum sit, se ritibus, ac Rubricis pro publica recitatione praescriptis conformare, stando nempe, cum standum est, genuflectendo, cum est genuflectendum: item videatur levis culpae condemnandus, qui absque justa causa in lecto decumbens illud recitaret, saltem ratione irreverentiae, ac pigritiae; nullius tamen culpae reus erit, qui laudatos ritus, et rubricas privatim orando non servaret, et proinde integrè suae satisfacit obligationi, qui sive stando, sive sedendo, sive ambulando, sive genuflectendo, sive de privatim horas persolveret, etsi juxta rubricas in choro aliter faciendum est, quia, ut communiter notant Doctores, laudatae Rubricae, vel tantum sunt directivae, vel si praeceptivae sunt, tales sunt pro publica Chori recitatione. Unde huc facit illud S. Augustini Lib. 2. ad Simplicianum Q. 4 operis =: Non est praescriptum, quomodo corpus constituatur ad orandum, dummodo animus Deo praesens peragat intentionem suam. Nam et stantes oramus, sicut scriptum est: Publicanus de longe stabat, et fixis genibus, sicut in Actibus Apostolorum, et sedentes, sicut David, et Elias =. Atque haec circa locum, in quo divinum Officium est recitandum; modo de tempore.

154 Quaeres primo, quodnam sit illud temporis spatium, intra quod horae canonicae singulis diebus sint recitandae?

Respondeo, in publica recitatione, seu in choro servandum esse receptam cujusque ecclesiae consuetudinem

In privata autem recitatione, seu extra chorum ad culpam gra-
vitandam sufficit, si totum Officium recitetur inter spatium
unius, et alterius mediæ noctis, ut passim docent Theolo-
gi, clarissimè d. Antoninus 3. part. Tit. 13. Cap. 4 inquiens =. Non vide-
tur de se esse mortale, quandocumque quis tardè dicat Offi-
cium, dum non transeat dies, qui quantum ad hoc videtur terminari
circa mediam noctem =. Ratio autem est, quia sic recitans, licet
minus perfectè, implet tamen substantiam præcepti, quæ est, quod singulis
diebus horæ canonicæ persolvantur; licet interim non servet
modum, qui est, ut statutis horis singulæ partes recitentur. Tran-
sgressio autem solius modi præcepti culpam levem non excedit,
quamvis fortè aliunde gravius peccatum esse possit, ubi recita-
tio differatur, vel cum periculo indevotè, et absque attentione
debita recitandi, vel cum periculo aliquam partem nota-
biliter omittendi, aut non complendi totum ante punctum mediæ
noctis, etsi haberetur animus continuandi etiam post medi-
am noctem, cum obligatio recitandi amplectatur solum illius tem-
poris spatium, quod est inter unam, et alteram mediam noctem,
ut communissimè tenent Doctores.

155\. Dixi autem: Ad vitandam culpam gravem,
quia juxta communem sententiam peccatum veniale erit recitare
ante præscriptum tempus in ipsis Rubricis. Talis autem præscrip-
tio est, ut Matutinum cum Laudibus recitetur intra cursum temporis
determinati in Tabula in fine Kalendarii apposita usque ad
horam post ortum mane solem: Prima autem ab aurora, Ter-
tia ab ortu Solis usque ad Meridiem: Sexta verò, et Nona circa
meridiem, vel etiam post meridiem usque ad Vesperas: Ve-
speræ autem à meridie usque ad solis occasum: Completorium
tandem ab hora tertia post meridiem usque ad mediam
horam post solis occasum: Quamvis manè ante Meridiem
continuatim recitari possint prima, tertia, sexta, et nona,
ut ipsa praxis etiam timoratorum ostendit; et Quadrage-
simali tempore diebus feriatis Vesperæ similiter vel ante,
vel post prandium possint citra ullam culpam recitari. Quod
tamen ita intelligendum est, ut habita justa causa relatum
ordinem invertere, ut communis est sententia, nulla culpa
vel venialis sit. Hæc autem causa justa erit, ut communiter
notant Doctores, concio, aut lectio publica peragenda, major de-
votio, periculum impedimenti obveniri, iter obeundum sc.
aut etiam major commoditas studii præsertim, quod valdè
urgeat, et hujusmodi alia.

156 Quæres modò an, cum consuetudo legitimè
introducta obtinuerit ut Matutinum cum Laudibus pridie diei
recitetur ab eo circiter tempore, quo sol est propior ad occa-
sum, quam ad Meridiem juxta Tabulam Romæ editam typis
Cameræ Apostolicæ, et in fine Kalendarii apponi solitam, ite-
ros, inquiam, an eo tempore dictum Matutinum cum Laudibus re-
citari possit pro die sequenti, etiamsi nondum sint persolutæ
omnes horæ, quæ eo die debitæ, V.G. an quis etiamsi non-
dum recitaverit Vesperas, et completorium hujus diei, possit pro die
crastina matutinum cum Laudibus recitare?

Respondeo cum Pelao, Suarez, Sanchez, Diana, et alijs apud La-Croix hic Lib. 4. num. 1315, taliter recitantem venialiter peccare, si id absque justa causa faciat; nullo autem modo peccare, ubi id faciat ex justa causa, utputa si ab amico invitetur ad recitandum dictum Matutinum cum Laudibus sequentis diei, aut si nonnisi eo tempore possit habere librum in quo legat lectiones proprias Sancti diei sequentis &c. Ratio autem est, quia quamvis officium unius diei connexionem non habeat cum officio sequentis diei; ea tamen videtur esse intentio ecclesiae, ut prius satisfiat obligationi praesentis diei, antequam incipias persolvere eam, quam nondum incurristi, et cui solum ex privilegio, aut quasi privilegio tibi dato est posse satisfacere, nisi forte, ut dixi, aliqua justa causa interveniat, quae stante, prudenter supponitur, ecclesiam tibi velle indulgere; ita tamen, ut hic advertere oportet, ea unica Matutini, et Laudum recitatione facta versus solis occasum non posse satisfacere praecepto praesentis, et futuri diei, ut constat ex hoc ordine 35. ab Alexandro VII. damnata propositione: Unico officio potest quis satisfacere duplici praecepto pro die praesenti, et crastino.

Quaeres 3tio, an sicuti Matutinum cum Laudibus ante horam mediam diei recitari licite potest, ita et possint recitari reliquae horae breves, et praesertim Officium Defunctorum in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, et Litaniae Sanctorum in Festo S. Marci, et diebus Rogationum.

Respondeo ad primum, quod quamvis non desint Theologi, et quidem magni nominis existimantes, id licitum esse, eo quod praesentium de Officio crastino videatur incipere à Vesperis hujus diei; haec tamen sententia amplectenda non est, utpote opposita communi sensui, et praxi, ac consuetudini, quae est optima legum interpres; et ideo dicendum est, quod quamvis praesentium de Officio crastino forte incipiat à primis vesperis, nempe à vesperis hujus diei; ita tamen intelligendum est, ut incipiat solum quoad Matutinum, et Laudes; et proinde licet forte, ut dictum à nobis est in Tract. de Legibus Cap. 6. § 6. num. 220, quis praevidens in crastinum se fore impotentem ad dictum officium recitandum, teneatur prius, saltem sub vesperis hujus diei recitare Matutinum cum Laudibus; non tenetur tamen recitare caeteras horas breves, et eo minus vesperas, et completorium pro die crastino debitum.

Quod vero attinet ad secundum, nimirum ad Officium Defunctorum pro die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum Sacra Rituum Congregatio, ut habetur apud P. Lucium Ferraris verb. Officium Defunctorum, sub die 1. Septembris 1607, et iterum sub die 22 Januarij 1701, statuit, tale Officium, nempe Matutinum cum Laudibus non esse recitandum in Festo omnium Sanctorum, post vesperas Festi, sed mane sequenti die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum. Est loquendo de publica recitatione, ut refert idem P. Ferraris Tom. 8. sub num. 21, et 698, et 740, eadem Sacra Congregatio concedit, ut praesente episcopo in Cathedralibus persolutis Vesperis Festi omnium Sanctorum, ante completorium solemniter cantetur dictum

Officium Defunctorum; similiter et in aliis non Cathedralibus, et absente Episcopo, quando consuetudo recitandi vigeret, quemadmodum commoditate, et frequentia Populi est introducta. Loquendo de privata recitatione, ut habet laudatus Ferraris Tom. 8. num. 1201., eadem Sacra Rituum Congregatio Die 4 Septembris 1745 tum edidit, quo statuit, et decrevit, dictum Matutinum cum Laudibus Defunctorum pridie Diei commemorationis Fidelium Defunctorum seu in festo Omnium Sanctorum post vespertinas horas festi hora[m] ta privatim recitari posse. Ex quo nonnulli volunt, et ... atque in publica recitatione etiam absente Episcopo, et etiam in ecclesiis, ubi non est introducta consuetudo taliter recitandi. Sed, ut arbitror, non recte, cum Decreta facientia facultatem etiam recitandi in choro ponant limitationem ad praesentiam Episcopi, et vigentem consuetudinem contrariam.

159 Ad aliud tandem, nempe ad Litanias Sanctorum cum suis precibus in Festo S. Marci, et Rogationum plures censent, et has pridie diei recitari posse ab eo, qui post ... res recitat Matutinum cum Laudibus pro die sequenti; ... solum ob paritatem Officii Defunctorum pro die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, verum etiam quia id omnino congruum est Rubricis praescribentibus, ut dicto: Benedicamus Domino post Laudes Litaniae recitentur; et adeo videntur coalescere ... cum Matutino, et Laudibus; et proinde sicuti Matutinum, et Laudes nomine contradicente pridie talium dierum recitari licite possint; ita et dictas Litanias licet recitare. Verum hoc, teste de Ligorio, lib. 4 Cap. 2 Dub. 2 A. 4 num. 174, communior negat 160
santium ea praecipue ratione, quod talibus diebus Litaniae recitari debent privatim loco assistentiae Processioni; et proinde sicuti Processio non pridie talium dierum fieri potest, sed ipso ... fieri debet; ita et mane debent Litaniae recitari. Atque huc hujus sententiae Patroni respondent paritatem ab Officio Defunctorum deductam non urgere, tum quia in rebus positivis non licet ab uno ad alterum argumentari: tum quia concessio facta recitationis Off. Defunctorum est in favorem ipsorum Defunctorum, ut nempe intra Diem Ecclesiasticum, qui a primis vesperis incipit, citius his anticipentur suffragia, quorum causa Matutinum praescribitur. At non licet anticipare assistentiam processioni, cujus loco Litaniae inventae sunt, et proinde nec Litanias. Neque etiam urget, quod ex Rubrica additur, quia in primis dici sit eam procedere in publica recitatione, vel ita praescribi etiam pro privata recitatione, quia supponitur, Matutinum, et Laudes mane recitari; Nitor etiam Ligorio relatis cum Modernis Theologis, ac se... vario Rubricarum asserendum talibus diebus separandum esse Matutinum a Laudibus, hasque mane esse recitandas. Jam autem absolutum est quod attinet Dictas nempe Litanias in unicam horam coalescere cum Matutino, et Laudibus, quia de hac licita dividi possunt, et de facto separantur praesertim in iis ecclesiis ubi Litaniae vespere diei recitantur. Atque hic circumstantia, et tempus recitationis Divini Officii: Nunc sit

Articulus Quintus

De modo Divinum Officium recitandi.

161 Divinum Officium studiose pariter, et devote recitan-

esse, statuit Innocentius III. in Capit. Volentes, De Celebrat. Missarum, et quidem in virtute sanctae obedientiae, et sub poena suspensionis. Ad studiosam autem recitationem, ut communiter addocturi Doctores, requiritur, ut verba non omittantur, non truncantur, non mutilentur, et non interrumpantur; et adeo integrè, clarè, et distinctè pronuntientur. Ad devotam verò recitationem exigitur interior debita animi applicatio, seu intentio, et attentio. Atque pro hora omni applicatione

Quaeres 1mo, an ad satisfaciendum praecepto de recitandis horis canonicis sufficiat mentaliter dictas horas recitare?

Respondeo negativè, praeciso privilegio ab Apostolica Sede concesso. Hocque tum quia praeceptum horas canonicas recitandi est ecclesiasticum, cui per nudos actus internos satisfieri non potest, cum ecclesia etiamsi fortè possit; non tamen de facto solet praecipere actus merè internos, de quibus certiorari non potest, an fiant, et sic neque transgressores punire possit: tum quia ecclesia privatim recitantibus horas canonicas eandem speciem orationis praecipit, ac publicè, seu in choro eas persolventibus; et proinde sicut his certè praecipit orationem vocalem; ita certè et omnibus privatim recitantibus, nisi fortè ecclesia his aliquo suo speciali privilegio indulserit, sicuti testibus Salmanticensibus hic Tract. 16. Cap. 3. Punc. 7. à num. 51. §. X. cum quibusdam Regularibus fecit. Hac ratione in Concilio Basileensi Sess. 21. cautum fuit, ne horae canonicae, inter dentes, aut in gutture, aut syncopatè dicantur, seu nimis celeri voce pronuncientur.

Quaeres 2do, an recitans privatim divinum officium ità debeat verba proferre, ut saltem seipsum audiat?

Respondeo, quod quamvis quis solus privatim recitans ad satisfaciendum suae obligationi non debeat ità clarè, et distinctè verba proferre, ut de facto seipsum audiat, ut facilè concedunt omnes, tum quia praeceptum est solùm de locutione vocali cum Deo, quae jam esse potest, quin de facto quis seipsum audiat, tum quia secus surdus non possit suae satisfacere obligationi, sicut neque ille, qui necessitate compulsus recitat, ubi talis, ac tantus strepitus fit, qui impedit, quin recitans seipsum audiat; nihilominus tamen cum probabiliori, atque communiori sententia contra nonnullos dicendum est, ita verba debere proferri, ut recitans seipsum audire possit, nisi aliquod adsit impedimentum, ut putà surditatis, strepitus inevitabilis etc., quia inexcogitabile est, quomodo quis verè ore clarè, et distinctè, et integrè proferat verba aliqua, quin seipsum audire possit, ubi nullum adest impedimentum; et proinde cum ad recitationem satisfactoriam divini officii necesse sit, ut quis ore clarè, distinctè, et integrè proferat verba; necesse etiam est, ut ità proferat, ut saltem seipsum possit audire. Sed

Quaeres 3tio, qualiter recitare debeat is, qui cum socio etiam privatim recitat horas canonicas?

Respondeo, recitantes simul divinum officium ità clarè, distinctè, et integrè singula verba debere proferre, ut ab invicem sese mutuò audiant. Et proinde haud qui alium recitantem attentè, et devotè audit, et ità recitat, hic

ab alio audiri possit, susque satisfaciat obligationi; alter si non satisfaceret, qui ob surditatem, aut aliam causam socium recitantem non audiat; sicuti neque satisfacit, qui cum pluribus recitans ita submissè verba proferret, ut ab aliis audiri non possit, et de tali audiatur, ut post Cajetanum, et alios tenet Giribaldus, et ex parte Fagnanus. Gigorio loco supracitato num. 163. Et ratio est, tum quia oratio alterius in tantum tibi fit communis, in quantum illam percipis, tum quia auditus loco prolationis succedit, ideoque dicaris recitare quae socius recitat, quia illum audis; tum denique quia non potes gaudere de communione, et societate, si ea tuo nihil societati, et communitati tribuas.

164. Quaeres 4to, an teneatur recitans cum socio repetere ea, quae non satis percepit, licet uterque clarè, et intelligibili voce recitaverit?

Respondeo, in casu distinguendum esse, et diligenter attendendum, an id accidat, ut nempe non percipias recitata à socio propter culpam chori, vel socii, vel propter aliam causam, V.g. propter strepitum, qui ab aliis de propinquo per accidens hic forsan eveniat, et alibi recitari non possit; nam testante P. de Gigorio loco pauloante citato, communis sententia docet non esse repetendi obligationem, ubi recitans dat operam sufficientem moraliter possibilem, ut socium audiat, quia ecclesia non exigit, nisi ut, quoad fieri potest, attentè, devotè, et studiosè Officium persolvatur. Si verò sine illius culpa contingat, tunc in utramque partem divisi sunt Doctores. Quamvis cum pluribus, quos ipse laudatus P. de Gigorio, tanquam satis probabilem habendam sententiam negans praefatam ex eo, quod excludat viam innumeris scrupulis, et de mente ipsius ecclesiae, piae matris optimè praesumatur, quod sit contenta recitatione facta cum attentione sibi possibili, et quia per talem animi sui applicationem videatur moraliter cum aliis communicare in oratione ab illis facta, cum de facto intendat Deum laudare per illam orationem; quia socius recitans in choro, ut satisfaciat, tenetur socios canentes distinctè audire, vel saltem unum saltem, testibus Salmanticensibus Tract. 16. cap. 1. Punct. 3. num. 24. et contra omnes ferme Doctores, qui passim docent, non satis tam distinctè, sed tantum in confuso alterius chori partem audire, susque satisfacere obligationi, ubi pro viribus audire procurat.

165. Quaeres 5to, quae recitans cum socio, aut sociis proferre, seu legere, aut canere teneatur?

Respondeo, sive duo tantum sint, sive plures simul recitantes, in ipso choro facto, debere alternatim singulos Psalmorum versus legere, aut canere; et proinde non satisfit praecepto, ubi unus integrum Psalmum, et alius alterum Psalmum recitaret, alio interim attentè, ac devotè audiente, quia hoc est contra usum, et praxim ecclesiae. Antiphonas tamen, Responsoria, Capitula, Lectiones, et Orationes, ab uno tantum caeteris audientibus, legi possunt, quia saepè in ... ita recitatio ... ab uno reliquis audientibus recitantur. Quamvis quoad Antiphonas et Responsoria ... sit, ut unus recitet unam partem caeteris aliam ... recitantibus.

106. Quæres 1mo, an suæ obligationi satisfaciant, qui ita festinanter recitant, ut unus incipiat versiculum sequentem, antequam alter distincte proferat versiculi antecedentis ultimum verbum?

Respondeo negative, quidquid aliter senserint nonnulli oppositum existimantes ex eo, quod ad satisfaciendum præcepto recitandi horas canonicas, dum recitantur cum socio, nihil aliud exigi videtur, quam quod ea, quæ sibi competunt, distincte proferat, et attente audiat, quæ ab alio proferuntur: quod utrumque fieri fit in supradicto recitandi modo, cum et quis possit simul loqui, et alium loquentem audire; et proinde sicuti quis una simul recitare fit horas canonicas præceptas, et simul sacrum præceptum audire; ita et satisfacit suæ obligationi, qui partem officii sibi obtingentem recitat, et simul audit alium alteram partem recitantem. Ratio autem responsionis est, quia secus quis etiam satisfaceret, ubi eodem tempore, quo socius integrum psalmum profert, ipse integrum suum versum recitaret, dummodo ad invicem se audirent. Quod tamen falsum est, tum quia illa simultanea recitatio est contra usum, et consuetudinem ecclesiæ; tum quia recitatio a socio facienda succedit loco illius, quam solus recitans facere deberet; ille autem, qui solus recitat duos versiculos, aut duas illorum partes una simul recitare non fit; peccarent ergo, qui tali modo recitarent, jam graviter, jam leviter pro quantitate materiæ, quam uno, eodemque tempore recitarent, si id facerent sine animo supplendi.

107. Atque hinc patet solutio ad rationem oppositæ sententiæ. Nam ad satisfaciendum præcepto horas canonicas recitandi, sicuti cum quis solus recitat, debet sic recitare, ut una post aliam partem recitet; ita etiam cum quis recitat cum socio ita recitare debet, ut recitatio facta a socio fiat eo tempore, quo ipse eam partem recitare deberet, cum ejus loco succedat. Et proinde falsum est, solam auditionem sufficere ad implendum præceptum. Ex quo patet disparitas ad exemplum de Missæ auditione habitum, cum horæ canonicæ recitantur, quia nempe auditio Missæ non succedit loco recitationis ab audiente faciendæ; et præterea non desunt Doctores, ut videre est apud Continuatorem Tournely hic part. 2. cap. 2. sect. 4. prope finem, ubi videtur adhærere, qui docent, peccare clericum horas canonicas recitantem eo tempore, quo sacrum præceptum audit; quamvis iis adhærendum non sit, sed cum communiori Theologorum tenendum est, tunc utrique præcepto satisfieri, ut notat tum et, quia vel timoratorum nullus sibi scrupulum faciant una simul recitando horas canonicas, et missam præceptam audiendo, tum et, quod ad satisfaciendum obligationi audiendi Missam non requiritur, ut attendatur ad illius verba, quia sæpe non satisfacerent, qui vel ob distantiam ab Altari, vel ob debilitatem vocis celebrantis verba audire non possunt. Quod falsum est; sed sufficit corporalis, et moralis præsentia, quæ habetur per hoc, quod quis vacat Deo, et divinis; quod fit cum quis attente officium recitat.

108. Quæres 2do, qualiter peccat, qui recitat syncopando, aut mutilando syllabas, aut cum socio ita syncopante, aut mutilante?

Respondeo, syncopantem, aut mutilantem verba ex inadvertentia omnino invincibili, vel etiam ob balbutiem, vel veteratam consuetudinem nullo modo peccare, ubi pro viribus moraliter possibilibus procurat integrè proferre ipsa verba; quia in casu syncopatio, aut mutilatio non est voluntaria. Quaestio tantum solùm est pro eo casu, quo quis suum sciens defectum adhuc vel inveteratam recitare, aut vellet recitare cum sonis syncopantibus, aut mutilantem. Atque tunc inspiciendum est, an syncopatio, aut mutilatio sit talis, ut corrumpatur, vel non corrumpatur verborum sensus: si enim adhuc verborum sensus conservatur, non erit peccatum grave ita syncopare, aut mutilare, nisi forte inde fiat periculum etiam corrumpendi verborum sensum, quia per modum omissionis verborum gravis non videtur. Erit vero peccatum grave, ubi sensus verborum in notabili quantitate variaretur, ut communiter tenent Doctores, teste Continuatore de Ligorio loco citato num. 165; et res ipsa est manifestum; et proinde qui taliter recitavit, si adhuc est intra diem naturalem, tenetur compensare partem, in qua sensus est corruptus, recitando partem, seu quantitatem aequivalentem. Ex quo apparet, nulla justa causa excusante intervenienti vel graviter, vel leviter peccaturum recitantem cum sonis syncopante, aut mutilante, pro qualitate nempe mutilationis aut syncopationis; et ita quidem, ut teneatur abstinere à recitando cum eo, nisi proponat se emendare, et melius recitare.

Quaeres Octavo, an, nulla etiam rationabili interveniente causa, liceat Matutinum separare à Laudibus etiam, per totam noctem, vespere matutinum recitando, mane autem Laudes.

Respondeo affirmativè: haecque, teste Continuatore P. de Ligorio, est communis sententia, quam, ut ait Continuator Tournelij, pene omnes tenent; imo plures, ut Navarrus, Suarez, Sanchez, et alij apud Ferraris Verb. Matutinum num. 6, et S. Concina lib. Dissert. 2. cap. 2 num. 9 dicunt, laudabilem esse talem separationem, ubi Matutinum vespere recitatur, idque probant ex eo, quod ita per omnia tempora magis congrue recitarentur, ut constat ex his verbis Psal. 62. Deus, Deus meus ad te de luce vigilo: et ex his hymnis variis: Ecce jam noctis tenuatur umbra. Aurora caelum purpurat et hymnorum aliis, quae in Laudibus recitantur. Verum quidquid sit de hoc, hinc non evincitur ex eo, quod Matutinum, et Laudes distinctos hymnos habent, et inchoentur à versiculis illis: Domine labia mea aperies. Deus in adjutorium meum intende: Sunt enim hora, et in antiquitate separatim recitabantur, et nunc etiam in Nativitate Domini nocte ipsa separantur. Ex quo alij Doctores, inter quos [illegible], Bonacina, Salmanticenses, [illegible], et alij existimant, etiam licere unum Matutini nocturnum ab alio separare, quia solebat olim de facto separari, et inter illa non est tanta connexio, quanta est inter partes ejusdem horae brevis; et proinde inferunt absque justa causa separare unam partem v.g. Primae ab alia ejusdem partem sit veniale

peccatum, ut communis docet sententia; nullum forte erit peccatum unum nocturnum ab alio etiam sine justa causa separare. Quidquid interim sit, an ubi quis separat Matutinum a Laudibus, debeat addere in fine Matutini Orationem Dominicam, et Orationem de Festo, aut de Feria, de quo officium recitatur, atque initio Laudum addere debeat Orationem Dominicam, et Salutationem Angelicam, re one in utramque partem probabiliter disputant Doctores, quos consulere poteris apud laudatum P. de Ligorio loco jam citato num. 167, aut apud Patrem [illegible] loco item citato sub num. 17, et 18.

Dixi autem: Absque justa causa separare unam partem ejusdem horae v.g. Primae, ab alia ejusdem parte esse peccatum veniale: et hoc ob duo indicanda: et primo, quod gravis culpae condemnandus non videtur, qui, seclusis scandalo, et contemptu, modo unum, modo alium etiam ejusdem horae psalmum, attente tamen, et devote recitaret; atque item quia tunc verum est, quod totum Officium quoad substantiam recitaretur, et proinde tota inordinatio se teneret ex parte modi, quem non servare etiam absque justa causa per se non est grave peccatum: item quia singuli Psalmi, et Orationes suam propriam significationem, eamque completam habent, et per se sunt opera pia, et laudes divinae. Unde ad gravem culpam evitandam necesse non erit repeti ab eo, qui partem Psalmi Primae [illegible] liquerit, et deinde ad alia se applicat; sed sufficiet recipere seu inchoare ab ea parte, ubi desijt recitare.

Secundo quia si justa causa adsit, vel eandem horam interrumpendi, nullum erit peccatum, ut communissima tenet sententia. Hae porro justae causae sunt sequentes, aut ijs similes; ut nempe si Superior psallentem ad se vocet; si occurrat necessarium charitatis exercitium proximo exhibendum: si accidat occasio amicum, vel alium salutandi, aut alloquendi, eique respondendi: si ad excitandam in se devotionem aliqui pij affectus meditationis interponantur: si occurrant in mente cogitationes variae, quarum oblivisci timeat, et interim ad distractiones tollendas, notas in charta: si in confessionali existens ad penitentes expectandos videat aliquos accedere, qui aegre ferrent expectare &c.

Quaeres secundo, an, et qualiter peccet, qui ordinem horarum invertit, v.g. recitat Horas Breviores ante Matutinum, et Laudes, aut legit Matutini lectiones vel ante, vel post omnes Psalmos &c. Respondeo cum communi sententia, nullum esse peccatum, sive inversio fiat in distinctis horis, nimirum unam ante aliam recitando, v.g. Sextam ante Primam, sive inversio fiat in eadem hora, puta legendo lectiones vel ante, vel post omnes Psalmos Matutini, ubi justa causa id faciendi habetur, quia ordo unam post alteram partem recitandi non pertinet ad praecepti substantiam, sed tantum ad modum, qui sub justa causa aliter exigente minime praeceptum obligat. Hinc si quis legitime impeditus horam integram Matutini absolute [illegible] et postea omissa recitari; sicuti si oblitus fuerit partem aliquam, et continu-

ere, ac deinde eam sumere. Quid et dic de eo, qui non habens lectiones proprias dicit, de quo Matutinum recitat, reliqua om legit, deinde invertens lectiones recitaturus, ubi eo tunc tempore illas commode habere non sit, et sibi timet, ne commode post possit recitare. Si tamen nulla talis justa causa interveniat, talis inversio culpabilis erit, non tamen graviter, secluso scandalo, et contemptu, ut, teste Salas, communius tenent Doctores, quia nempe una quaeque hora, sed etiam quaelibet ejusdem pars completam habeat significationem; ita ut nulla ab alia pendeat, inde fit, ut sive una recitetur antea, sive post, dummodo verum sit, quod omnes recitantur, tota praecepti substantia servatur, atque inde tota inordinatio est in modo; et per consequens non nisi venialis. Atque haec, quod attinet ad studiosam recitationem Divini officii, quibus a nonnullis additur solutio difficultatis de obligatione recitandi Matutinum cum Laudibus ante Missam, de qua dicam in Tract. de Sacrificio, utpote cum ibi ejus locus magis proprius sit. Interim tamen circa devotam recitationem

173. Quaeres decimo, an ad satisfaciendum praecepto horas canonicas recitandi requiratur intentio.

Respondeo, ad satisfaciendum supra[illegible] omni in recitanto [illegible] officium necessario requiri intentionem, seu voluntatem si non explicitam, et actualem, saltem implicitam, et virtualem orandi, ac laudandi Deum; et ita quidem, ut non sufficiat habitualis, et interpretativa. Nam ex una parte, ut dixi in Tract. de Actibus Humanis Cap. 2. A. 4. § 1. a num. 51. ad actum humanum, qualis debet esse actus sub praecepto cadens, non sufficit voluntarium, seu intentio habitualis, aut interpretativa; sed necessario requiritur voluntarium seu intentio, si non actualis, saltem virtualis, seu implicita; ex alia vero parte sola verborum, quibus Divinum officium constat, pro ore est [illegible] secundum se indifferens, ut et [illegible] fieri animo orandi, et animo studendi, ac etiam memoriae exercendi; et insuper oratio vera dici non sit, nisi animus, seu intentio orandi, ac laudandi, et celebrandi Deum accedat; ergo cum per praeceptum recitandi horas canonicas imponatur vera oratio, necessario ei [illegible] debet in illam recitatione necessario requiri dictam intentionem saltem virtualem orandi, et laudandi Deum, ut praecepto satisfiat. Quare solum difficultas est, an etiam requiratur intentio satisfaciendi praecepto in ipso eo opere recitandi. De qua difficultate consuli potest Tract. de Legibus Cap. 3. § 2. et 3. et 4. a num. 390 usque ad num. 400 inclusive, ac quod etiam quaecunque, quam et [illegible] sit intentio. Pro quo et legem generalis dicta institutio de Actibus Humanis Cap. 2. A. 1. a num. 10 usque ad 20 inclusive. [illegible]

174. Quaeres undecimo, an ad satisfaciendum obligationi horarum canonicarum insuper requiratur attentio.

Respondeo, pro hujus dubii solutione adnotandum diligenter esse, attentionem esse actum intellectus consyderantis id, quod agitur. Atque haec in primis duplex est, externa, et interna alterave. Prima, et [illegible] externa ea est, quam, dum quis recitat, abstinet se ab omni actione incompa-

bili cum attentione interna, seu cum interna animi applicatione ad id, quod fit, seu recitatur; ita ut ore recte verba proferantur, et nullum signum exterius datur, quo argui possit, recitari verba sine interna animi applicatione, etsi interim hac reipsa, et vere Deo non habeatur: Atque talis intentio pure, et mere externa habetur in eo, qui choro assistens cum socijs reipsa recte verba proferret, et recte corpore compositus staret, etsi interim mente per alia voluntarie divagaretur. Attentio autem interna est applicatio, seu advertentia mentis ad id, quod fit, seu in casu nostro recitatur: Et hæc triplex est; una ad verba, qua nempe mens stat applicata ad verba, ne in ijs proferendis erret, sed recte, et distincte proferat. altera ad verborum sensum, qua nempe mens stat fixa, ut intelligat, quid verba significent. Tertia ad Deum, et res divinas, qua nempe mens attendit, et recte figitur in Deum, orationis finem, vel in divina mysteria, ac veritates vel ad fidem, vel ad mores spectantes, etc. hæc, quæ etiam spiritualis dicitur, omnium optima est, scilicet nempe, quæ etiam materialis vocatur, sed etiam secunda, quæ etiam verbalis a nonnullis nuncupatur. Quibus notatis

175. Insuper advertendum est, facile interse convenire Doctores; imo tenendum certum tenendum est, non solum satisfacturum præcepto orandi divinum officium, qui recte simul cum attentione externa conjunctam habet attentionem internam ad Deum, vel divina, aut ad verborum sensum, sed etiam suum debitum adimplere, qui cum attentione externa conjungit attentionem internam ad sola verba, ut sunt laudes Dei, et orationem, ac pios affectiones continentia, seu mente attendendo verba integre omnino, et distincte profert animo orandi et laudandi Deum, quia secus nedum Personæ ignaræ, forte ignoratis, ut sunt Moniales; verum etiam plures Clerici, et Sacerdotes vel maxime docti plurimi non satisfacerent suæ obligationi, cum plurima in divino officio occurrant, quæ non nisi ab ijs sine magno studio intelliguntur. Quæro igitur dubium esse fit, an sola attentio externa sufficiat ad satisfaciendum obligationi de horis canonicis recitandis, et sic aliis orationibus sub præcepto cadentibus? Atque circa hanc difficultatem in utramque partem sentiunt gravissimi Doctores. Quo in dissidio.

176. Dico, ad satisfaciendum præcepto recitandi horas canonicas non sufficere etiam attentionem externam, sed etiam internam requiri, atque ideo voluntarie distractus, et alio mente divagatus non satisfacit suæ obligationi, etsi contingat ut integre, et distincte verba omnia proferat. ita Antoine de virtute Religionis cap. 1. quæst. 5. cum Reginaldo, Azorio, Laymann, [illegible], et Suarez dicente hanc esse communem sententiam, item Bassæus in Tract. o. quæst. 4 num 43 cum Bonacina, Vasquez, Navarro, Lessio, et aliis vocans hanc communiorem, probabiliorem et securiorem sententiam. Atque omissis plurimis, quæ afferunt Auctores aliorum, breviter ita probatur, tum ex eo, quod, ut constat ex Capite Dolentes, De celebrat. Missarum, ut quis satisfaciat munere de horis canonicis recitandis, eas studiose, et devote recitare debet; tum ex eo, quod per tale præceptum et ecclesia injungitur recitatio, quæ sit verus actus Religionis, et sic

vera oratio, Deo placens, et grata: Atqui actus externus, qui non est conjunctus cum interna animi applicatione ad id, quod fit, non potest dici actus devotionis, ac religionis, et vera oratio Deo placens, et grata, sed larva, et hypocrisis juxta illud Xti Math. 15. Hypocritae, bene prophetavit de vobis Isaias dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me: et juxta vulgatum illud: Si cor non orat, in vanum lingua laborat. Et proinde concludendum est cum Angelico Praeceptore 2.2. q. 83 Art. 13 in c. tum non audire orationem, cui, qui orat, non intendit; quinimo et peccaminosam esse eam orationem, quae fit cum voluntaria mentis evagatione, ac distractione, ut docet idem Angelicus Praeceptor in 4to Dist. 15 q. 5. A. 2. Quest. 4. A. 2. Quest. 4. Ac 2do inquiens: Quando aliquis ex proposito mentem in alia distrahit in orando, tunc sine culpa non est, maxime si in aliis sponte se occupat, quae mentem distrahunt, sicut sunt exteriora opera: et si ad contrarium mens evagetur, etiam culpa mortalis erit. Quod diligenter notandum est etiam ab iis, qui ex devotione horas canonicas, vel quaslibet alias preces orant, quia licet hi sic [illegible] contingentia non videantur rei peccati gravis; peccarent tamen venialiter, si absque interna attentione orarent, ut optime advertit [illegible] contra nonnullos, et probat ex eo, quod quamvis quis ad orandum absolute obligatus non sit; si tamen orare velit, necesse est ut bene, atque debitis circumstantiis orat, ne sit quoque hoc tantum [illegible], ut habetur [illegible] 18.

177 Atque hinc non solum est [illegible] videri placenti in recitatione horarum canonicarum, qui eo tempore, quo recitat easdem horas, exercet actionem incompatibilem cum interna attentione, v.g. pingeret, scriberet, cum aliis loquerentur, aut confabularentur, aut alios loquentes attente audiret, properanter, ac celeriter se vestiret, aut aliquid aliud magna applicatione ageret; verum etiam reus est, qui actiones [illegible] compossibiles cum interna animi applicatione exerceret, ut esset in horto, vel in agro deambulare, se lavare, non omne properanter se vestire, herbas, vel rosas colligere, lectum sternere, vel [illegible], collem, aut [illegible], et alia hujusmodi in [illegible] se ad aliud tunc distrahi, et animum ad aliquid applicari, cavis vero, si interna attentio [illegible] quod [illegible], minime impediatur.

178 Neque his obstat primo, si dicas, Ecclesiam non praecipere, nec judicare de actibus internis, et proinde attentionem videri ea recitatione, quae exterius attenta ac devota est, etsi interim animus ad alia etiam voluntarie [illegible]; quia [illegible] beneficiatus taliter recitans [illegible] [illegible] [illegible] restitutionem; quod [illegible] plures ex iis doctoribus, qui nostram tuentur sententiam [illegible] concedunt...... 2do neque obstat, quod in omni sententia [illegible] satisfacit, qui involuntarie distractus recitat, etsi [illegible] non sit quod hic non [illegible] habeat attentionis internae, quam

qui voluntariè distractus recitat: unde ecclesia sola externa attentione contenta videtur. .. 3tiò neque etiam obest, quod internam internam attentionem haberi valdè difficilimum sit, ut ipsa docet experientia; ut proinde multum verisimile sit, ecclesiam Matrem piissimam noluisse eam sub praecepto rigoroso includere, ne filios suos amantissimos periculis pene certis suae salutis aeternae exponeret.. .. Tandem neque obest, quod recitatio cum solâ externa attentione videatur non vera Oratio, cum ad hanc nihil aliud requiratur, quam quod sit petitio decentium facta Deo. quod jam optimè salvatur in eo, qui voluntariè distractus petit, ut patet exemplo aliquid à Rege suo petentis, qui certè dicitur petere, ubi verba petitionis rectè profert, etsi animo interim etiam voluntariè aliò divagatur. Non obsunt, inquam, haec. Nam

179 (Ad primum juxta nostra, quae in Tract. de Legibus cap. 4 A 2 S. 1 à num. 255, et pluribus sequentibus proposuimus, dicendum est, falsum esse, ecclesiam non posse praecipere actus internos per se connexos cum actibus externis, hisque necessarios, et sine actus hi bonum, honesti, et laudabiles in genere morum, ut vel clarissimè constat ex his duabus sequentibus propositionibus, quarum primam proscripsit Alexander VII, et est hujus tenoris: Qui facit confessionem voluntariè nullam, satisfacit praecepto ecclesiae. Alteram verò damnavit Innocentius XI; et est sequens: Praecepto communionis annuae satisfit per sacrilegam Domini manducationem: Primum ergo argumentum non urget. Sicuti non urget, quod subjungitur, cum facilè concesserim cum Lugone, Barbosa, et pluribus aliis, talem beneficiatum ad restitutionem fructuum restitutionem teneri, quamvis ultrò fatear, non esse improbabilem contrariam plurium asserentium oppositum, inter quos est Lucius Ferraris verbo Attentio num 20, et duobus sequentibus, ubi citat sentire S. Antoninum, Hostiensem, Gersonem, Tabienam, Medina, Sotum, Toletum, Navarrum, et alios, quorum sua ratio fundat eadem, quam prima est, quod ex una parte, ut ex aliis, sunt habentur leges poenales, utpote odiosae, qualis, ut ajt, est ea innocens Beneficiarios obligat etiam restituendi fructus consumptos, sunt strictè interpretandae, et ex alia parte leges mentionem attentionem in recitandis horis canonicis nullam mentionem faciunt de obligatione restituendi fructus percipientes quamvis cum ipsis, quae de restitutione fructuum praecipientes loquuntur, ut sunt lex lata in Concilio Lateranensi toties citato, et à S. Pio V in laudata Constitutione Ex proximo, loquuntur de non recitantibus, quales jam dici nequeunt, qui cum externa attentione recitant, licet internam intentionem non habeant. Altera verò ratio est, quia qui est in aliqua rei possessione, ab ea non videtur dejiciendus, nisi oppositum certò constet, quod in casu praesenti non evenit ut ex his

180 Ad 2dum ultrò fatendum est, voluntariè distractum, qui videlicet neque dum recitat, voluntariè fovet alienas cogitationes, neque antequam recitaret, cum imprimis distractionis, ut causam in illam influentem, involuntariam, cum distractum suae satisfacere obligationi; negandum

verò est absolutè, hunc non habere plus attentionis internæ, quàm voluntariâ distractum, ut voluntariè distractus neque actualem, neque virtualem habeat attentionem, ut per voluntariam distractionem retractatur prior attentio actualis, si habita unquam fuit, contrà verò qui involuntariè distractus, ut non retractaverit priorem attentionem actualem jam habitam, virtualiter manet attentus; at proindè ut attentio virtualis vel ad verba sufficiat ad satisfaciendum suæ obligationi, saltem verò habitualis, aut interpretativa, jam patet, involuntariè distractum satisfacere; saltem verò voluntariè distractum excusatum patet ad 3.tium, quod solum urgeret, ubi requireretur attentio actualis præsens, non autem si requiratur tantùm virtualis 184 sicuti de facto juxta communissimam sententiam tantùm requiritur utpote ut hanc habere facilimum sit, dùm ad hanc continuandam sufficiat à se rejicere cogitationes à proposito alienas, dùm illas advertimus. Ad ultimum negandum est assumptum: [illegible]

182 [illegible] exemplo non probatur, ut magnum sit discrimen inter orationem, seu [illegible]ationem civilem, quæ fit Regi, et inter orationem seu petitionem moralem, quæ fit Deo. Hæc enim est verus virtutis et Religionis actus, qui talis esse non sit sine interna animi applicatione, saltem virtuali, ut Deus non tantùm verba, sed præsertim animum habeat adorare juxta illud Joan. 4. spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu, et veritate oportet adorare. Quod non verificatur de oratione civili ut ad hanc sufficiat quomodocumque verba sua alter porrigere, utpote ut hæc sit quæ [illegible] [illegible] externa.

182 Cæterum ad tollendos scrupulos, et conscientias remorsus in viris [illegible] timoratis unum adnotare oportet, sufficienter obligationi satisfacere ab iis qui mentis revolutione, ac divagatione intus vacuandum patiuntur, ubi ut primum ad eas advertunt, præmittant medicinas adhibere, vel à Deo attentionem petendo, vel divina meditando, vel à se removendo, quod [illegible] [illegible] divagationes [illegible], vel magis animum dicendis applicando &c. Tunc enim etiamsi fortè inde accidat ut deinde [illegible] divagetur distractio erit involuntaria; et proindè nullo modo curanda; minimè contemnenda est ad anxietates et majores evitandas perturbationes. Quod specialiter notandum fore viri scrupulosi, ac meticulosæ conscientiæ, quos ad nihil [illegible] [illegible] tamen, communiter Doctores [illegible] [illegible] [illegible] sint, se [illegible] voluntariè distractos recitasse quippe [illegible] [illegible] confessariis injungendum censeo, ut taliter [illegible] nullo modo repetant, ut experientia teste, eis pernitiosum, ut repetere, sit omnes scrupulos, et anxietates fovere.

9: Secundò adnotandum est, ut testatur [illegible] Gregorio, lib. 4. cap. 3. sub. 2. R. 4. num. 177. Sæpe [illegible] communiter tenent Doctores illum non esse reum peccati gravis sed quasi minimæ [illegible] [illegible], à [illegible] [illegible] ex iis, qui voluntariè quidem distractus recitat, attamen planè [illegible] advertit suam distractionem, sed tandem semi-plenè, et imperfectè, quamvis verum sit, quod taliter recitans venialiter peccaret, probatum ob negligentiam in distractionibus [illegible]

Ratio autem est, quia prima actualis attentio, seu intentio attendendi semper virtualiter perseverat, donec cum plena advertentia non revocatur; cum intentio cum plena deliberatione prius concepta non desinat existere, nisi cum alia plena advertentia retractetur: ad satisfaciendum autem recitationi divini officii quantum ad substantiam praecepti sufficit, ut officium recitetur cum attentione virtuali; ergo etc. Atque haec circa attentionem, quibus

184 Pro complemento addes, et quaeres, an obligatus ad horas canonicas persolvendas, dum recitat, debeat esse ab omni peccato alienus, ut suae satisfaciat obligationi?

Respondeo, debita cum attentione, ac intentione horas canonicas integre, ac distincte recitantem suae satisfacere obligationi, etsi in peccato habituali, etiam mortali existant, ut constat ex hoc in Michaele Bajo a pluribus Pontificibus, et ultimo ab Urbano VIII. in Bulla: In eminenti damnata propositione ordine 16. Non est vera legis obedientia, quae fit sine charitate: quinimo si talis recitatio fiat animo exeundi a peccato, seu intentione a Deo impetrandi gratiam conversionis, pia, et utilis erit, cum talis oratio fiat ex impulsu Spiritus Sancti non quidem inhabitantis, sed moventis, et pulsantis. Atque hinc difficultas solum est de eo, qui adhuc, cum recitat, servat actualem affectum ad peccatum, et adhuc habet actuale propositum peccandi. Atque hoc in casu non satisfacere, immo graviter peccaturum taliter recitantem, docent Medina, Ledesma, et alii apud P. de Lugo loco supra citato num. 178, et hoc non quia exerceat indigne actum Ordinis, sed quia ex una parte concipi non sit, quomodo pie, et religiose Deum orare, et adeo actum Religionis, qualis esse debet divini officii recitatio exerceret; et ex alia parte irrogat Deo magnam irreverentiam, cum eodem tempore, quo petit beneficium a Deo, illum offendere intendat. Quod tamen dicere non audet Continuator Cornelii Hurtado p. 2 cap. 2 sect. 6 in fine dicens, ad minus dubium esse, an satisfaciat; et proinde licet certum sit, quod tale propositum peccandi sit peccaminosum; tamen certum non est, quod ita inficiat recitationem, ut non sit satisfactoria. Confitetur autem P. de Lugo cum Sanchez, Navarro, et aliis dicens se nihil sua veriorem, et communiorem, quamvis loquens de obligato ad recitandas horas canonicas, facile concedat, venialiter peccaturum, ubi cum tali actuali proposito peccandi oraret, negat tamen, mortaliter peccaturum; et adeo vult, quod iste satisfaceret suae obligationi: et hoc quia ex una parte recitatio officii non est actus Ordinis sacri, quamvis imponatur constitutis in sacris; et quia ex alia parte quamvis taliter recitans nihil sibi impetret; potest tamen pro aliis obtinere, cum orat nomine Ecclesiae, ut patet exemplo Ministri offerentis, qui esset in mortali peccato actuali, et tandem quia tale propositum non videtur ita inficere illam recitationem, ut sit conjuncta cum irreverentia, quae de mortali damnetur. Verum quidquid de hoc sit, gravibus verbis certe a me tanti Confessario taliter recitantes essent redarguendi. Sed jam sit

Articulus sextus.

De genere obligationis horarum canonicarum.

185. Praeceptum impositum Clericis, Beneficiatis, et Religiosis, ut quotidie horas recitent, sub gravi observantiam suam urgere, ita communissime convenit inter Doctores, ut non solum mortaliter peccaret, qui culpabiliter totum divinum officium omitteret, verum gravis peccati reus esset, qui aliquam notabilem ejusdem partem non recitaret, ubi hanc recitare posset, ut colligitur ex propositione ordine 54. ab Innocentio XI. damnata = Qui non potest recitare Matutinum, et Laudes, potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem: Ratio est manifesta, quia nedum materia talis praecepti est gravis, verum etiam in non recitantes graves poenae infliguntur; et propterea sicuti ille graviter peccaret, qui die festo omitteret audire sacrum, vel notabilem ejusdem partem; ita etiam gravis culpae reus esset, qui vel totum divinum officium, vel notabilem ejusdem partem culpabiliter non recitaret, cum jam divinum officium non sit totum indivisibile, sed divisibile, cum singulae partes ejusdem habeant rationem completae orationis. Est pro horum majori intelligentia.

186. Quaeres primo, an omittens divinum officium recitare tot numero peccata committat, quot sunt horae culpabiliter omissae? Respondeo, quod quamvis certum sit plura peccata committere, qui plures omittit horas ex intentionibus moraliter interruptis, ut est, ubi quis pluries renovaret propositum horas non recitandi, ac deinde illud retractaret, ac iterum renovaret; item quamvis censuram latam in non recitantes non incurrerit, qui etsi proposuerit non recitare, attamen mutato consilio ante mediam noctem diei festo recitaverit, quia tunc exterius consummatum non esset omissionis peccatum, quod requiritur ad censuram contrahendam; difficultas tamen est inter Doctores circa numerum peccatorum, ubi quis ex una moraliter continuata intentione totum divinum officium omitteret, an videlicet tunc unum tantum numero peccatum, an vero septem peccata committerentur? Est nihilominus tenendum videtur, quod etiamsi malitia crescat pro quantitate horarum omissarum, nihilominus unicum numero peccatum committatur ab eo, qui totum divinum officium culpabiliter omittit, ut teste Continuatore Tournely communiter tenent Doctores, aut saltem verosimilius, et communius, ut testatur P. Lucius Ferraris Verb. Divinum Officium Art. 3. num. 2., cum S. Antonino Part. 3. Tit. 13. Cap. 4. ubi de hoc assignans rationem ait = Qui omittit omnes horas unius diei, non propterea committit septem peccata mortalia, sed unum, et tanto gravius, quanto plus de Officio omittit; quia totum officium unius diei cadit sub uno praecepto =. Quidquid vero sit, an accessus malitiae quae est in omissione omnium horarum supra malitiam, quae intervenit in omissione unius horae, debeat specialiter in sacramentali confessione aperiri, quod jam dependet ex difficultate an circumstantiae simpliciter aggravantes debeant in sacramentali confessione manifestari, de quo vide P. Lapicanne

Quaeres 2do, quaenam pars divini officii dicenda sit notabilis, et gravis materia, quam quis culpabiliter omittendo graviter peccat?

Respondeo, passim convenire Doctores, quamcunque ex septem horis, etiam minimam, ut Tertiam, et Completorium, esse partem notabilem, et sufficientem, ut ejus culpabilis omissio sit grave peccatum, cum revera per talem omissionem officium notabiliter mutilaretur, et amplius unum non esset quod septem horae canonicae recitarentur. Quoniam ita verum existimat P. Claudius La-Croix hic lib. 4. num. 1209. ut dicat, esse mortale peccatum vel omittere solas Vesperas Sabbati Sancti, non quidem ob quantitatem, sed qualitatem, quia nempe sunt integra hora, et magnum continent Mysterium. Quod tamen alii negant; quamvis et hi concedant graviter peccaturum, qui etiam in diversis, et distinctis horis omitteret tantum de recitandis, quantum sufficit ad constituendum unam horam breviorem; sicuti etiam graviter peccaret, qui in Matutino Feriae omitteret Psalmum aequivalentem horae brevi, v. g. Tertiae, vel Completorio, quia nempe illae partes licet secundum se leves sint, tamen coalescunt in unum respectu totius officii, fiuntque notabile. Neque et dices de eo, qui aliquid ejusdem horae, v. g. recitaret Pater, et Ave, et hymnum Tertiae, reliqua ejusdem horae omittendo, quia parum pro nihilo reputatur, et adeo moraliter totam horam omittere censetur. Qua doctrina alii, ut Navarrus, Azorius, Villalobos, Moscignus, Sylvester, et alii, quos suppresso nomine citat P. Daniel Concina hic Dissert. 2. cap. 9. § 6. num. 4. contenti non sunt, docentes mortaliter peccaturum, qui tertiam, vel dimidiam partem horae brevis, puta Tertiae, culpabiliter omitteret. Quam tamen sententiam ex Pontasio rigorosissimam vocat Continuator Tourneli, etiamsi de dimidia parte intelligatur.

Quaeres 3tio, an debeat repetere, qui dubitat, an aliquid omiserit de divino officio persolvendo?

Respondeo, hic non agi de scrupulosis. Hos enim non esse obligandos ad repetendum, sapienter monet P. de Gregorio hic lib. 4. cap. 2. art. 2. num. 150. quia in his ut plurimum dubia non sunt vera dubia, sed inanes apprehensiones. Atque hinc difficultas tantum est, quoad eos non scrupulosos. Et de his loquendo distinguendum est inter dubium positivum, et mere negativum. Si enim dubium est mere negativum, tale scilicet, ut nulla gravis conjectura, et solidum fundamentum habeatur pro facta recitatione, tunc procul dubio dubie omissa recitari debent, quia praeceptum est in possessione, et proinde praeferendum, juxta Regulam 65 juris in 6. Si vero dubium sit positivum, graves scilicet adsunt conjecturae, ex quibus colligere, notas te recitasse, tunc, teste P. Lucio Ferraris loco supra citato, communis, imo teste P. de Gregorio, communissima sententia tenet, non esse obligationem repetendi dubie omissa, imo nonnulli, inter quos Sanchez, Laymann, La-Croix, Sporer, et alii, addunt, male facere qui graviorem habens conjecturam, quod recitaverit, velet recitare dubie omissa, quia sic, ut ipsa docet experientia

viā sibi scrupulis aperiret. quæ vero arbitror præsertim in eo, quo dubium contingit circa omissionem in eadem hora attentiuatim recitata ab eo, qui non properanter recitare solet, sed cū sibi possibili attentione, et circumspectione, ac diligentia quia tunc jūt prudenter judicare, quod de facto recitaverit, et dubium inde ortum eveniat ex defectu memoriæ, aut causa involuntariæ distractionis. Quod tñ diligenter notandū, quia si dubium contingat circa omissionem integræ horæ, tunc non difficulter concedam cū Salmanticensibus, tract. 20. Cap. 7. num. 7., quod quamvis non teneatur repetere, qui ordinarie non solet recitare horam posteriorem nisi post priorem, et sæpe tali dubio laborat; teneatur tñ repetere ubi nonnisi raro tale dubium insurgit, et de facto aliquando expertus est, se ad horā posteriorem transiisse antè priorem recitatam; quia tunc est vehemens suspicio veræ et realis omissionis. Idemque dic de eo, qui festinanter recitare solet, aut cū voluntaria, aut quasi voluntaria distractione.

189. Neque dicas, in dubio omissionis semper repetendā esse taliter omissa, quia præceptū recitandi est certum, et solutio est incerta, et proinde non satisfacere, cū debito certo non satisfiat solutione incerta. Nam in casibus expositis solutio non esset incerta, sed moraliter certa, quia est judicium commune oīū prudentium, quod ecclesia plus non requirat ab ejusmodi hominibus, cū alias onus intolerabile illis imponeretur. Ex his autem sit

Articulus Septimus.

De causis excusantibus à Dīo Officio.

190. Eas ipsas causas, quæ ab observantia legis humanæ excusant, excusare etiam à recitatione divini officii, planū est ex supradictis à num. 99. et sequentibus, cū saltem probabiliter præceptū illud recitandi sit merè ecclesiasticū. Quare pro integra præsentis mat. doctrina relegas dicta, et indicata in Tract. de Legibus Cap. ultimo, ex quibus perspicies qualiter ignorantia, et oblivio, item metus, dispensatio, ac Privilegium à Sumo Pontifice obtentū habeāt ab Officii recitatione excusare; dum interim hic attingamus nonnulla quantum ad impotentiam, et occupationem supervenientem. Unde

191. Quæres primò, an, et qualis impotentia habeat excusare à recitatione horarū canonicarum?

Respondeo, impotentiam aliam esse physicā, aliam moralem. Physica est, qua laborat is, qui ōi studio, ac diligentia, ac totis suis viribus adhibitis divinū officiū recitare non potest. Hanc verò à recitatione, ac ōi alio excusare certū est apud omnes, atque de hac impotentia specialiter verū est illud: Impossibilium nulla est obligatio ff de Regulis juris. Atque hinc quivis neque ex se solo, neque cū socio adjutus sciens ... notabile de officio memoriter recitare omittendo non peccat, sicuti neque peccat qui memoriter nesciens recitare etiam cū socio, inculpabiliter caret Breviario, puta vel quia

illud absque ulla culpa omisit, aut iter agens ex inadvertentia, et oblivione domi reliquit, aut etiam advertenter, attamen probabiliter putans, se alibi inventurum, et interim sub possibili diligentia adhibita non fit invenire. Sequentia tamen diligenter notari debent, quia si quis voluntarie Breviario careret, exempli gratia quia illud sciènter laceravit, aut in mare projecit, tunc certum est, gravi culpa aequivalente omnibus omissionibus praevisis teneri, se reum facisse, tunc cum laceravit, aut in mare projecit: Quidquid interim sit, an peccet etiam singulis diebus quando obligatio recitandi urgebit, de quo consule dicta in Tract. De Actibus Humanis Cap. 2. A. 3. à num 92. et pluribus sequentibus.

292 Impotentia vero moralis ea est, quae is detinetur, qui quidem virium suarum conatu omni adhibito horas persolvere fit; non fit tamen sine magna difficultate, ac gravi incommodo vel temporali inde subeundo. Atque hanc pariter excusare à recitatione horarum canonicarum, patet ex dictis in Tract. De Legibus Cap. 4. S. 5. à num. 208. ubi probatum est, leges humanas per se non obligare sub vitae periculo, aut alio gravi damno temporali. Unde divinum Officium recitare non tenetur, qui gravi detentus infirmitate illud persolvere non fit sine magno capitis vel corporis incommodo, aut dolore. Quod et dic de eo, qui apud infideles existens graves sibi metuit cruciatus ab ipsis, ubi ex recitatione cognoscatur esse Christianus, Sacerdos, vel Religiosus, id pro bono majori intelligentia.

293 Quaeres 2do, an qui ratione impedimenti, quo laborat, solus divinum Officium recitare non fit, teneatur advocare socium, cum quo commode fit recitare?

Respondeo, quidquid aliter sentiant nonnulli, tenendam esse sententiam affirmantem, quam communiorem vocat P. Dominicus Viva in expositione Propositionis ordine 54. ab Innocentio XI. damnatae, praesertim pro casu, quo absque gravi incommodo socium adsciscere fit. Ratio autem est, quia praeceptum obligans ad aliquod opus ponendum, hoc ipso obligat etiam ad ponenda media ad illud necessaria, et moraliter possibilia. Sic qui die festo tenetur audire Missam, et caret vestibus, quas tamen commodatas ab amico habere fit, illas petere et accipere tenetur; et proinde, ubi quis commode socium habere fit, cum quo recitet, illum adhibere debet ad recitandum. Quamvis caeteroquin sit privilegium posse extra chorum cum socio recitare, quia quis etiam privilegio uti debet ad exequendum mandatum, quando illius usus est necessarius. In quo tamen stat impotentiae loqui, aut etsi pronunciare potentem, attamen cum gravi, et notabili incommodo inde subeundo ex partis sibi obvenientis recitatione, non teneri ad se socium advocare, qui coram se totum recitet officium, ut illud saltem audiat, quia non extat praeceptum de simplici auditione, sed de recitatione divini officii.

294 Ubi adnotanda sunt verba illa: Praesertim pro casu, quo absque gravi incommodo socium adsciscere fit.

quia plures Doctores, inter quos clare Palaus, Continuator Tournelii, Sayrus, Bonacina, et Ferraris verb. Divinum Officium n. 5 et 8 contra alios, contendunt, habentem pingue beneficium teneri statuto pretio conducere socium, cum quo sit recitare ea sana ratione, qua beneficiatus curam animarum annexam habens non potens per semetipsum Parochianis sacramenta administrare, si habeat superflua, his conducere tenetur operarium, qui suam suppleat impotentiam. Atque eam assignant rationem, quia ex quo obligatur ex justitia ad dictum officium, propter quod fructus pingues recipit, tenetur partem superfluam ipsorum expendere in conducendo socio pro tali debito complendo, ut sic commode possit habere medium ad suam obligationem adimplendam, a qua non excusatur nisi ratione magni incommodi subeundi.

195 Quaeres 3tio, an non solum, qui actu gravi febre, aut alio morbo laborat, sed etiam, qui ex eo convalescit teneatur statim recitare?

Respondeo, nedum graviter aegrotantes; verum etiam ex tali gravi infirmitate convalescentes ab officii recitatione excusari per aliquot dies, ubi experientia teste, vel prudentis Medici, aut alterius viri periti judicio periculum recidentiae, aut virium notabilis imbecillitas, aut gravis capitis gravedo, vel stomachi conditio, aut aliud simile incommodum immineret ex praedicta recitatione, quia, ut communiter docent Theologi, sub tali incommodo Ecclesia Mater piissima filios suos obligare non intendit. Ex qua ratione Continuator Tournelii, Roncaglia, Elbel, Viva, Salmanticenses, et alii apud P. de Ligorio hic Lib. 4. Cap. 2. Dub. 2. n. 3. num. 153. docent, ubi non solum ipse patiens, sed vel ipse Medicus, aut alius vir prudenter dubitaret, an talis recitatio sit necne causatura illud grave incommodum, tunc namque non adesse recitandi obligationem, quia nimium credibile non est, quod Ecclesia velit gravi periculo suos filios exponere; idque eo magis, quia de jure naturali est vitam propriam mediis ordinariis conservare, quae tamen ita vera non sunt, ut locum habeant pro eo casu, quo solum dubium est, an indispositio sit gravis, an levis; dubium tamen non est de incommodo gravi inde subeundo, quia ubi dubium non est de incommodo gravi subeundo, lex utpote in possessione est praeferenda.

196 Sed quid dicendum est de eo, qui non obstante morbo aut convalescentia per diem vacat amicorum confabulationibus, vel etiam alicujus libri lectioni ad animum recreandum?

Respondeo, ut observat P. de Ligorio loco citato cum Sanchez, Suarez, Elbel, Salmanticensibus, et aliis, talia, aut similia praestare non esse per se signum, quod quis sine gravi incommodo etiam divinum officium recitare valeat, quia illa confabulatio, aut lectio non solet augere, sed potius alleviare morbum utpote afferens voluptatem, atque in iis non requiritur tanta attentio, quanta in officio recitando opus est.

197 Quaeres 4to, an tertiana, aut quartana febri laborantes ab Officii recitatione excusentur?

Respondet negative Continuator Tournely hic Part. 2. Cap. 2. Sect. 7., et suam sententiam dicit esse communem, eamque probat tum ex hac ratione, quia nimirum hujusmodi febres solent relinquere satis intervalli, et virium, ut quis Horis canonicis persolvendis possit, tum ex auctoritate S. Caroli in suo Concilio Mediolanensi IV. an. 1576. sic admonentis = Meminerit, qui Officio astrictus est, se febri, morbove aliquo, vel adversa valetudine leviter aliquo laborantem, non justam propterea excusationem habere, quando illud intermittat, omittatve = Verum quamvis admittendum sit, quod idem Continuator Tournelij subjungit, nempe quod infirmitas, vel febris non censeatur ab Officio dispensare, quando non impedit, ne hoc alia sua negotia graviora, et molesta pertractet sine gravi, ac notabili salutis incommodo; ejusdem tamen sententia absolute prolata non videtur admittenda, cum aliquando vel ipsa terziana, aut quartana febris sit ita gravis, ut omnino vires extenuet, vel si ipsa febris ex se talis non sit, temperamentum patientis sit ita gracile, ut omnimode ex ea vires debilitentur: quo in casu certum non erit obligationem recitandi. Quare melius dicunt Sporer, Concina, Bonacina, et alij apud P. Ferraris, spectandas esse circumstantias incommodi inde ex recitatione subeundi, ut recte pro praxi casus resolvatur. Atque hae circa impotentias, quibus addenda esset solutio difficultatis, an qui possit recitare solum unam, vel alteram horam breviorem, vel solum tres, aut quatuor breves psalmos, quos memoriter scit recitare, hos recitare teneatur? sicuti et addenda esset solutio dubij, an qui caret officio proprio Sancti, de quo est recitandum juxta Kalendarij praescriptum, debeat recitare de communi? sed quoniam ex dictis num. 185: constat ad primum; et ex dictis num. 135: facile patebit ad secundum, hic supersedeo, et pergo ad aliam causam excusantem, quae est superveniens occupatio.

128 Queres Sto, quae, et quanta debeat esse occupatio superveniens, ad hoc ut habeat ab Officio recitando excusare?

Pro hujus difficultatis solutione adnotandum est cum communiori, ac mihi veriori sententia, quam tradi in Tract. de Legibus Cap. 6. §. 6. num. 423., praevidentem se impediendum a divino Officio tempore per Rubricas praescripto recitando, dummodo sit intra tempus, quo praeceptum adimpleri potest, teneri praevenire totum divinum Officium recitando, sicuti si mane ob supervenientem impedimentum Matutinum, et reliquas horas breves recitare non possit, post meridiem, aut sub vesperas illum, et illas persolvere debet, ubi cessabit impedimentum. Quidquid aliter senserint nonnulli oppositum existimantes. Et ratio est, quia praeceptum de recitandis horis canonicis urget sua obligatione intra latitudinem temporis, quod est ab una ad aliam mediam noctem; et proinde qui illud intra dictam latitudinem implere potest, certe totum officium recitare tenetur vel anticipando, vel etiam postponendo ad tempora, quo cessat, vel non est impedimentum ea sane ratione, qua quis praevidens circa meridiem sacrum praeceptum audire non posse, illud mane audire

debet, si possit, aut etiam post meridiem, si forte celebratur, ubi
ta meridiem non audivit. Quare difficultas est solum pro casu, quo
supervenientis occupatio non fuit praevisa, aut si praevisa, sed
ea urgeat toto tempore, ad quod praeceptum se attendit, et pro
hoc casu Dico, occupationem repentinam, seu nullo modo
199. eo praevisam, aut toto tempore, quo praeceptum de horis canonicis
recitandis urgeat, perdurantem excusare a recitatione, quando
ea est gravis, honesta, et necessaria, quae in alio tempore fieri
fieri non sit sine scandalo, aut magno detrimento proprio,
vel alieno in vita, honore, aut etiam in fortunae bonis.
Et patet ex superius dictis, quia nempe praecepta ecclesiae non
obligant cum tanto onere, et incommodo, quae moraliter vitari
qui debent, et benignam admittunt interpretationem, ut com-
muniter fatentur Doctores. Atque hinc ab Officio recitando
deobligatur, qui nondum recitato officio ex improviso vocatur
ad audiendam confessionem moribundi, aut periculose aegro-
tantis, quae usque ad mediam noctem protrahitur; sicuti et ex-
cusatur, qui orta seditione in Populo per totam diem se
implicare deberet ad concludendam pacem, et finem sedi-
tioni imponendum, quia nimirum charitati, utpote quae est vir-
tutum regina, ceterae virtutes cedunt. Hacque ratione com-
munes Doctores etiam excusant confessarium, qui eo die, quo termi-
natur Quindenna Paschalis, aut jubilaeum, tanta Poenitentium
multitudine obruitur, ut una simul cum necessariis naturae
et confessionum illarum auditione non sit componere Brevia-
rii recitationem: Quod et nonnulli sustinent de Concionato-
re non potente concionem omittere sine scandalo, aut sui
nota, qui si vellet recitare officium, ob memoriae defectum
non possit eidem mandare recitanda. Verum in his, aut ae-
is similibus casibus, qui potius metaphysici videntur, caute
est procedendum, ut sapienter monet loco supracitato Con- 201.
tinuator Tournelii. Atque ex his sit

Articulus Ultimus.

De poenis non recitantium Divinum Officium.

200. Clericos omnes beneficiatos omittentes recitare horas cano-
nicas, dummodo id culpabiliter faciant, teneri ad restitutionem
fructuum perceptorum, si post sex menses ab obtento beneficio
non recitaverint, et ita quidem, ut si totum officium omise-
rint, omnes fructus, et si solum aliquam diei Officii partem non
persolverint, partem fructuum tali omissioni correspondentem
restituere debeant, constat ex Decreto Concilii Lateranensis
V., quod supra num. 110. afferebam, et ex Constitut. ex proximo
S. Pii V, in qua innovatur, et declaratur laudatum Decretum Con- 202
cilii Lateranensis his verbis =: Statuimus, ut qui horas omnes
Canonicas uno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes bene-
ficii, seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus
responderent, si quotidie dividerentur: qui vero Matutinum
tantum, dimidiam, qui ceteras omnes horas, aliam dimidiam,
qui harum singulas, sextam partem fructuum ejusdem diei a-
mittat; tametsi aliquis choro deditus non recitans omnibus horis
canonicus cum aliis, praesens esset, fructusque, et distributiones

...ita alias usurpatos, seu praesentiâ, juxta statuta, consuetudinem, vel alios sibi lucrifecisse jurejurando, is etiam propter fructuum, et distributionum omissionem, grave peccatum intelligit admisisse =. Hasque restituere, faciendo est tales fructus vel in fabricam beneficij conferendo vel in pauperum eleemosynas erogando, ut ex his laudati Concilij Lateranensis Decreti verbis constat. eos tanquam injuste perceptos in fabricam beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. et ita quidem, ut talis restitutio fieri debeat ante quamcunque judicis sententiam, et suppleri non possit per quascunque eleemosynas factas, saltem ante illud tempus, scilicet ante culpabilem officij omissionem, ac perceptos fructus, ut constat ex duabus damnatis propositionibus ab Alexandro VII. proscriptis, quarum una ordine 20. est hujus tenoris: Restitutio à Pio V. imposita beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientiâ ante sententiam declaratoriam judicis, eo quod sit poena: Altera verò ordine 33. est sequens. Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascunque eleemosynas, quas antea beneficiarius de fructibus sui beneficij fecerit. Quidquid porrò sit, an sub obligatione sit, qui post culpabiliter omissas horas sui immemor debet fecerat eleemosynas aequivalentes fructibus perceptis sibi indebitis. De quo adhuc dubium est inter Doctores, teste D. Tomine Vivo in expositione dictae propositionis, quamvis ipse fatetur, sententiam negantem esse communiorem. His autem, quae intelligi debent, ut supra notavi, de culpabili omissione, cum qui inculpabiliter omitteret horas, faciat fructus suos, ut constat meditanti supra laudatum Decretum Concilii Lateranensis, et S. Pij V. constitutionem, His, inquam, addenda est solutio non nullorum dubiorum huc spectantium.

201 Quaeres itaque primò, an sicuti qui post sex menses ab obtento beneficio horas omitteret, fructus tunc perceptos tenetur restituere, ita etiam restituere teneatur, qui sex illis primis mensibus non recitaverit, fructusque ...

Respondeo, huic difficultati non nisi implicitè satis occurrisse hac verba: Item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ... excusaverit, grave peccatum intelligat se admisisse: quae S. Pius V. verbis supra relatis subjungit. Verum cum his non obstantibus plures Doctores, cum quibus supra num. 129 sensimus, doceant valide, obligatione recitandi divinum officium in Beneficiato esse ex rigorosa justitia, hinc dicimus, proficiendum beneficiatum teneri restituere perceptos fructus, correspondentes illis sex primis mensibus pro rata culpabilis omissionis. Quam vide ibidem dicta. 202

Quaeres 2dò, an Beneficiarius unâ die culpabiliter horas canonicas omittens à debito restituendi liberetur, si alio die duplex recitat Officium?

Respondeo, cum communiori, eâque probabiliori sententia dicendum beneficiatum debitum ac perceptorum fructuum restitutionem teneri, ut non obscurè colligitur et ex verbis Constitutionis S. Pij V., quae paulo ante attulimus, et ex his: Beneficiatus fructus suos non faciat pro rata omissionis recitationis...

rationes Officij, et temporis: quae memoratum Concilium Lateranense in suo Decreto. Atque insuper verum est, quod obligatio recitandi Officium in beneficiato est essentialiter annexa, et affixa diei, sicuti obligatio jejunandi, et audiendi sacrum die vigiliae et festi; et proinde sicuti jejunans hodie v. g. non satisfacit praecepto jejunandi, quod heri v. g. urgebat, aut die feriali audiens missam non satisfacit praecepto audiendi missam die dominica; ita neque hodie v. g. recitans duplex officium [illegible] satisfacit praecepto, quod heri urgebat: Atqui ut beneficiatus possit facere fructus beneficij suos, debet ponere opus satisfactorium suae obligationis, ut patet; ergo &c.

23 Quaeres 3tio, an Beneficiatus, cui alia onera praeter officij recitationem sunt imposita, v. g. Parochus, qui confessiones excipit, aliaque Sacramenta administravit &c, ita teneatur fructus percepti restituere, ac si talia non praestitisset, ubi contingeret, ut culpabiliter totum officium non recitaret?

Respondeo, hic oportere distinguere inter provisum de beneficio simplici, et inter provisum de beneficio habente annexum aliquod particulare onus supra communia cuique clerico, quae sunt habitus clericalis gestatio, castimonia, fuga spectaculorum &c. Nam provisum de beneficio simplici culpabiliter omittentem horas canonicas teneri ad omnes fructus omissis horis correspondentes; adeo ut nihil sibi retinere possit ratione oneris communis, seu proprium cujusque clerici, communiter asserunt Doctores, et ita quidem ut Lessius apud P. Fr. Gregorio lib. 3. tract 5. & in suo Decalogi Praecepto Cap. 2. Dub 5. & 6. num. 673. oppositam sententiam appellet falsam. Idque ipsum asserunt Suarez, Valentia, et Azorius apud eundem P. Fr. Gregorio de proviso de beneficio speciale onera annexa habente, et hunc namque ad eos fructus debitos diei, qua omisit recitare, restituendos teneri, et hoc quidem ex verbis decreti Concilij Lateranensis, et Constitutionis Leonis X. Pij V., in qua tantum fit mentio de recitatione horarum, et harum omissione, si culpabilis fuit, omnium fructuum tali diei, aut diebus correspondentium amissio annexa decernitur. Quam tamen sententiam tanquam nimis rigidam rejiciunt alii ut Sanchez, Sotus, Lessius, Viva, Salmanticenses, Vasquez, Bonacina, Diana, et alij apud laudatum P. Gregorio dicentes Episcopum, vel Parochum caetera sua officia praestantem ob culpabilem Horarum omissionem teneri solum ad tertiam, aut quartam, aut etiam quintam partem redditum beneficialium restituendam, Canonicum, et Capellanum ad dimidiam, vel etiam tertiam tantum partem. Haecque sententia suaderi fit ex eo, quod ex una parte certum est, proviso de beneficio v. g. curato ac dignitate, fructus beneficiales non solum ob tum Officij recitationem, sed etiam ob sacramentorum administrationem, populi instructionem, verbi dei praedicationem, infirmorum visitationem, Missas pro ovibus suis celebratas &c; ex alia parte vero non est verisimile, Concilium Lateranense, ac S. Leonem X. intendisse privare Beneficiatum omnibus fructibus debitis pro talibus Officijs rite praestitis ob solam horarum omissionem, hocque non solum, quia id non videtur congruere aequitati naturali suadenti, ut pro rata laboris, attribuatur, aut denegetur merces, atque omnino incongruum videtur, ut eodem modo puniatur Parochus praestans omnia quae ... praeter horarum persolutionem, quo puniretur simplex ...

necessitas nihil omnino praestans; sed etiam quia sic usu recepta et explicata est Constitutio S. Pii V. ac Sacrosancti Concilii Lateranensis, et quidem ad mentem ipsorum canonum, ut notavimus, in his non restitutio omnium, sed solum partis fructuum correspondentium innovatur omittenti unicam, vel alteram tantum horam. Atque haec de Horis Canonicis dixisse sufficiat, ex quibus sit

Caput Quintum.

De Adoratione Religiosa.

Adoratio generatim sumpta usurpatur pro quocumque actu, quo quis alteri se submittit ad ejusdem significandam excellentiam. Quae cum possit esse naturalis, vel supernaturalis, Adoratio alia est mere naturalis, seu politica, et civilis, alia vero supernaturalis seu religiosa. Naturalis, seu politica, et civilis est, qua quis colit, et veneratur alium, seu illi se submittit ad significandam, seu ostendendam ejusdem naturalem excellentiam, seu dotes, et praerogativas, ac virtutes naturales, aut alia: et de hac intelligitur illud Judith: Videns Judith Holofernem ..... adoravit eum prosternens se super terram. De adoratione autem ita intellecta hic non disputabimus, sed tantum de supernaturali, seu Religiosa, quae est actus, quo quis alium colit, et veneratur eidem se submittendo ad [illegible] ejus supernaturalem excellentiam, seu dotes, praerogativas ac virtutes supernaturales, et [illegible] exhibita reverentia, ac venerationis propter supernaturalem excellentiam illius, cui exhibetur. Quae supernaturalis excellentia cum alia sit increata, et creata alia, itaque alia sit valde eminens, et omnino singularem, ac specialissimam habens conjunctionem cum ipso Deo, alia vero non valde eminens, neque habens praefatam specialissimam conjunctionem cum Deo, hinc Adoratio supernaturalis, seu sacra, et Religiosa dividitur in Latriam, Hyperduliam, et Duliam.

Latria, quae est Adoratio pressa, et rigorosa, et soli Deo debita, juxta illud Matth. 4: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies, Latria inquam, est actus, quo nos ipsi Deum submittimus ad testandam ejus increatam, ac infinitam excellentiam, et supremum illius dominium in cuncta creata, et creabilia, et nostram in omnibus ab eo [illegible]. Hyperdulia autem est illa specialis, et eximius cultus, quo B.B. Virginem supra ceteros Sanctos honoramus propter ejus singulares virtutes, et perfectiones ultra latitudinem creatae excellentiae omnium maximas, et praesertim ob singulare divinae ejus Maternitatis privilegium. Dulia vero est adoratio, et cultus sacer, qui aliis Sanctis [illegible] [illegible] inferioribus exhibetur propter excellentiam, et sanctitatem, et puritatem, quae in illis relucet, singularis amicitia cum Deo.

Triplex autem haec Adorationis species primo dividitur in absolutam, et respectivam, seu relativam; 2do in internam, et externam. Adoratio absoluta est ille cultus, qui alicui exhibetur propter intrinsecam ejus excellentiam, quam sibi propriam habet, et haec solum convenit Deo, vel creaturae rationali, et intellectuali, utpote quae sola est capax virtutis, sanctitatis ac donorum supernaturalium, quae objectum constituunt adorationis. Respectiva vero, seu relativa ea est, quae res aliqua ado-

ratur, non propter excellentiã suã inhærentem, et suis propriam, prout dicit respectum, habitudinem, et conjunctionem cũ alio a quo resultat excellentia, cujusque ratione res illa honore dig[na] judicatur; atque hæc adoratio etiã rebus inanimatis, et rationa[bili]bus conveniens fit, quiã in illis non sistit, sed transit ad person[am] ad quã res illæ habent habitudinẽ, et relationẽ; sicque cruce[s] et ... ctionẽ imagines adorantur ã xtianis. Interna est quæ interius tãt animo, et corde perficitur: Externa verò, quã interna volun[ta]tis submissio aliquo externo signo manifestatur, puta genuflexio[ne], prostratione, capitis inclinatione, et hujusmodi aliis sig[nis].

270 Respondeo, eo in casu attendi debere, an apposita conditio tota pendeat a voventis voluntate vel non: et an ea sit de opere sub praecepto cadente, vel non; et proinde an illa secundum se considerata sine peccato omitti possit. Si enim conditionis eventus totus pendeat a voventis libera voluntate, et conditio sit talis, ut secundum se considerata sine peccato omitti possit, ut si quis Religionem voveat, si Romam [illegible], si contra castitatem peccet, vel eleemosynam voveat, si domo exierit, et pauperes [illegible] juxta communem sententiam conditionis eventum expectare [illegible] tenebitur; atque adeo se impotentem ad voti executionem [illegible] non peccabit contra votum, ubi firmum animum habeat impediendi conditionis eventum, etsi etiam id faciat intentione impediendi voti obligationem, et proinde in laudatis exemplis non peccaret, qui animo se non obligandi ad Religionem Romam non peteret, et ab inhonestis abstineret, et animo non obligandi ad eleemosynam domi moraretur. Et ratio, quia ubi quis suae voluntati conditionis eventum ex toto [illegible] gavit, ejusque omissio non est mala, et turpis, sed vel [illegible] bona, et indifferens, liberam sibi reliquit eam ponere [illegible] ponere, prout sibi magis placuerit; et proinde licite se [illegible] minare [illegible] ad nunquam apponendam talem conditionem, licite se constituet in statu, in quo sit ad votum exequendum [illegible] habilis.

271 [illegible] vero secundum contingat, nempe quod conditionis eventus totus non pendeat a voventis voluntate, sed ab aliena, vel etiam a causa naturali; vel [illegible] conditionis lege aliqua [illegible], et adeo mala est [illegible] turpis, ut si quis dixerit: Voveo Religionem, si [illegible] [illegible], si hoc anno sanitatem recuperavero, si hoc mense [illegible] [illegible], tunc vovens conditionis eventum [illegible] [illegible], nec interim sit illud eludere se impotentem [illegible] [illegible] contrahendo, quia alias [illegible] [illegible] talem conditionem [illegible], si nempe [illegible] [illegible] impedire. Sed [illegible] ad tertiam difficultatem [illegible] solvendam.

272 Respondeo, et dico, eo in casu [illegible] [illegible] tenendum esse, nullo scilicet modo peccare [illegible] qui vovit sub conditione mala, et turpi, si [illegible] [illegible] conatur, etiam etiam intentione, ut se a voti obligatione [illegible]

atque sic Pater V.G., qui vovit jejunium, si ipse, vel filius contra castitatem peccabit, nullo modo reus erit peccati, si pro viribus curet ne tale fiat peccatum, quamvis id faciat eo animo, et intentione, ne jejunare teneatur, ut per se manifestum est, et constat ex eo, quod si votum tunc obligaret ad non vitandum vel in se, vel in alio incontinentiam, esset vinculum iniquitatis, quamquam eatenus tantum sit, ubi conditio opposita est de re possibili et honesta. Hocque in casu recurrendum est ad suprapositam distinctionem, videndum scilicet est, an totus conditionis eventus pendeat a voventis voluntate, et talis sit, ut ipsius omissio non sit mala, et turpis? An vero pendeat ab aliena voluntate, aut aliqua naturali causa, sitque talis, ut sui praeceptum exorat, ejusque omissio sit mala, et peccaminosa? Nam si primum contingat, nullo modo peccabit, qui etiam ex intentione se liberandi a voti executione conditionis eventum impediat, quia nempe vovens tunc non promisit, se impleturum conditionem, sed hoc suae voluntati, ac libertati reliquit; et propterea qui V.G. jejunium vovit, si feria sexta domo exeat ad ambulandum, poterit licite se domi continere, ne jejunare cogatur. Si in altero secundum accidat, tunc observandum est, an malitiose, et data opera, ut nempe se liberet a voto, et adeo per fraudem, vim, dolum, aut minas, aliove pravo modo conetur impedire, et impediat conditionis eventum? an vero id ex alio fonte proveniat, V.G. ex fragilitate, ex laboris taedio, aliave simili causa? Si enim illud primum contingat, facile admittendum est, taliter impedientem conditionis eventum esse reum violati voti; secus vero, si secundum fiat. Idque patet ex eo, quia re intime penetrata talem fuisse voluntatem voventis satis apparet. Atque hinc quamvis reus esset violati voti, qui vovit ingredi Religionem, si Pater consentiat, ubi malis artibus studeat impedire consensum Patris; contra votum tamen non peccaret, ubi precibus, et rationibus Patri suadeat, ne consentiat, quia sic modo licito utitur, et liberum Patris consensum non impedit. Idemque dic de eo, qui Religionem vovit, si sanitatem intra annum recuperabit, si contra castitatem non peccabit, si Doctor fiat &c., peccabit nempe contra votum, ubi noxiis cibis immoderate utatur, aut nolit medijs ordinarijs uti, aut contra castitatem peccat, aut studium omittat &c. eo animo, et intentione, ne debeat ingredi Religionem; non peccabit vero, si id ex alio fine faciat, nempe ex gula sumat cibos, ex fragilitate fornicetur, ex laboris taedio studium omittat &c.

Sed hic etiam lis inter Doctores, an nempe qui malitiose conditionis eventum impedivit adhuc votum implere teneatur? Quo in dissidio sententia affirmans saltem tanquam probabilior tenenda videtur, utpote conformior utrique juri, et praesertim Regulae 66. juris in 6, ubi legitur: *Cum non stat per eum, ad quem pertinet,*

quominus conditio impleatur, haberi debet perinde, ac si im-
pleta fuisset: item fieri in executione, ff. de Verb. Obligationi-
bus §. ultimo haec habentur: Quicumque sub conditione obli-
gari curaverit, si conditio exstiterit, nihilominus obligatur. Quae om-
nia sunt vera, utpote cum haec suadeat, quod fraudi-
bus nemini debeat patrocinari, et contra rationem
est, ut quis ex sua malitia commodum reportet. Ex quo
patet non recte dici ab Assertoribus oppositae sententiae, re-
gulam non habere locum in promissionibus Deo factis, sed in
factis hominibus, utpote cum de ratione cujuscumque promis-
sionis conditionatae sit obligare promittentem ad non im-
pediendum malitiose ipsam conditionem. Haec de voto condi-
tionato; nunc circa votum poenale.

275. Quaeres 1°, an illud obliget ad subeun-
dam poenam toties, quoties ponitur crimen, sub quo vovens
se obligavit ad poenam subeundam?

Respondeo, non solum votum poenale compo-
situm duplex, quo nempe quis et se obligat ad abstinendum
aliqua actione mala, et simul ad subeundam aliquam poe-
nam, quo talem ponat actionem; sed etiam votum poenale sim-
plex, quo scilicet vovens se obligat tantum ad aliquam poe-
nam subeundam pro casu, quo peccatum aliquod fecerit, toties obli-
gare ad poenam subeundam, quoties ponitur actio, sub cujus
[illegible]stantia ad illam se obligavit; si poena illa sit de ordinariis
V.G. moderata eleemosyna, aut jejunium, aut oratio &c.; se-
cus vero, si poena illa sit ex gravioribus, et extraordinariis, ut
Peregrinatio ad limina Apostolorum, aut Compostellam, aut [illegible]
eleemosyna, ut ita [illegible], Ferraris cum Sanchez, Diana,
[illegible], Palao, Henno, Laymann, et alijs. Et ratio est, quia rationa-
biliter praesumitur talem fuisse voventis intentionem, pos-
sibilitatem praestandi poenam ordinariam, quoties contingat com-
mittere peccatum, in cujus punitionem, et vindictam votum emis-
sit; non autem toties praestandi poenam extraordinariam, quo-
ties fecit peccatum, in cujus odium vovit. Unde licet qui
vovit jejunium, aut recitationem alicujus Psalmi flexis genibus,
aut moderatam, et viribus suis proportionatam eleemosynam, si con-
tra castitatem per actum consummatum peccaverit, tenetur
jejunare, aut Psalmum recitare, aut eleemosynam dare toties, quo-
ties vel se voluntarie polluerit, non tamen tenetur ille
qui vovit Peregrinationem longissimam V.G. ad limina Apo-
stolorum, si contra castitatem peccaverit, nisi forte constet
talem fuisse mentem ipsius voventis, toties scilicet [illegible] 277.
[illegible] talem Peregrinationem, quoties contingat peccare
contra castitatem, cum votum obliget juxta voventis intentio-
nem. Unde hactenus tradita doctrina procedit in ca-
sibus, in quibus non constat, an vovens voluerit, an
non voluerit, se obligare ad repetendam poenam sub [illegible]

Notandū tñ est, ad pœnā solvendā v. g. di jejunū instituendū non teneri, qui vovit, se non inebriare sub jejunii pœna, ubi vel sine culpa, vel solū sub veniali contingit, ut se inebriet, quia sine culpa pœna non contrahitur, vel licet gravis est, non censetur volita, et intenta præter veniale peccatū. Quod verū existimant plures Doctores etiā pro casu, quo quis se inebriando graviter peccavit, inculpabiliter tñ immemor voti a se emissi, quia votū habet tantū obligare per modū cujusdā legis privatæ, quā quisque sibi imponit; et proinde sicut excommunicationem latam in percussores clericorum non incurrerat, qui invincibiliter ignorarat, hunc, quem percutit, esse clericū, etiamsi interim contra legem nālem de non lædendo injuste proximū graviter peccarit; ita obligationē jejunandi non incurrerit, qui omnino immemor sui voti voluntarie se inebriarit, etiamsi graviter delinquerit in legem nālem ebrietatem prohibentē. Quinimo nonnulli probabiliter hanc doctrinā extendunt ad casum, quo quis esset memor voti; inculpabiliter tñ immemor pœnæ sibi impositæ exemplo ecclesiasticæ censuræ, quam, ut diximus in Tract. de Censuris Cap. 6. A. 1. ā num. 238., non incurrit, qui vel solā censurā ignorans invincibiliter contra ecclesiasticā legem delinquit. Quod tñ negat Laymann cū aliis; quidam vero, et Sotus limitant ad pœnā gravissimā, qualis est ingressus in Religionē, copiosissima eleemosyna, De Deo jō sit

Articulus Ultimus.

De modis, quibus voti obligatio tollitur.

Votum cessare, seu desinere obligare, vel causa finalis, et principalis vovendi cessat, vel cum māa promissa evadit impossibilis, aut mala, aut omnino indifferens, aut melioris boni impeditiva, vel tempus præfixum terminatur, vel conditio apposita redditur impurificabilis, vel etiam res ita mutantur, ut votum amplius nequeat observari sine gravi periculo vel mortis, vel gravis damni etiam temporalis in bonis fortunæ, famæ et honoris, dummodo et de hoc vovens se obligare non intenderit, et voluerit, tacite constat ex supradictis præsertim A. 1. et 2. Quare hic restat, ut dicamus de aliis tribus modis, quibus, ut communiter notant Doctores, voti obligatio tollitur, nimirū de commutatione, irritatione, et dispensatione. Sit itaque

§. 1. De Voti Commutatione.

Votum commutare nihil aliud est, quā loco operis honesti promissi sub eodem obligationis genere aliud subrogare. Quod triplici modo contingere pt, et 1mo opus melius pro minus bono; 2do opus bonum, et honestū pro æquali bono, et honesto; et 3tio opus minus bonū pro majori bono

subsidendo primo modo (si accipiantur vota facta in favorem tertij, et ab eo acceptata, nec non vota Summo Romano Pontifici reservata, quae quinque sunt, nempe votum perpetuae castitatis, Religionis, et Peregrinationis, vel ad limina Apostolorum, vel ad S. Jacobum in Compostellam, vel ad terram sanctam) primo, inquam, mihi libet vovent em etiam privata autoritate, et sine alia causa vota sua commutare posse, communior tenet sententia, modo tamen evidenter constet, opus subrogatum spectatis omnibus melius, et Deo gratius promisso per ipsum votum; et deducitur ex Capit. Pervenit, de jurejurando, ubi dicitur: *Non enim propositum, aut promissum infringit, qui in melius illud commutat*; et ratio est, quia Deus semper acceptat magis bonum pro minori. Quinimmo loquendo de quatuor reservatis votis Summo Pontifici reservatis, nempe perpetuae castitatis, et Peregrinationis ad limina Apostolorum, in Compostellam, et in terram sanctam, privata autoritate, et sine alia causa commutari possunt in Religionem Religiosorum, ut habetur in Capit. Scripturae, de voto, in quo sic decernitur: *Reus facti voti aliquatenus non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur Religionis observantiam commutare.*

Notanda tamen primo sunt verba illa:
278. *modo evidenter constet, opus Deo*, quia si dubium sit, an opus subrogandum sit melius, an vero tantum aequale, aut minus, tunc privata autoritate fieri non poterit commutatio, quia in dubio melior est conditio possidentis, et obligatio standi opus promissum est in possessione .... 2do et notanda sunt illa: *Opus subrogatum spectatis omnibus esse melius, et Deo gratius* quia illud opus non fit dici melius, quod magis est de virtute, et objecto excellentiori; sed illud, quod attento objecto, tum circumstantijs temporis, loci, et personae voventis est utilius, et aptius ejusdem saluti animae, et conducentius ad finem per votum intentum. Sic quamvis Missae auditio, et Oratio secundum se sit excellentior jejunio, aut peregrinatione, aut eleemosyna; non tamen est melior respectu voventis jejunium, aut Peregrinationem ad compescendam castitatem, aut eleemosynam ad evitandam avaritiam, quia cum maceratio carnis, et defatigatio magis valeat, quam oratio, et Missae auditio ad sedandam carnis concupiscentiam, et eleemosyna plus conducat ad comminandum mundi amorem erga pecunias. Atque hinc difficultas tantum est, an privata autoritate liceat votum commutare in aequale bonum, aut etiam minus bonum?

Atque hac in difficultate quaerunt, eo
279. mutationem in bonum sive dubie, sive evidenter minus, convenit inter Doctores, neque validam, neque licitam esse posse privata autoritate aut voventis, aut Confessarij, sed tantum ab eo, qui jurisdictionem vel Ordinariam, vel delegatam habet. Ratio autem est, quia talis commutatio est quaedam

dispensatio, utpote cum per eam relaxetur aliquid de re promissa, atque dispensatio concedi non sit nisi ab habente jurisdictionem, si non Ordinariam, saltem delegatam ab habente Ordinariam. Quare dubium esse sit solum pro eo casu, quo commutatio voti fieret in aequale bonum, atque pro hoc casu

Dico, neminem privata authoritate, et adeo neque Confessarium non habentem Ordinariam, aut delegatam jurisdictionem posse licite, et valide commutare votum in bonum sive dubie, sive evidenter etiam aequale. Haecque sententia quam tenet Reiffenstuel, et P. Lucio Ferraris, est communior, et probabilior, suadetur tum ex eo, quod non constet, an Deus velit acceptare opus etiam omnino aequale quod sibi semel promisse, nisi Ecclesia, cui data est potestas ligandi, et solvendi super terram, accedat auctoritas: tum quia est contra praxim Fidelium pro commutatione voti etiam in aequale bonum ad Praelatos suos confugientium: tum denique quia ubi unum e duobus bonis aequalibus subest voto, statim evadit melius, et Deo gratius, cum sic fiat virtutis Religionis objectum; atque ex paulo ante dictis nonnisi publica Ecclesiae auctoritate fieri sit commutatio voti in opus minus bonum. Sed promasion haud intelligentia

Quaeres primo, quibusnam Ecclesiasticis Personis competat potestas commutandi vota, sive in aequale, sive in minus bonum?

Respondeo, potestatem [illegible], et quidem omnium votorum commutandorum pro toto christiano Orbe residere penes Summum Romanum Pontificem, legitimum B. Petri successorem, utpote cum ipsi a Christo Domino data sit plena potestas regendi, et gubernandi totam universalem Ecclesiam, et quaecumque solvendi, et ligandi super terram: Pro particularibus autem locis et respective propriorum subditorum quoad vota specialiter non reservata Summo Domino Pontifici penes Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Legatos, seu Nuncios Apostolicos, aliosque Praelatos jurisdictionem in foro externo habentes, cum et his dictum sit Matth. 18. Quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in caelo, et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo. De delegata autem potestate loquendo hanc habent ii soli, quibus ab habente Ordinariam concessa fuerit, et quidem ita ut si vel expresse sola facultas dispensandi fuerit demandata, statim et demandata intelligatur etiam potestas vota commutandi sive in aequale, sive in minus bonum, quia ut habetur in Capit. ex parte, de Decimis, ubi majus est, videtur minus concessum esse videtur: et in Reg. 53 juris in 6. cui licet quod est plus, licet utique, quod est minus. Quamvis e contra si concessa esset facultas commutandi vota, non ex ipso et potestas dispensandi concessa sit, cum haec amplior sit potestate commutandi vota, et cui concessum est minus, hoc ipso non intelligatur majus esse concessum.

282. Quaeres 2do, an is, cui vi Bullae, aut jubilaei conceditur facultas commutandi vota, possit ea non solum in aequale, sed etiam in minus bonum commutare?

Respondeo, in hoc multum dissidere Doctores; quo dubio, modo excessus non sit notabilis, placet sententia affirmativa, nedum quia sententia asserens, voventem privata sua auctoritate posse votum suum in opus evidenter aequale commutare multum probabilis est, ac ideo ad non reddendam inutilem delegationem factam confessario circa vota commutandi, quae res videtur, superiorem velle concedere et facultatem in minus bonum commutandi; verum etiam quia talis facultas, facta a superiore inferiori, est veluti quoddam privilegium, quod amplam admittit interpretationem. Verum his non obstantibus, in praxi optimum erit consulere superiorem, ubi praesertim commode adiri poterit.

283. Quaeres 3tio, an nedum ad licitam, verum etiam ad validam commutationem justa causa requiratur?

Respondeo, difficultatem tantum esse posse de commutatione facta ab habente potestatem ordinariam commutandi vota; quia loquendo de habente facultatem delegatam, dicendum est cum satis recepta sententia, nullam, et invalidam esse commutationem factam sine ulla justa, ac rationabili causa, ea facta, ut dixi in Tract. de Legibus Cap. ultimo A. 2. §. 3 num. [illegible] nulla esset dispensatio in lege facta sine justa causa a delegato; quia namque verisimile nullo modo est, superiorem velle delegare [illegible] ut sine causa faciat votorum commutationem, cum justa causa saltem ad liceitatem commutationis talis requiratur. Quare fit ea difficultas solum circa validitatem commutationis factae sine justa causa ab habente ordinariam facultatem vota commutandi. Atque circa hoc nonnulli, inter quos Sanchez, Diana, Giribaldus et alii existimant, illicitam esse talem commutationem, validam tamen fore; et adeo voventem solum teneri supplere defectum, ubi votum in minus bonum fuisset commutatum. Ast, teste P. Antoine, et Continuatore Tournely, communius oppositum sustinetur; et adeo commutationem factam sine rationabili causa nedum illicitam, sed etiam invalidam esse, ubi praesertim commutatio fieret in minus bonum. Quod probari fit tum ex eo, quod commutatio facta praesertim in minus bonum sine justa, et rationabili causa videtur [illegible]; tum ex eo, quod talis commutatio est quaedam [illegible] dispensatio, quae invalida est, ut citato loco de Legibus probavi, ubi fiat ab inferiore in lege superioris sine justa rationabili causa. Sed

284. Quaeres 4to, quaenam censenda sit justa rationabilis causa pro votis commutandis?

Respondeo, a Doctoribus communiter assignari sequentes. Et pro commutatione voti in opus aequale, juxta plures Doctores sufficit major devotio [illegible] aequale. Ad commutationem vero in minus bonum causae [illegible] primo erit notabilis molestia, et difficultas in [illegible] executione: 2do levitas, et perturbatio, ex qua votum [illegible]

3tiô propter utilitatem voventis, qui, nisi fiat commutatio, facilè votum violabit. 4tô utilitas notabilis inde resurgendo, et alia istiusmodi, quæ judicio prudentum res gravis censentur. Caeterum ex communi sententia notandum est, validam esse commutationem factam, ubi superior bona fide processit credens, se habere justam causam commutandi, quæ reipsa talis non erat, quia bona superioris fides habetur pro causa, ut Deus in hoc non sit exactor rigidior.

5 Quæres 3tiô, an sit liberum ei, cui votum commutatum est, ad prius redire?

Respondeo, facilè conveniunt Doctores, id liberum esse voventi, ubi commutatio in minus, aut æquale bonum facta est; et ideò vovens tunc facere licitè poterit ad suæ obligationi satisfaciendum vel opus voto promissum, vel illud, in quod fuit votum commutatum prout maluerit; idque sive semel, sive pluries facta fuerit commutatio, quia commutatio est quidam favor, et indulgentia facta voventi, cum tacita conditione, si ei placuerit acceptare, at ubi ipsa commutatio in melius facta fuit, et acceptata, tunc non parum dissident inter se Theologi, ac etiam Canonistæ. Verum et id pro hoc casu militat ratio eadem, ac pro votis in æquale, ac minus bonum commutatis, quia nempe et ubi votum commutatum est in melius, commutatio facta est in favorem voventis, ideò cohaerentèr certior sententia asserunt, licere pro mera in quod commutatio facta est, exequi opus per votum promissum, nisi fortè esset casus, quo per novum votum vovens se obligasset ad præstandum melius pro minore antea promisso, quia tunc ratione novi voti stat obligatio præstandi illud melius.

6 Quæres 4tô, an si materia, in quam prius votum commutatum fuit, fiat impossibilis, vel indifferens, vovens teneatur ad votum suum reverti?

Respondeo, Doctores passim conveniunt, quod ubi commutatio propria auctoritate facta fuit, vovens teneatur redire ad votum suum, ubi materia, in quam commutatum fuit, facta est impossibilis, aut indifferens, et inutilis, atque sic si quis votum visitandi aliquas Ecclesias mucas propria auctoritate commutavit in jejunium, factus impotens ad jejunandum tenetur præcas illas recitare, quia nempe tunc prior obligatio non fuit extincta, nec translata in materiam subrogatam, sed solum satisfit per impletionem superabundantem, vel saltem æquivalentem ex benignissima Dei acceptatione. Loquendo verò de commutatione facta ubi alienâ auctoritate sive in æquale sive minus bonum viciare negans quamvis, teste D. de Figorio, communissima sit sententia Doctores vovens tunc teneri ad votum prius emissum, quia vi per illam legitimam commutationem obligatio prioris voti extincta est, nec reviviscit, nisi per voventis voluntatem. Et proinde si alicui votum peregrinationis à superiore commutatum fuit in jejunium, ubi fiat impotens ad jejunandum non tenetur ad peregrinationem, quam neque tenetur si obstinate, si malitiosè etiam jejunare omittant, quamvis tunc graviter peccarent non jejunando. Atque hæc circa votorum commutationem.

quibus videnda esset solutio difficultatis, an superior habens ordinariam potestatem vota commutandi, hanc tamen ipso [redacted] examinare; sed quoniam de eo satis diximus in Tract. de Legibus à num. 622., ubi sententiam affirmantem, hic supersedeo; sicuti et supersedeo ab alia difficultate, quae examinatur, an semel commutato voto reservato Romano Pontifici, V.G. perpetuae castitatis, in materiam non reservatam, V.G. in jejunium, et orationem, materia haec iterum commutari possit in aliam ab eo, qui habet potestatem vota commutandi, exceptis votis Papae reservatis. Ab hac, inquam, abstineo, quoniam, teste Continuatore Tournelij, sententia affirmans est communis, et vel constat ex eo, quia tunc nulla superest reservatio. Igitur sit

§. 2. De Voti irritatione.

287. Voti irritatio definiri solet: Annulatio voti facta vi habentis potestatem dominativam: seu est ablatio obligationis ab alio emissi facta nomine proprio ab eo, cujus potestati subjecta est voluntas voventis, vel materia promissa. Atque haec duplex est, propria una, seu directa, impropria altera, seu indirecta. Prima est, qua votum tollitur, eo quia voluntas voventis ita subdita est dominio alterius, ut nonnisi de ejus consensu votum possit emitti. Altera vero est, qua voti obligatio extinguitur, eo quia materia voto promissa ita subjecta est dominio alterius, ut sine hujus consensu promitti non possit. Ex quo jam patet, quod quamvis qui vel solam jurisdictionis potestatem in alios habent, eorundem vota non possint irritare, possunt tamen omnes illi, qui habent potestatem dominativam vel in personas voventes, vel in materiam promissam per ipsa vota. Quidquid postea sit, an hujusmodi irritatio sit etiam vel à peccato veniali immunis, si fieret sine ulla justa causa, de quo inquestim loquendo de culpa veniali dissident inter se Doctores. Sed pro huius majori intelligentia

288. Quaeres primò, an, et quomodo Pater possit irritare vota à proprijs Filijs emissa.

Respondeo, in hoc distinguendum esse inter Filios puberes, et impuberes. Nam si filij sint impuberes, qualesque sunt masculi ante decimum quartum completum annum, et foeminae ante duodecimum, Pater omnia eorundem vota, sive sint personalia, sive realia, sive mixta, ac de bonis eorum castrensibus, aut quasi castrensibus, vel dotalibus, irritare potest, ut habet communis sententia cum D. Thoma 2.2. q. 88 A. 9. in quaestione de dicto voto Filiorum impuberum sic dicente: Si vero (filius) ante pubertatis annos attingit usum rationis, fit quidem, quantum in ipso est, sui compos, seu votum ejus fit irritum per parentes quorum juri remanet adhuc subjectus. Et ratio est, quia cum de jure positivo ecclesiastico, ut colligitur ex capit. Puella caus. 20. q. 2., tum ipso jure naturali spectato omnia vota filiorum impuberum censentur facta sub tacita conditione: nisi Pater contradixerit. Cum etenim ratio consonum est, maxime eo tempore, quo filius impubes nondum perfecte rationis usu pollet, aliena voluntate regi

obligationibus assumendis: et hoc quidem etiam pro casu, quo filius impubes perfecto usu rationis gauderet, quia hoc nonnisi per accidens contingit; et proinde attendi non debuit. Quod ita intelligendum est, ut Pater non solum dicta vota possit irritare, dum filius adhuc impubes est, ut facile ab omnibus, aut ferme omnibus conceditur; verum etiam pro casu, quo pubertatem adeptus esset, nec forte filius pubes, pubertate adepta, ratificasset sua vota, et hec non sint de re patriae potestati subjecta, quia tunc cum talis ratificatio sit quaedam voti emissio, dico tunc talia vota firma manent. Ratio autem est, [redacted] quia filius factus pubes, ubi non ratificaverit votum suum, non alia ratione teneri fit votis in impubertate factis, quam ratione talis obligationis voventibus contractae: Atqui quamvis filius impubes valide vovere possit, quinimo et teneatur votis suis, ubi Pater sciens non contradicit; attamen talis obligatio semper pendet a conditione: si Pater non contradixerit: et proinde sicuti Episcopus, ut habetur in Capit. Pueris, de sent. excom. sive ante, sive post pubertatem absolvere pueros ab excommunicatione in impubertate contracta ob violentam clerici percussionem, ita et Pater irritare poterit vota filiorum impuberum sive dum adhuc impuberes sunt, sive cum puberes facti sunt; et hoc etiamsi filii vovendo intellexerint solum se obligare pro tempore pubertatis, quia tunc verum est, quod voverunt pro eo tempore, quo Pater eorum vota poterat irritare.

Si autem filii voventes sint puberes, distinguendum est inter eos, qui a Patria Potestate sunt emancipati, et inter eos, qui adhuc sub Patria vivunt potestate. Si enim a potestate Patria sint emancipati, cum tunc Patri non subsint sive quoad personam, et voluntatem, sive quoad bona sua, Pater talium filiorum vota non poterit irritare: Sin vero emancipati non sunt a Patria potestate, loquendo de votis Personalibus, ea Pater irritare non poterit, nisi Patriae regimini praejudicium notabile afferant, seu rectum familiae regimen impediant, ac filium, vel filiam nimis subtrahant ab obedientia, et cura paterna, qualia regulariter essent vota longae peregrinationis, abstinentiae, jejunii incompatibilis cum laboribus necessario praestandis pro commodo, et bono familiae. Loquendo vero de votis realibus, si sint de bonis, quorum dominium, vel administrationem habet Pater, tunc ea poterit irritare; secus vero si sint de bonis, quorum dominium, et liberam administrationem habet ipse filius, cujusmodi sunt bona castrensia, aut quasi castrensia. In quo facile conveniunt Doctores, et per se est manifestum, quia quisque irritare fit votum alterius, quoties est de actione vel re sibi debita, et in qua dominium habet; secus vero si sit de actione, et re sibi non debita, et in qua dominium non habet; atque Pater quidem habet jus in actionem filii etiam puberis, ex cujus omissione damnum notabile immineret suae familiae; item et in bona filii sui, quae non sunt castrensia, aut quasi castrensia; secus si sint castrensia, aut quasi castrensia; ergo etc. et

proinde Pater poterit quidem irritare vota filij etiam Puberis
suae potestati degentis, v.g. de extraordinarijs eleemosynis
bonis Paternis, de oratione ad plures horas, quibus laborare
debet, protrahenda, de quotidiano, aut tamen quotidiano jejunio,
quo redderetur inhabilis ad officia Patri praestanda &c.; non potest
tamen irritare votum Religionem ingrediendi, castitatis, et Ordinis
suscipiendi, quia in his filius est sui juris; sicut et irritare
poterit votum de moderatis jejunijs, de Sacramentorum frequentia,
de Rosario Recitando, de operibus praeceptis exequendis &c.
Pro complemento tamen notandum est, nomine
290. mine filij ex communi sententia intelligi etiam illegitimum; nomine
Patris intelligi etiam Tutorem respectu Pupilli, et Curatorem
respectu Minoris, nec non Avum Paternum, etiam et Matrem
designatam nutricem, aut curatricem; et proinde hi possunt
mortuo Patre eodem modo irritare vota impuberum, aut Puberum sub sua cura, et tutela degentium. Quaeritur
sit, an id possit Mater non designata nutrix aut curatrix,
aut ubi Pater, aut Tutor praesens adesset? De quo disputant
Doctores. Sed
Quaeres 2do, an, et quomodo Maritus possit irritare
291. vota uxoris, et vicissim uxor vota mariti irritare?
Respondeo, Doctores passim conveniunt in eo, quod
Maritus possit irritare omnia vota uxoris, quae juri suo, quoad
debitum conjugij, et familiae administrationem, praejudicium
afferre possunt; et vicissim uxor rescindere possit ea vota
Mariti, quae derogant juri suo, quod in corpus mariti habet,
ut esset v.g. votum immoderatae abstinentiae, longae peregrinationis, vestiendi habitum Eremitae, et similia; quinimo
juxta plures tale etiam esset votum, quo Maritus se obligaret
ad non petendum debitum, quia nempe valde gravaret
pudorem uxoris cogi semper ad petendum debitum. Quamvis
tamen omnes fermè concedant, uxorem alia Mariti vota
posse irritare. Quare difficultas tantum est de solo Marito,
an omnia alia vota uxoris praeter enumerata possit irritare.
Quo in dissidio S. de Ligorio Lib. 3. Tract. 2. Cap. 3. Dub. 0. [illegible]
num. 234, dicit saltem extrinsecè probabiliorem esse sententiam asserentem, maritum posse irritare vota uxoris, quaecumque ea sint. Idque probat primo ex illo Num. 30. Si maritum
habuerit, et voverit aliquid, si audierit vir statim contradixerit,
et irritas fecerit pollicitationes ejus, propitius erit ei Dominus.
Quod Ministerii de omni voto plures Interpretes exponunt quod tamen
et faveat S. Ambrosius Lib. de Paradiso Cap. 10 sic loquens: evidenter
omnino apparet, ita virum esse Caput Mulieris, ut nulla vota continentiae, vel religiosae conversationis liceat sibi sine ejus licentia
Deo offerre: et S. Thomas 2. 2. Q. 88 A. 8. ad 3tium inquit: Mulieris
votum Religiosi est firmum, nisi sit de consensu Patris, quae
nec votum puellae existentis in domo, nisi sit de consensu Patris,
nec uxoris, nisi sit de consensu viri. Quae Angelici verba firmant

de aliquibus tantum votis intelligi non possunt, ut juxta ipsum S. Tho. verum eadem sit ratio votorum uxoris respectu Mariti, ac Religiosi respectu sui Prælati, quem omnia vota subditi sui Rel. irritare posse, nemo dubitat ipso S. Thoma, sed etiam communis tenet sententia. Atque hæc circa votorum irritationem, quibus addenda erat nonnullorum aliorum dubiorum solutio circa conjuges, quæ tamen remitto ad Tractatum de Matrimonio tanquam in loco magis proprio examinanda. Interim tamen sit

§. 3 De Votorum Dispensatione.

Legantur dicta in Tractatu de Legibus cap. ultimo A. 2, ubi innotescit primo, quid, et quotuplex sit Dispensatio: 2do quibus competat potestas sive Ordinaria, sive delegata dispensandi: 3tio quomodo justa causa ad dispensandum requiratur. Quarto quinam sint defectus, ex quibus nulla, et invalida redditur dispensatio et ultimo quomodo dispensationem cessare contingat. Hinc hoc in loco superest solum, ut dicamus, quænam sint justæ causæ dispensandi in votis? et an aliquando episcopi, et alij inferiores Prælati subditos suos possint dispensare in votis Summo Domino Pontifici reservatis. Unde

Quæres primo, quænam sit justa, et rationabilis causa sufficiens et ad licitam, et ad validam votorum dispensationem?

Respondeo, quatuor præsertim hujusmodi justas, et rationabiles causas à Doctoribus assignari, quarum prima est defectus omnimodæ perfectæ deliberationis, ut contingit, ubi votum factum erat ex ira, dolore, tristitia, metu, aut alia simili causa rationem perturbante, aut etiam ex nimia facilitate, seu levitate vovendi præsertim in fœminis, vel etiam in tenera ætate, præsertim ante pubertatem, ut constat ex Canit. Venientes, de voto. Secunda est periculum incidendi, seu morale ruinæ spiritualis, puta transgressionis ipsius voti, vel etiam gravis damni temporalis subeundi ex voti observantia. Atque sic juste, et rationabiliter dispensaretur in voto castitatis, seu non petendi debitum cum persona conjugata, aut cum ea, quæ est valde fragilis, et proclivis ad carnis lapsum, ut sic uxorem ducere possit, ac suæ spirituali saluti prospicere. Sicuti et juste dispensaretur cum eo, qui ratione voti multis scrupulis, et anxietatibus divexaretur, et cruciaretur: item cum eo, qui ex voti observantia notabile damnum in salute corporis pateretur, aut notabilem jacturam proprij status esset subiturus, ut esset, si quis nimis graviter longa jejunia, et peregrinationes vovisset, aut quis non valde dives largas eleemosynas se facturum promisisset, ut habetur in Capit. de Peregrinationis votis, et in Capit. Magnæ, de Voto, et Voti Redemptione. Tertia est notabilis, et valde magna difficultas votum exequendi, si præsertim hæc sit supervenientes, et ante non prævisa, ut omnes concedunt: imo, ut cum pluribus alijs Doctoribus tenet P. Lucius Ferraris verb. Votum A. 1 num. 62, etsi

talis difficultas antea propria fuisset, quia, ut ipsa reque docet experientia, semper multo difficilior res apparet, cum instat executio, quam dum a longe, et remote prospicitur. Ut tandem est bonum commune praesertim Ecclesiae, vel Reipublicae: et sic juste dispensantur vel in voto perpetuae castitatis in Religione a S. Sede approbata, ut tali voto ligatus educare possit, si prospiciatur ita proficuum esse Reipublicae alias ob successionem in Regno, vel Ducatu plurimis subjacet incommodis, concutientur bellis, vexarentur seditionibus, depraedarentur praedationibus, et hujusmodi. Quod idem dic, si familia de Ecclesia, aut de sua Republica ita merita est, ut plurima et praestiterit, et praestanda beneficia, nullos habeat successores. Atque hujus rei plurima exempla afferuntur a Doctoribus, quorum plura videri apud laudatum D. Lucium Ferraris loco proxime citato sub n. 68 Quinimo et adeo juste dispensari in voto illius, qui ergo vovit peregrinationem, dum tamen multum expedit Reipublicae, aut familiae praesto adesse, ut colligitur ex supra citatis juris de Voto, et Voti Redemptione, nec non Capit. ex multa eodem titulo.

294 Notandum hic tamen est, hactenus nos praescindere a difficultate, in qua investigatur, an ad licitam, et validam dispensationem voti in favorem tertii emissi requiratur praefati tertii consensus? Nam teste P. Fr. Ligorio, communissima sententia est, talem consensum non requiri, ubi a tertio, vel ab alio ejusdem nomine promissio per votum facta non fuit acceptata, et inde si Petrus vovit dare pecuniam Paulo pauperi, aut cuidam ecclesiae, antequam Paulus, aut ecclesiae Rector acceptet voventi, dispensationem ex justa causa petenti, concedi poterit, etiam repugnante consensu ipsius Pauli, aut hujus Rectoris, quia nempe nondum aliquod jus, actio, aut ratio eis competit. Quare difficultas reducitur ad eum casum, in quo tertius acceptavit. Atque tunc praesertim loquendo de voto emisso in favorem tertii determinati, v.g. hujus hominis, hujus ecclesiae, cujus utilitas principaliter intenditur, ut valeat cum exclusione aliorum hominum, et ecclesiarum, communiter tenent Doctores, neque valide, neque licite posse dispensationem sine consensu illius, qui acceptavit, quia tunc tertius strictum jus acquisivit; et proinde sine injuria dari non potest dispensatio, atque dispensatio nulla est, et invalida. Quae tamen diligenter notanda sunt, si votum factum est in favorem tertii; sed indeterminati, ut si dicatur vovere eleemosynam pauperibus tunc ad dispensationis valorem non requiritur consensus illius, vel loco pauperum, qui sciverant tale votum acceptaverint, aut si vovens postea hos specialiter designaverit. Sunt notanda sunt, quia si votum factum est principaliter

in honorem ipsius Dei; ita ut solum accessorie designata fuerit Persona, vel locus, in cujus favorem emissum fuit, tunc nonnulli Doctores, etsi fateantur probabilius oppositum, tanquam probabile adhuc sustinent, non requiri consensum dicti tertij, quia tunc Deus est tota causa finalis ipsius promissionis, et per accidens se habet acceptatio ipsius pauperis, qui si adhuc aliquod jus acquisiverit, acquisivit tamen dependenter a beneplacito ipsius Dei, cui debet servari promissio. Sed quidquid de hoc sit, in praxi standum erit judicio superioris. Interim

Quaeres 2do, an Episcopi aliquando possint dispensare in quinque votis Summo Romano Pontifici reservatis; et quomodo talis reservatio sit intelligenda.

Respondeo ad primum, Episcopos, aliosque ecclesiae Praelatos habentes jurisdictionem pro foro externo dispensare posse in votis Summo Pontifici reservatis in urgenti necessitate; puta si nonnisi magna cum difficultate Summus Pontifex adiri possit, et in mora est periculum gravis damni sive spiritualis, sive temporalis, v.g. violationis voti, scandali, rixarum, aut alterius gravis peccati, vitae temporalis, infamiae, dedecoris familiae, et hujusmodi, ut jam dixi, et probavi in Tract. de Legibus Cap. ultimo A. 2 §. 0 num. 64; quae propterea relegas, sicuti et alia ibidem dicta. Interim

26. Respondeo ad 2dum, et dico, reservationem dictorum votorum, cum odiosa sit, utpote Ordinariorum potestatem restringentem, omnino stricte esse interpretandam juxta regulam 15 juris in 6. odia restringi, favores convenit ampliari. Quare praefata reservatio locum tantum habet in votis proprie dictis, perfectis, determinatis, absolutis, et quidem praecise quoad substantiam, non autem quoad qualitates, et circumstantias earum; atque sic si in aliquo deficiant, licet sint valida; non tamen sunt reservata, ut communiter tenent Doctores.

27. Hinc primo dicta vota non sunt reservata, quando emissa fuerunt sub levi obligatione. 2do si facta fuissent sine omnino plena, et perfecta libertate, puta ex metu etiam levi ab alio injuste incusso ad extorquendum votum. 3tio si perfecta non sint ex parte materiae; atque sic non est reservatum votum simpliciter non nubendi, non fornicandi, non petendi debitum conjugale, mulierem non tangendi, caste vivendi ad certum determinatum tempus, puta ad decennium, seu virginem servandi, ubi virginitas stricto modo intelligatur, nempe pro vasis integritate, sicuti et reservatum dici non debet votum suscipiendi Ordines sacros, aut emittendi votum Religionis, et castitatis, quia hoc non est votum castitatis tacite, sed tantundem. 4to si non sint omnino certa; et proinde si quis dubitet de valore voti a se emissi, illud non est reservatum. 5to si non sint de Religione a S. Sede approbata, et de peregrinatione cum addito ad limina Apostolorum, vel S. Jacobum de Compostella: et per hoc non esset reservatum votum illius,

qui vovisset intrare in Religionem nondum à Sede approba
aut Romam pergendi ad visitandam imaginem S. Mariæ, ubi
6tò si sint disjunctiva, et altera earum pars sit de non
reservata, ut si quis voveret vel perpetuam castitatem, vel
tribuendam eleemosynam: reservata verò sunt, si utraque
disjunctivè promissa sit de materia reservata, ut si quis
vel voveo castitatem perpetuam, vel peregrinationem ad
sancta: 7mò si sint conditionata sub conditione de futuro
contingente, ubi præsertim conditio nondum sit verificata
singulariter notandum, quia plures Doctores contendunt, ut
dare est præsertim apud Ferraris verb. Votum à num. 84.
etiam adimpleta conditione talia vota non evadere reservata
præsertim si sint pœnalia; quamvis ultrò fateantur, vota con-
ditionalia sub conditione necessaria, vel de præterito, vel
de præsenti, vel necessario imbibita in voti natura, esse reservata
vota: ultimo tandem reservata non sunt quoad eam partem
quæ includit circumstantias, sine quibus tota substantia
ti subsistit; et sic si quis vovisset Peregrinationem ad Limina
Apostolorum mendicando, aut pedibus eundo, quoad has
circumstantias ab Episcopo ex justa causa poterit dispensa-
ri, licet non possit dispensari quoad peregrinationem
298. ... superest hic, ut unum moneam circa vo-
tum conjugatorum, quod quamvis dicendum sit, Summo Rmo Pontifici
reservatum votum omnimodæ castitatis emissum ...
post matrimonium consummatum ab uno conjuge cum consensu
approbativo alterius conjugis renunciantis juri suo; et à for-
tiori votum esset emissum ab utroque conjuge ex mutuo con-
sensu, quia et tale votum est validum, et est votum perfectæ ca-
stitatis: nihilominus tamen reservatum non est votum conti-
nentiæ ab uno conjuge factum, sua comparte ignorante, quia
tale votum non est, neque esse potest de omnimoda castitate, sed
solum de non petitione debiti conjugalis: Quinimò ...
... quoad solam tamen debiti petitionem, et redditionem dis-
pensare posse in voto castitatis perpetuæ emisso ante
matrimonii celebrationem, cum eo, qui, tali voto non
... non obstante, matrimonium malitiosè con-
xit, probabiliter defendit P. de Giorgio hic lib. 3 ...
... 2. lib. 8. num. 258 cum Sanchez, et aliis: imò P. ...
... loco citato num. 96. talem sententiam dicit esse commu-
nem jamjam Autumnalibus vacationibus incipientibus ...
... in Proœmio ... non ...
... in opportuniori loco ... agemus, si placebit ...
simo Maximo, ad cujus honorem, et gloriam omne ...
nostrum sive factum, sive faciendum dirigimus, ut ...
... hic in terris et honorem, et ... debito ...
... cum eo regnare mereamur. Amen.

Theologia Moralis,
Quam
Anno 1766., et 1767. inclusivè
Legit in Seminario Utinensi
Gregorius Pajani de Sclaonico
Sub Auspiciis
Illustrissimi, ac Reverendissimi
D. D.
Jo: Hieronymi Gradonici Archiep. Utin.